25. Quemnam vero iudicant proprie Deo adsignatum adorationis modum? Verbis prolatum? an corporis habitu factitatum? Sane uterque modus apud homines quoque frequentatur; nam et dicuntur inter homines verba, et corporum gestus fiunt. Quid ergo apud Deum praestantius? Certe cuilibet sano homini constat, nullum habere humanam naturam quod digne Deo exhibeat donum. Nam bonis nostris creator noster non eget. Nos autem homines honorificas has atque amicas demonstrationes, quas invicem facimus, dum humiliores alternatim nos confitemur, proximique maiorem esse gradum testamur, has ipsas inquam transferimus ad nobilioris naturae obsequium; ea quae sunt apud nos honoris signa, naturae inaestimabili offerentes. Atque ideo, quoniam qui reges adeunt vel dynastas homines, si quid consequi ab his potentibus voluerint, haud nudas his offerunt preces, sed ut maxime ad misericordiam benivolentiamque com-

(1) Vulgatus latinus *septies*. Item graecus et alii in polyglottis.

moveant, humili sermone utuntur, et proni adorant, et genua attingunt, et sternuntur humi, et omni re se miserabiles efficientes, patronum precum suarum prae se ferunt, per ea quae faciunt. . . . Propterea qui verum potentatum agnoscunt, a quo cuncta administrantur . . . quae ipsis cordi fuerint. Ili qui sunt depresso animo circa ea quae in hoc mundo. . . . Qui vero excelsa mente sunt circa aeternas reconditasque spes, quia nesciunt quomodo petant, neque valet humana natura ostendere, quinam sit honor ad magnificam maiestatem perveniens, transtulerunt illud quod apud homines existimatur obsequium, ad Dei honorem. Atque haec est adoratio, nempe cum supplicatione et humilitate rei alicuius optatae postulatio. Ideo et Danihel flectit Deo genua, clementiam eius pro captivo populo exorans. Et is qui nostras infirmitates portavit et pro nobis intercedit, in ea quam sumpsit humanitate, procidisse in faciem precum tempore ab evangelio narratur, atque hoc corporis habitu orasse; regulam statuens, ut reor, humanae vitae, ne audacter nos geramus precum tempore, sed quaqueversus ad misericordiam commovendam componamur. Quia Dominus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Et alibi: qui se exaltat, humiliabitur. Si ergo adoratio ceu supplicatio quaedam est, sive auxilium exhibitum scopo precum, postulatio autem Domino potentiae fit; quinam sensus est novae huius legislationis, ut ne ab eo quidem qui dat petamus, neque ante principem procidamus, neque obsequium dynastae exhibeamus? . . .

ται τῷ λόγῳ, καὶ προσκυνοῦσι τῷ σχήματι, καὶ γονάτων ἅπτονται, καὶ εἰς ἔδαφος πίπτουσι, καὶ διὰ πάντων οἰκτιζόμενοι συνήγορον τῆς αἰτήσεως ἑαυτῶν προβάλλονται, δι᾽ ὧν ποιοῦσι τὸν ἐλ . . . διὰ τοῦτο οἱ τὴν ἀληθῆ δυναστείαν ἐπεγνωκότες, δι᾽ ἧς πάντα διοικεῖται τὰ ὄντα . . . τες ὑπὲρ ὧν ἂν ᾖ φίλον αὐτοῖς· οἱ μὲν ταπεινοὶ τὰς ψυχὰς περὶ τῶν ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ . . . ζομένων· οἱ δὲ ὑψηλοὶ τὴν διάνοιαν περὶ τῶν αἰωνίων καὶ ἀποῤῥήτων ἐλπίδων, ἐπειδὴ οὐκ ἔχουσιν πῶς αἰτήσουσιν, οὐδὲ χωρεῖ ἡ ἀνθρωπίνη φύσις ἐνδείξασθαί τινα τιμὴν πρὸς τὴν μεγαλοπρέπειαν τῆς δόξης φθάνουσαν, μετήνεγκαν * τὴν ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων νενομισμένην θεραπείαν εἰς τὴν τοῦ θείου τιμήν· καὶ τοῦτό ἐστιν ἡ προσκύνησις, ἡ μετὰ ἱκεσίας καὶ ταπεινότητος τῶν καταθυμίων τινὸς αἴτησις γινομένη· διὸ καὶ Δανιὴλ * κάμπτει τῷ κυρίῳ τὰ γόνατα, ἐπὶ τοῦ αἰχμαλώτου λαοῦ τὴν φιλανθρωπίαν αἰτούμενος· καὶ ὁ τὰς ἀσθενείας ἡμῶν βαστάσας, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν ἐντυγχάνων, διὰ τοῦ ἀνθρώπου ὃν ἀνέλαβε προσπεπτωκὼς ἐπὶ τὸ πρόσωπον ἐν καιρῷ προσευχῆς ὑπὸ τοῦ εὐαγγελίου ἱστόρηται· * καὶ τούτῳ τῷ σχήματι τὴν εὐχὴν ἐποιεῖτο· νομοθετῶν οἶμαι τῇ ἀνθρωπίνῃ ζωῇ, τὸ μὴ ἀπαυθαδιάζεσθαι ἐπὶ τοῦ καιροῦ τῆς αἰτήσεως, ἀλλὰ διὰ πάντων πρὸς τὸ ἐλεεινὸν μεθαρμόζεσθαι· ἐπειδὴ κύριος ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν· * καί που· ὁ ὑψῶν ἑαυτὸν ταπεινωθήσεται. * Εἰ οὖν ἡ προσκύνησις οἷον ἱκετηρία τίς ἐστι, εἴτε συνηγορία προβεβλημένη τοῦ σκοποῦ τῆς αἰτήσεως, ἡ δὲ αἴτησις πρὸς τὸν τῆς δυνάμεως κύριον γίνεται, τίς ἡ διάνοια τῆς καινῆς ταύτης νομοθεσίας; οὐδὲ . . . παρὰ τοῦ διδόντος αἰτεῖν, μήτε ὑποκύπτειν τῷ ἄρχοντι, μήτε θεραπεύειν τὸν δυναστεύοντα; . . .

* cod. 24

* Dan IX. 3.

* Matth. XXVI. 39.

* Iac. IV. 6. et I. Petr. 5.

* Matth. XXIII. 12.

Reliqua desiderantur.

DE SANCTI GREGORII NYSSENI

FRAGMENTO IN EIUS EDITIONIBUS DESIDERATO

DEQUE PARTICULA DOGMATICA 'EK

CONTRA SCHISMATICOS CORRUPTORES

IN EIUSDEM TEXTUM RESTITUTA.

Editoris dissertatio.

1. *Sancti Gregorii nysseni nobilissimum locum, ubi Spiritus sancti a Filio quoque processio adfirmatur, superioribus eiusdem scriptis adiuncturus, necessaria quaedam praefanda opinor. Pertinet is locus ad tertium Nysseni de dominica oratione sermonem circa finem; neque is tamen in publicis Nysseni editionibus, et ne in pleniore quidem parisiaca Morellii legitur. Ceteroqui sermonem illum prae manibus habuit integrum et inlibatum Iohannes Veccus saeculo ·XIII· patriarcha catholicus constantinopolitanus, qui quum dogmatis de processione a Filio propugnator strenuus esset, (cuius etiam causa calamitates honorificas passus est) in quadam synodo anno ·M·CC·LXXX· Byzantii habita, praesidente ipso, considentibus octo metropolitis, principibus quoque viris praesentibus, insignem hanc Nysseni auctoritatem in medium protulit, et decreto synodico confirmavit. Rei vero summaria historia a Vecco narrata haec est. Xiphilinus ecclesiae magnus oeconomus habuit Nysseni operum antiquum codicem, in quo tertius quoque cum reliquis sermo erat de oratione dominica, et quidem integer; quodque rei caput est, cum dogmatico commate:* πνεῦμα καὶ 'ΕΚ τοῦ υἱοῦ εἶναι προσμαρτυρεῖται: *« Spiritus etiam ex » Filio esse adfirmatur. » Iam vero quum particula* 'ΕΚ *referendario ecclesiae Escammatismeno, graecae heterodoxiae et schismatis favitori, molesta esset quia errorem eius tenedia veluti securi praecidebat, nefario ausu de praedicto codice ipsam delevit. Rem porro gestam ad Veccum patriarcham publicamque notitiam detulit Xiphilinus codicis possessor; eademque et inspectu codicis patefacta fuit, simulque ipsius testimonio Escammatismeni, qui ad catholicas postea partes transgressus, crimen suum ultro confessus est. Id autem tanti aestimavit Veccus (praesertim quia, ut ipse in relatione ait, in aliis quoque exemplaribus particula* 'ΕΚ *comperta fuit) ut coacta prout diximus synodo patriarchali, sententiam episcoporum rogaverit, quid consilii de eo codice lituraque capiendum esset: quorum concors suffragium fuit, ut agnita licet rei veritate, codex ille prout se habebat maneret; nihilque in deleticio spatio rescriberetur; quia periculose id fieret, suspicionemque posteris novae interpolationis refectaeque scripturae iniiceret, et crimen quodammodo a Schismaticis ad Catholicos transferre videretur. Ceteroqui rem gestam scripto consignandam, ut hinc testimonium publicum fidesque haberetur, scripturae illius partem fuisse depravatam. Sic omnes episcopi censuerunt, pergit dicere Veccus « et iam hodie hac synodica actione perficitur, rursus id idem fatente*

Nysseni codex mutilatus et falsatus.

» *Referendario, et non negante* 'ΕΚ *ab se abrasam fuisse, veniamque petente, quod* » *eo tempore id perfecerit, cum a nobis dissidebat.* » *Quo in consilio praesules orthodoxi videntur imitati quodammodo Graiorum veterum exemplum, qui delubra sua, ut narrat Cicero de rep. III. 9, a Xerxe inflammata, ne reficienda quidem putaverunt, ut esset posteris ante os documentum Persarum sceleris sempiternum. Id nos quoque in conservanda byzantini codicis litura, ob arguendam Schismaticorum fraudem, divinitus contigisse credimus: qui codex e Graecia postea translatus, ut infra probabiliter suadebimus, nunc Romae in Pontificis maximi bibliotheca conservatur.*

Rei praedictae testimonia.

2. *Ceteroqui vaticanus hic memorabilis codex fugit oculos, quantum scio, Leonis Allatii, qui quum rei Constantinopoli gestae narret historiam in Graeciae orthodoxae tomo I. (p. 366–374) anno 1652 Romae edito, praeclari monumenti mentionem, ceu adhuc superstitis, nullam facit. Attamen is sententiam Vecci synodicam praedicto in tomo vulgavit; quam statim avide arripuerunt, id est anno 1671, conciliorum collectores Labbeus atque Cossartius T. XI. part. I. p. 1125, consequenterque aliae conciliorum editiones admiserunt. Porro Cossartius in illius scripti calce sic adnotat.* « *Non extant hodie illa Gregorii nysseni verba in ea quam de-* » *signat Veccus homilia: sed neque in quatuor aliis, quas in orationem domini-* » *cam idem Gregorius scripsit. Ex quo intelligimus, eas hac parte a Graecis trun-* » *catas ad nos pervenisse. Neque enim dubitare de Vecci fide possumus, qui in* » *oratione, quam de Spiritus sancti processione scripsit, locum integrum refert, ex* » *quo decerpta ea verba sunt. Neque Veccus tantum, sed Hugo Etherianus et Ma-* » *nuel Calecas locum illum repraesentant. Ceterum quod ab illo Referendario in* » *Nyssenum, idem a Photio in Chrysostomum admissum est. Cuius in homilia de* » *incarnatione (vel certe ipsi tributa) cum apud Ioh. Veccum et Man. Calecam, et* » *in anglicana Savilii editione legatur* τὸ ἐξ αὐτοῦ πνεῦμα, *Photius cod. 277.* » *particulam* ἐξ *omisit. Nimirum cum negent Graeci S. Spiritum esse* ἐκ τοῦ υἱοῦ, » *ex Filio, sentiunt negare se non posse quin sit* τοῦ υἱοῦ. » *Haec Cossartius. Quum autem in praedicta Vecci synodica sententia nihil aliud de Nysseni fragmento recitetur quam illa verba* τὸ δὲ ἅγιον πνεῦμα καὶ ἐκ τοῦ πατρὸς λέγεται, καὶ 'ΕΚ τοῦ υἱοῦ εἶναι προσμαρτυρεῖται, *commodum accidit, ut Veccus in suis ab Allatio editis scriptis partes adhuc nonnullas recitarit ac repetiverit in Graec. orth. T. I. pp. 143. 188. 200. 230. 374. 398; et T. II. pp. 333. 523. Item in eodem opere Ioh. Plusiadenus T. I. p. 632. Tum ibidem Constantinus Melitiniota T. II. p. 825; et Georgius Metochita p. 953. 979. 993. 1045; nec non Arcudius in opusculis aureis p. 140; quin et ipse Leo Allatius in enchiridio de processione Sp. S. p. 60, et contra Creyghtonum exerc. X, et in vindiciis synodi ephesinae cap. 41, partem illam Nysseni a Vecco et aliis in dictis opusculis relatam repetit, et historiam totam recinit. Hi tamen cuncti auctores rem ab ipso Vecco, ut patet, sine ulla additione sumpserunt. Denique et magnus Bessarion in oratione dogmatica infra a nobis laudanda eundem Nysseni locum se in mss. sive Vecci sive Nysseni legisse demonstrat. Atque hi omnes a me libenter sunt nominati, ut ostenderem quanti pretii atque praesidii id Nysseni fragmentum apud Graecos nostri dogmatis adseclas habitum sit.*

Nysseni codices integri.

3. *Relatis hactenus aliorum circa hanc rem testimoniis ac lucubrationibus, reliquum est ut quid nobis eadem super re contigerit, et quale incrementum addere*

obvenerit, exponamus. Quum anno ·M·DCCC·XXXIII· in septimo Scriptorum veterum tomo, Anastasii presbyteri graecum opus ederemus « de patrum circa Domini » incarnationem doctrina » primum omnium exhibuimus Nysseni illud fragmentum, ex praedicto sermone ab Anastasio sexti saeculi homine sumptum, et quidem parte prope dimidia auctius, quam a Vecco postea fuit recitatum. Deinde vero exploratis bibliothecae vaticanae forulis, feliciter comperimus partem hanc Nysseni in aliis quoque conservatam codicibus; quod certe ante me in aliis per Europam codicibus deprehendere potuissent viri eruditi, si curam aliquam impendissent, Morellius in primis Nysseni editor, et Cossartius qui defectum editionis dolebat; praecipue vero sagax Allatius, quem hac in causa vaticanos romanosque alios codices non consuluisse, valde miror: quamquam qui omnia praestare queat, nemo quantumvis impiger mortalium est. Sunt ergo vaticanae bibliothecae codices hi, in quibus Nysseni sermo a me integer compertus est. I. *Vaticanus* 2066. *membraneus nobilissimus, saeculo septimo vel octavo uncialibus litteris scriptus, cum glossis etiam aeque quadratis in margine extantibus, de quo nos inferius plura verba faciemus.* II. *Vat.* 448. *membr. saeculi ferme XI, de quo nos item codice postea latius loquemur.* III. *Vat.* 449. *membr. saeculi undecimi.* IV. *Vat.* 1409. *bombycinus saeculi tertii decimi.* V. *Urbin. vat.* 14. *chart. saeculi quarti decimi.* VI. *Vat.* 1729. *chart. saec. XV. Codices autem in quibus Nysseni hoc fragmentum separatim scribitur, tres sunt chartacei, nempe VII. Anastasii presbyteri columm. vat.* 19. VIII. *Vat.* 1102. IX. *Vat. lat.* 4326, *in quo Hieronymus Donatus, senator venetus, vir saeculo XV. desinente clarus, doctrinae graecae linguaeque peritissimus, in suo a nobis edito (Script. vet. T. VII.) de processione Sp. S. contra Graecos doctissimo opere, partem eius testimonii ex Nysseno graece item producit. Nysseni ergo praeclarum hoc segmentum in novem saltem habemus bibliothecae vaticanae codicibus; eratque idem in aliis a Vecco, Bessarione, et Donato, ut ipsi aiunt, visis codicibus; neque dubito quin passim in dispersis per orbem mss. Nysseni exemplaribus, et Romae etiam, si modo ea explorentur, occurrat; quandoquidem vel una Pontificis bibliotheca ostendit hanc copiam. Codices denique vaticani, in quibus aeque ac in editionibus fragmentum deest, duo sunt.* I. *Vat.* 1907. *saeculi circiter duodecimi, bombycinus, qui etsi nobis ineditos duos Nysseni sermones suppeditavit, in hoc tamen tertio de or. domin., et interdum alibi, lacunis laborat.* II. *Urbin. vat.* 13. *chart. satis recens. Causa vero in his evidens defectûs est, quia schismatici amanuenses iniucundum illud sibi testimonium sponte omisisse videntur, id quod pluribus postea exemplis et auctoritatibus confirmabo.*

Particula 'EK in codice vat. antiquissimo.

4. *Nunc ipsum rei caput attingendum est, nempe utrum et in quot cognitis nobis codicibus particula dogmatica* 'EK *legatur. Namque haec deest in operis anastasiani codice columnensi vat.* 19, *itemque in eiusdem operis codice vat.* 1102, *in quibus legitur* καὶ τοῦ υἱοῦ προσμαρτυρεῖται. *Item abest ea particula a vatt.* 449, 1409, 1729, *nec non ab urbin. vat.* 14, *in quibus scribitur* καὶ τῷ υἱῷ προσμαρτυρεῖται. *Haec, inquam, documenta in adversariorum parte sunt, atque a violatis exemplis dimanant. Age iam quae nobis, vel potius veritati favent, exponamus. De corruptis Schismaticorum dolo codicibus, post exortas cum orthodoxis quaestiones, paulo post dicemus cum summae etiam auctoritatis viro Card. Bessarione (praeter ea quae superius cum Vecco diximus) cuius nunc verba non recitatis solum verum etiam oblatis ob oculos argumentis evidenter confirmabimus. Etenim inter illos*

quos supra memoravi vatt. codices gregorianum fragmentum continentes, unus est qui schismatis tempora longe antecedit, immo et ipso Photio ducentis ferme annis antiquior est, litteris quadratis ut iam monui scriptus, specie prorsus insigni atque admirabili, qui ex monasterio monachorum basilianorum Cryptae ferratae in bibliothecam vaticanam Pio VI. regnante transiit. Continentur eo, praeter S. Basilii hexaemeronem, S. Gregorii nysseni sermones in orationem dominicam, in beatitudines, scripta etiam ad Petrum fratrem, orationes epitaphicae, et capita physiologica. Iam in sermonibus de orat. domin. quum curiosissime rem meam scrutarer, tertium illum sermonem non solum integrum, id est absque lacuna vidi, verum etiam, quod me incredibili gaudio adfecit, particulam dogmaticam 'ΕΚ *suo in loco f.* 86. *b. evidentissimam, ut cetera omnia, perlegi: qua visa,* VICIMUS *exclamavi: en quippe codicem, cuius sine dubio dignitas cunctis praevalet: en testem veritatis ingenuum ac probatissimum: en ut auctoritas temporis, prout dixit Cicero, naturae id est veritatis iudicia confirmat. Quin adeo plausum meum praeoccupavit illic in margine manus quaedam, multo tamen recentior, graeci alicuius orthodoxi scribentis:* εὖ σοι μέγιστε Γρηγόρι: *« bene tibi, maxime Gregori. » Protinus ergo dedi operam ut hic eximius Nysseni tractus fidelissime in aere excuderetur: codicis quoque numeralem notam adscripsi, ut rem suis oculis, quisquis volet, in vaticana bibliotheca contempletur. Hanc meam laetitiam mox cumulavit Hier. Donatus, qui lib. I.* 15. *et IV.* 13. *sic integerrime scribit:* τὸ δὲ ἅγιον πνεῦμα καὶ ἐκ τοῦ πατρὸς λέγεται, καὶ 'ΕΚ τοῦ υἱοῦ εἶναι προσμαρτυρεῖται: *« Spiritus sanctus et ex Patre » dicitur, et ex Filio esse testimonio probatur. » Idem vero Donatus lib. III.* 14. *p.* 112. *rem illam sub Vecco in synodo gestam novisse se ait his verbis: « extat » huius conventus narratio, quae Deo volente in manus meas incidit. » Itaque et eius synodi particulam scribit. Ne tamen Nysseni locum, ab eo lib. I.* 15. *scriptum, ex Vecco potius sumpsisse suspicemur, vetat ipse dum in nuper citata p.* 112. *ait se complura gregoriani sermonis exemplaria inter se comparasse, ubi celebre id testimonium legebatur. Ceteroqui in hac causa illos propemodum missos facio, quos Allatius edidit, Plusiadenum, Melitiniotam, Metochitam, Arcudium quoque in opusculis aureis, ipsum denique Allatium, qui in allato textu habent* 'ΕΚ; *etenim hi unum fortasse cum Vecco testimonium conficiunt. Verumtamen egregie nos, vaticani codicis antiquissimi ope, adfirmationem Vecci iam comprobavimus; et mox alio singularis naturae codice item vaticano, Vecci eiusdem sinceritatem decretique synodici summam prudentiam et aequitatem demonstrabimus.*

Codex alius vat. deleticius.

5. *Accedamus enim ad codicem vat.* 448., *peculiari ob ea quae dicturi sumus mentione dignissimum. Ait quippe Veccus in sententia synodica, codicem illum Xiphilini, in quo fraudulenter deleta fuerat* 'ΕΚ *particula, valde antiquum fuisse, compluraque Nysseni opera continuisse. Iam vero codicem hunc vat. uno vel etiam altero ante Veccum saeculo (id est ante synodum, quae anno* 1280. *fuit celebrata) exaratum fuisse, non videbitur inspicienti improbabile (quamquam aliquot eius folia recentiore manu suppleta fuerunt, quae tamen ad controversam partem non adtinent.) Tempora ergo vaticani ac byzantini codicis vix invicem distare videntur. Sed ne eorum quidem continentia differt; nam vaticanus aeque ac byzantinus Nysseni operibus plenus est, nihilque alienum toto in corpore prae se fert. Nunc res mira, et praeter meam omniumque expectationem oblata, narranda est. Etenim ego tertium illum Nysseni de oratione dominica sermonem in hoc codice legens, ubi ad*

illum gravissimi momenti locum deveni f. 204. b. particulam celebrem 'EK *in codice quidem scriptam observavi, verum postea studiose oblitteratam, superstite adhuc particulae in litura vestigio, perspicuoque extra deletionem leni spiritu; cuius palmaris rei fidelem imaginem in excusa tabula exhibui. Porro ego hac visa litura, et immani Schismaticorum contra catholicum dogma facinore, equidem cohorrui, manus vocemque in caelum sustuli, et mihi rem plane insperatam, nostraeque theologiae perutilem deprehendisse visus sum. Statim etiam cogitare coepi, num hic reapse idem codex esset, quem Constantinopoli ab Escammatismeno deletum Veccus conventui episcoporum obtulit; conventus autem, fraude iam denudata, prudenter vetuit quominus particula* 'EK *in lacuna rescriberetur. En quippe in litura codicis vaticani nihil reapse postea rescriptum est. Num ergo Veccus, aut a synodo catholicus aliquis, codicem illum Romam misit, ut et fallaciae Schismaticorum, et sinceritatis Catholicorum perpetuum monumentum in christiani orbis metropoli extaret? Rem ita se habere, confidenter propemodum adfirmarem, nisi Hier. Donatus lib. III. 14. de hoc Schismaticorum flagitio loquens narraret « se pluribus eius sermonis exemplaribus comparatis, in quibusdam illud* 'EK *temere ac stulte abrasum vidisse. » Si ergo non unus fuit deleticius huius sermonis codex, haud satis est evidens, vaticanum nostrum unum eundemque esse Xiphilini seu Vecci codicem. Valde tamen suspicor, Donatum liberius locutum, ita ut vocabulo « quibusdam » unum hunc designaverit deleticium vaticanum, quem is certe Romae inspicere potuit. Nam quum ipse opus suum de Sp. S. graece in Creta scripsisset, cui insulae, ut ipse ait, pro Venetis dux praesidebat, idem postea Romae fecit latinum, qua in urbe dum apud Pontificem esset orator, mortem cum vita anno ·MDXI· commutavit. Atque ut hanc dubitationem concludam, aio: si vaticanus hic codex 448, idem byzantinus Vecci est, exosculor Dei providentiam qui religiosum id documentum Constantinopoli Romam transtulit: sin vero alterum exemplar est, schismaticae fraudis testimonium duplicatur, simulque Vecci ac Donati adfirmatio laudatur, qui plures codices particulam* 'EK *continentes vidisse se aiunt.*

Particula 'EK *adseritur.*

6. *Sed age iam confirmare placet Nysseni particulam* 'EK *splendidissimo exemplo viri Nysseno aetate supparis, Theodori Mopsuesteni, cuius nos commentarium in epistolam ad Romanos edidimus Spicil. rom. T. IV. Quamquam locus a nobis mox recitandus, in antiquiore alio et emendatiore vat. codice, unde et Cyrillum deprompsimus, Diodoro tarsensi tribuitur* (1), *homini adhuc antiquiori, nec minus celebri, qui et Ioh. Chrysostomum in litteris sacris instituit. Iam Theodori ac Diodori nomina in codicibus haud raro confundi, compertum est; quin et ipse Photius cod. 223. Diodorum hunc, Theodorum nominat. Sive itaque Theodorus sive Diodorus sic in codicibus et in nostra editione ait ad Rom. VIII. 11.* Προειπὼν πνεῦμα Χριστοῦ, πάλιν φησί· τὸ πνεῦμα τοῦ ἐγείραντος Χριστὸν οἰκεῖ ἐν ὑμῖν· ἐπαναγαγὼν ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ ἐπὶ τὸν πατέρα τὸ πνεῦμα· οὐδὲν ἕτερον ἀλλ' ἢ σαφῶς διδάσκων ὅτι 'EK τοῦ υἱοῦ καὶ τὸ πνεῦμα οὐκ ἀλλότριον τῆς πατρικῆς θεότητός ἐστι: « *quum antea dixisset Spiritum Christi, rursus ait: Spiritus eius, qui » suscitavit Christum, habitat in vobis. Dum a Christo ad Patrem reducit Spiri- » tum, nihil aliud aperte docet, nisi Spiritum, qui est* EX *Filio, a paterna deitate*

(1) *Diodori tarsensis scriptum de Spiritu sancto memorat Photius cod. 102. Fortasse igitur illinc sumpsit auctoritatem hanc eclogarius qui catenam in ep. ad Rom. contexuit.*

» non esse alienum (1). *» Quid hac dictione evidentius? Atque ut novis a me editis monumentis uti pergam, Faustus reiensis quinto saeculo episcopus in homilia de Spiritu sancto, apud nos Spicil. rom. T. V. p.* 93, *Nysseni propemodum ac Theodori seu Diodori verba interpretans, sic ait egregie. « Ergo quia Spiritus sanctus » de utroque procedit, ideo dicitur: qui autem Spiritum Christi non habet, hic non « est eius. » Ecce autem antiquum etiam sermonem alium ex veronensi codice mecum communicavit vir cl. Iosephus Brunatus, in quo pariter scribitur: « Spiritum » quoque sanctum non ingenitum neque genitum, sed ex Patre Filioque proceden- » tem, eo quod Patris et Filii sit Spiritus, et ipse consubstantialis et coaeternus » ambobus. » Haec ego testimonia prae ceteris recitabam, quia nova sunt. Ceteroqui haud minus evidentia habentur ex Athanasio et Chrysostomo contra Arianos, ex Cyrillo in anath. IX. et in Iohelem, ex Epiphanio in ancorato; ut legere est apud Bessarionem orat. dogm. cap. VII, et apud Donatum lib. I.* 13. *Immo et ipse Nyssenus in suo a nobis edito sermone de Spiritu S. n.* 22. *sibimet consonat, ubi ait Spiritum S. a Filio semper accipere et mitti. Et quidem Bessarion or. cit. cap. VI, ut eius verba saltem latine, brevitatis causa referam, sic argumentatur: « quod di- » catur Filii Spiritus, nihil aliud significat, nisi quod per Filium manifestatus sit, » secundum magnum Basilium; sive quod per Filium procedat, secundum Maxi- » mum; sive quod ex Filio procedat, secundum occidentales doctores. Haec enim » quatuor, ut probatum est, aequivalent: videlicet Filii Spiritum dici, per Filium » manifestari, per Filium procedere, et ex Filio procedere. » Ergo etiamsi nos in Nysseni textu legi concederemus* τοῦ υἱοῦ πνεῦμα, *ut adversarii quidem volunt, veritas tamen prisca non patitur, pro* 'ΕΚ τοῦ υἱοῦ πνεῦμα, *nihil illi proficerent, idemque lectionis sensus foret. Ideo enim Spiritus est ex Filio, quia Spiritus Filii est. Cur igitur in hac duarum lectionum varietate tam acriter digladiantur Graeci, si una demum utriusque sententia est? Videant etiam, quibus otium est, ea quae nos adtulimus in praef. ad Spicil. T. VI. nova patrum pro nostro hoc dogmate testimonia: item quae adnotavimus ad Cyrillum II. Cor. I.* 21, *ubi etiam Hilarium produximus de Trin. VIII.* 20, *et Augustini textum in maurina editione mendosum sanavimus. Praesertim vero legant quae in duobus priscis opusculis lat. de process. Spiritus S. dicuntur apud nos Script. vet. T. VII. Denique ne negligant, oro, theologi quae Gregorius patriarcha contra Marcum ephes. (apud Lab. Concil. T. XIII.) nec non quae Bessarion in magna ad Alexium Lascarim epistola late scribunt de patrum traditione evidenti circa processionem etiam a Filio; cum peracuta quoque et verissima celebris dicti Iohannis damasceni explicatione: legentibus enim constabit, Graecos ea nube argumentorum a gentilibus suis Gregorio ac Bessarione prorsus fuisse obrutos, et universa causa excidisse. His si addas quae pro hoc dogmate disputat Allatius in enchiridio, et in Graecia orth., et de consensu eccl. occid. et or.,*

(1) *Magni hic sane momenti est Theodori vulgatus a nobis locus, quo Spiritus sancti processionem etiam a Filio is profitetur. Namque in synodi ephesinae actione VI. recitatur corruptae fidei symbolum, quod Theodoro fuit imputatum, reclamante tamen Facundo hermianensi lib. III.* 2. *et* 5. *atque negante illud esse Theodori scriptum. In eo quippe symbolo aperte id dogma negatur:* πνεῦμα τὸ ἅγιον οὔτε υἱὸν νομίζομεν, οὔτε διὰ υἱοῦ τὴν ὕπαρξιν εἰληφός: Spiritum sanctum neque Filium putamus, neque per Filium suam substantiam habere. *En modo Facundi testimonium pro Theodoro verax agnoscitur: neque enim hic in symbolo contraria ceteris scriptis confessus fuisset. Calumniosum fuit itaque illud symbolum; immo vero inter dogmatis recti adsertores iam Theodorus quoque mopsuestenus (vel Diodorus) ponendus est.*

et in synodi ephes. vindiciis, confecta res est, nihilque praeterea desideramus. Postremo cum Graeci in actibus suis synodicis, Augustini nostri auctoritatem tamquam magni doctoris revereantur (cuius etiam complura opera ex latino in graecum conversa in vaticanis pluteis observavi, paucis tantum ab Arcudio prolatis) discant utique hanc veritatem ab eo, tum in libro XV. 47. de Trin., tum magis in tractatu IC. in Ioh.; nihil enim his Augustini testimoniis validius evidentiusque est.

Dogma ulterius confirmatur.

7. Sed adhuc adversariae partis homines clamitant: en 'EK *particula in plerisque codicibus atque in ipso Anastasii opere de doctrina patrum circa incarnationem deest. Quid inde, inquam? Num primus unusque Escammatismenus codices corrupisse credendus est? Nonne ipsius Anastasii codicibus manus adferri a photianis potuerunt? Quid? calentibus rixa animis, perseverante schismate, putamus fieri potuisse ut a graecis amanuensibus scriberetur in loco Nysseni particula* 'EK, *et non potius auferretur? Atqui omnes, quos hactenus nominavimus, uno excepto antiquissimo* 2066, *gregoriani sermonis codices graeco in schismate conscripti fuerunt. Certe ego quid Anastasii codici acciderit, nescio; video tamen mirum alium Anastasii (si certe unus idemque Anastasius est, prout alio tempore disputabo) video inquam peremptorium locum in sermone eius de Trinitate cap.* 22. *ubi Spiritus sancti a Filio quoque processio disertis verbis adfirmatur: « πνεῦμα ἐκπορευόμενον καὶ ἀποστελλόμενον οὐ μόνον παρὰ τοῦ πατρὸς, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῦ υἱοῦ: Spiritus » procedens et missus non solum a Patre verum etiam a Filio. » Nemo igitur de Anastasii sententia ad hanc rem quod attinet iam dubitabit: immo nemo Anastasium inter primarios dogmatis adsertores non numerabit. Unum adhuc memorabo ex orientali ecclesia documentum. Extat Romae apud Armeniorum S. Blasii ecclesiam vetus, emendatus admodum, optimaeque notae codex liturgici generis, id est lectiones precesque publicas continens, prout eas digessit patriarcha gentis Gregorius III, qui frater fuit atque successor Nersetis Claiensis, et anno* 1165. *obiit. Hunc codicem Leo III. minoris Armeniae rex, anno* 1279. *ecclesiae Armeniorum S. Matthaei in urbe Perusia donum obtulit, prout ipso in codice scribitur. Iam vero armeniaca oratio, qua in pentecostes festo invocatur publice sanctus Spiritus, sic ibi incipit. « Tu qui es dominus dominus (sic) exercituum, et Deus verus, lucis » vitaeque fons, inscrutabiliter a Patre Filioque procedens, thaumaturge sancte » Spiritus, quem Iesus Christus Deus noster apostolis promisit etc. » En cernimus orthodoxorum Armeniorum antiquam confessionem, quam in Schismaticorum liturgicis libris frustra requiremus: etenim apud haereticos quoque Armenios vigere morem delendi e libris quicquid ipsi aegre ferunt, mihi a gnaris rei hominibus relatum fuit. Duos item Armeniorum missales libros, etsi praedicta aetate paulo recentiores, nec non ritualem unum, dogmaticam eiusmodi continentes precem, citat vir cl. honoris causa appellandus P. Gabrihel Avedichianus mechitarista in suo egregio de process. Sp. S. tractatu p.* 63, *qui et alia plurima ex ecclesia rituque suo rei huius documenta collegit.*

S. Basilii locus de Sp. S. mutilatus.

8. *Etsi aliquando a Schismaticis corruptos codices, vel una codicis vat.* 448. *imagine quam aere excudendam curavi, demonstratum est, attamen ut in re gravi et odiosa, abundare testimoniis aequum est. Primus igitur adsit Bessarion, qui in insigni ad Lascarim epistola seu tractatu narrat sex antiquos, sedente florentino concilio, repertos esse Basilii magni codices (confer etiam concil. act. XX.) qui libros eius contra Eunomium continebant, quorum in tertio sub initio verba illa quae-*

sita sunt de Spiritu sancto « ἀξιώματι μὲν δευτερεύειν τοῦ υἱοῦ (1), παρ᾽ αὐτοῦ » λαμβάνον, καὶ ἀναγγέλλον ἡμῖν, καὶ ὅλως ἐκείνης τῆς αἰτίας ἐξημμένον: » *dignitate (seu ordine) secundum esse a Filio, ab eo existentiam habentem, et ab* » *ipso accipientem, et annunciantem nobis, atque omnino ab ea causa dependen-* » *tem;* » *haec, inquam, verba in quinque e sex praedictis codicibus et quidem valde antiquis ait esse deprehensa, in uno autem desiderata. Deinde pergit Bessarion dicere, se post synodum, Constantinopolim reversum conquisivisse quotquot eius basiliani operis codices inveniri potuerunt; ac porro cognovisse, antiquissimos quosque verba illa Basilii in contextu habuisse; recentiores autem, quotquot post litem exortam scripti fuerant, auctoritate praedicta caruisse; quo nihil lucidius dici potest ob ostendendam Schismaticorum fallaciam, a quibus id testimonium consulto praetermissum fuit. Idem vero Bessarion paulo infra loc. cit. non omissionem tantummodo, sed malitiosam quoque deletionem in duobus aliis operis eiusdem codicibus a se visis perpetratam narrat: nam ex uno membraneo vetustissimo falsarius quidam impio ferro veritatem abraserat; quod tamen ei parum successerat, manentibus adhuc in loco vacuo syllabis dimidiatis: alterius autem bombycini locum offuso atramento excaecaverat: qui tamen postea codex ad Demetrii Cydonii, hominis orthodoxi, manus quum pervenisset, is obiurgato falsario oblitterata verba supplevit in margine. Sic Bessarion. Reapse, ut egomet vidi, in codice quoque vat. 434. saeculi ferme XII. f. 32, ubi in mutilato Basilii textu legitur* ἀξιώματι γὰρ δευτερεύειν τοῦ υἱοῦ παραδίδωσιν ἴσως ὁ τῆς εὐσεβείας λόγος, *saeculo uno vel altero post homo orthodoxus sic in margine adnotavit:* « σημείωσον ὅτι παρέλειψεν » ὡς αἱρετικὸν τὸ παρὰ τοῦ ἁγίου γραφέν· λέγει γὰρ οὕτως· ἀξιώματι μὲν γὰρ » δευτερεύειν τοῦ υἱοῦ, παρ᾽ αὐτοῦ τὸ εἶναι ἔχον, καὶ παρ᾽ αὐτοῦ λαμβάνον, » καὶ ἀναγγέλλον ἡμῖν, καὶ ὅλως ἐκείνης τῆς αἰτίας ἐξημμένον, παραδίδωσιν » ὁ τῆς εὐσεβείας λόγος· *(ubi vides omissum etiam* ἴσως.) *Animadverte, inquit,* » *amanuensem praetermisisse, ceu si esset haereticum, id quod vir sanctus scri-* » *pserat. Sic enim ille dicit: dignitate secundum esse a Filio etc.* » *Contra Basilii codex vat. pal. 216. f. 68, quia adversariorum tantummodo manibus versatus fuit, neque schismatis aetatem superat, lacunam suam sine critica adnotatione retinuit. Sed ad Bessarionem ut redeam, is loco cit. prosequitur dicens, Hugonem quoque Etherianum, trecentis ante se annis, habuisse prae manibus Constantinopoli aeque sanum Basilii codicem. Denique loci sinceritatem multis criticae artis argumentis demonstrat. Quare haud scio an satis recte Garnerius maurinus se gesserit, qui in suam praestantem Basilii editionem ea verba non admisit, et in scholiis tantum narrative retulit. Defuerint utique haec verba in inspectis ab eo codicibus; mihi tamen tanti ponderis sunt quae narrat Bessarion, ut aeque Garnerium si ea legisset, permovendum fuisse non dubitem. Plane enim Garnerius nonnisi ad ea quae in actione XX. florentini concilii dicuntur, respexisse videtur; de Bessarionis gravissima ad Lascarim epistola non cogitasse, neque de iis item quae Leo Allatius in enchiridio cap. XX. mirabiliter disputavit tum de Basilii codicibus integris, tum de vana fraude Schismaticorum, quae heic repetere longum foret. Et quidem de praedicto*

(1) Intellige vel ordinem, vel illum sensum, quo de patre suo loquitur Christus dominus in celebri loco Iohannis XIV. 28, cuius dicti multae variaeque explanationes notissimae sunt. Nam graduum diversitatem in ss. Trinitate non esse, peremptorium dogma est, ut cum Augustino et cum Panoplia in hac nova Bibliotheca diximus T. II. p. 558. 560.

S. Basilii loco Veccus etiam patriarcha disserit in opusculi sui de Spiritus sancti processione capitulo I. apud Graeciam orthodoxam T. I. p. 225. sqq.

Corruptionum alia exempla.

9. *At quia de Allatio dicere coepi, duas adhuc ab eo commemoratas fraudes non reticebo. Namque in dicto enchiridio cap. IV. in Nazianzeni sermone de adventu Aegyptiorum, ait ab haereticis vocabulo ἀγεννησίας substitutum fuisse αἰτίας, ut Filium diversum a Patre non ἀγεννησίᾳ tantummodo sed etiam αἰτίᾳ suaderent; quo dolo, Filium removebant quominus causa sit Spiritus sancti simul cum Patre. (Confer etiam Hier. Donatum pp. 36. 39. 42.) Idem rursus Allatius cap. XV. demonstrat corruptam fuisse ab iisdem Metaphrastae dictionem in sermone de S. Dionysio areop. ubi legebatur ἐκπορευόμενον υἱοῦ πνεῦμα ἅγιον. Sed cur iam falsariorum ac falsitatum adversus codices religiosos catalogum diutius prosequor, qui infinitus paene fieret? Certe et ego in Spicilegio rom. T. IV. p. XC. palam feci, Iacobitas syros in Procli constantinopolitani sermone, quem ibi edidi, delevisse, ut vestigia in codice adhuc demonstrant, catholicum vocabulum, substituto monophysitico; et id quidem in uno sermonis exemplari; ex altero autem eiusdem sermonis codice folium detraxisse, ne ingratus ipsis textus illic superesset. Quod idem plane Nysseni sermoni, de quo iamdiu nos agimus, in codicibus accidit: qui partim sunt deleticii, ut fuit ille Xiphilini seu Vecci byzantinus, et vaticanus noster 448. (qui fortasse idem est byzantinus) et quidam alii a Donato lib. III. 14. memorati: alii vero codices, toto avulso segmento, mutilati fuerunt, ut vaticanus 1907, et urbin. vat. 13, ex quorum similibus editiones cunctae Nysseni fluxerunt. Vaticanus denique antiquissimus 2066, et fragmentum universum retinet, et particulam quoque* ἘΚ *felicissime in orationis serie ostentat. Et hic sane nobilitate sua plurimorum instar est: ceteroqui non esse unicum, tum Veccus in decreto, tum Bessarion in oratione dogmatica cap. VII, tum denique Donatus loc. cit. satis docent: nullusque dubito quin si ceterae per Europam, Asiam, atque Aegyptum bibliothecae interrogentur, eae parem aliquem codicem se habere confirment.*

Adhuc de eodem argumento.

10. *Iam ut sacrorum librorum locos sileam, quibus haeretici interdum vim in codicibus intulerunt, modo subtractis versiculis* (1) *modo translata perperam interpunctione; celebris est controversa lectio apud S. Hilarium de Trin. II. 27.* adoptatur, *et* adoratur, *quo loco illud huic substitutum in codicibus verbum a Felice urgelitano Adoptianorum duce criminati sunt Hincmarus et Alcuinus: quodque est mirabilius, in duobus omnium antiquissimis Hilarii codicibus, uno Capituli Canonicorum vaticani, altero Capituli veronensis vocabulum illud interpolatum aeque conspicitur, ut et ego Romae vidi, et Scipio Maffeius in praef. ad Hilarium narrat. Certe et alium Hilarii librum falsatum ab haereticis Rufinus queritur apud Hier. lib. II. 19. adv. Ruf. Tum corrupta non semel ab haereticis orthodoxorum patrum scripta, historici narrant. Quid? In Dionis Cassii excerptis Porphyrogeniti, a me Script. vet. T. II. p. 212. editis, nonne* Plauti *ethnici a Nerone occisi, mutatum studiose ab eclogario fuit in* Pauli apostoli *a Nerone item interfecti nomen? Gemisti*

(1) De celeberrimo quidem testimonio caelesti apud Ioh. ep. I. 5. 7. in codicibus graecis passim desiderato, copiose nos, post alios, disputavimus in adnot. sub initio Speculi S. Augustini quod ex sessoriano codice edidimus. Nunc tamen alia duo subsidia suppetunt, nempe quod hic insignis versiculus legitur etiam in adhuc antiquiore sessoriano alio codice 'XCVI', quamquam manu secunda additus. In epistolario autem graecae ecclesiae Venetiis impresso (id est in annuis apostolicarum epistolarum lectionibus, idem versiculus extat; quod sollemne argumentum est, probari illum ab ecclesia quoque schismatica, quandoquidem in sacra liturgia retinetur ac recitatur.

Plethonis tractatum de virtutibus, in mediolanensi codice nescio quis graecus amanuensis, clariorem gloriam scripto quaerens, rubricato titulo inscripsit Philoni, homonymi operis iamdiu deperditi auctori. Venetiis ante hos annos dum graecorum patrum catenam ad regum libros in marciano codice inspicerem, inter alios auctores legebam ad lib. III. 22. 19. sic. Θεοδωρίτου ἐκ τοῦ γ' λόγου τοῦ κατὰ Μανιχαίων: Theodoreti ex tertio adversus Manichaeos libro. Atqui Theodoreti hoc titulo operis neque in libris eius editis neque in deperditorum memoria vestigium superest. Ecce autem is codicis veneti locus in catena Nicephori extat, Lipsiae edita T. II. p. 806, ubi Procopio sine operis titulo inscribitur. Utrum ex his vere sit dictum, et fraude ne an casu aliquo is error contigerit, difficile definitu est. Quamquam non est spernenda suspicio de Theodoreto auctore: quippe Procopium ex diversorum patrum scriptis catenas conficere solitum scimus: namque et nos catenas Procopii huiusmodi in genesim, proverbia, et Salomonis canticum superioribus annis vulgavimus in class. AA. T. VI. et IX. Sine dubio patet latissimus dicendo campus, si quis falsitates erroresve huiusmodi, qui sunt innumeri, persequi velit. Mitto quod Honorii papae nomen damnatorio sextae synodi decreto obtrusum a malivolis fortasse videtur; quandoquidem, ut olim observavi (ad Niceph. apol. cap. 22. in part. lat.) neque libellus synodicus, neque sancti Sophronii epistola item synodica, neque byzantini patriarchae Nicephorus ac Nicolaus, dum Sergium, Pyrrhum ac Cyrum, Monothelitis accensent, Honorium his connumerant; quod nonnisi contrariae persuasionis causa fieri potuit: quae si documenta florentinus Fontanius novisset, paulo credo modestius ac reverentius de hac controversia et de Honorio locutus fuisset ad Photii erotema I. p. 10. nov. delic. T. I. Sancti Caelestini papae epistolam ad Nestorium in nonnullis subdole locis a graeco aliquo interprete fuisse perversam, demonstravi olim bobiensi codice utens, cum de vetere chalcedonensis synodi latina translatione disserui. Quis maiorem interpolationem fraudemque et falsitatem pertulit, quam pontificales epistolae ab Isidoro seu quovis alio eius criminis auctore? Quid? nonne cuidam epistolae de Spiritus sancti processione, a photiano ut reor homine scriptae, fallaciter nomen Iohannis papae romani impositum fuit? cuius falsitatis testis est in vaticano ecclesiae romanae tabulario regestum antiquissimum et prope synchronum ac plenissimum epistolarum praedicti pontificis; a quo codice apocrypha illa epistola prorsus abest, nec nisi in recentioribus Graecorum codicibus legitur. Idem usuvenit in byzantinorum episcoporum catalogo. Etenim in columnensi vat. codice, cuius aetas schisma Photii praecedit, initium fit, prout veritas postulat, a Metrophane sub magno Constantino. At recentior chronographus, quem nos edidimus, Ephraemius, cum neotericis aliis, facit initium sui catalogi a Stachy, apostolicorum temporum homine, fraude notissima Schismaticorum, ut apostolicam dignitatem byzantinae sedi vindicent. Quid ipse Photius? nonne in sua ad Armenios epistola insignem vel fraudem fecit, vel ab interpolatoribus passus est, dum pro Petro Lucam romanae cathedrae fundatorem scripsit, antiochensis autem Matthaeum? Passus inquam fortasse ab orientalibus interpolatoribus magis fraudem videtur Photius, quam dolo proprio tam absurde egisse: etenim Graeci passim, et quidem ipsi patriarchae ac synodi, iam inde a sardicensi et chalcedonensi, sedem Petri romanam numquam negarunt: et Photius idem in alia epistola de qua mox loquemur, romani pontificis apostolicum primatum agnoscebat ac fatebatur. Sane ad orientales quod attinet non semel mihi ab illarum gentium ho-*

minibus narrari memini, de singulari impudentia qua illic tum patres, tum ecclesiastici alii scriptores, synodorum canones, libri liturgici, et religiosi tractatus quilibet, praesertim quia manuscriptis plerumque adhuc utuntur codicibus, violari, deleri, abradi, minuique vel augeri solent, pro partium studiis ac sectis. Profecto, ut generatim iam loquar, abrasa in codicibus verba, supposita alia, immutata auctorum in titulis nomina, obductas de industria obscuritates, surrepta folia, atque alia eiusmodi vitia, nemo aliquando non comperit qui his in studiis aetatem triverit. Hinc divinae illae apud Apocalypsin XXII. 19. minae adversus huius sancti libri corruptores: hinc in tot codicum calce, auctorum vel librariorum dirae, ne qua fraus in ipsorum scripturas irrepat. Hinc etiam Xisti V. PP. anathemata, si quis umquam in bibliotheca a se Romae condita dolo malo quicquam abraserit.

De Photii epistola truncata.

11\. *Utrum Schismaticorum item fraudi tribuendum sit, nec ne, quod adhuc sum dicturus, aequi lectores iudicabunt. Photii longam epistolam ad Nicolaum papam ob impetrandam sui in patriarchatu confirmationem, edidit latine tantum, Petro Morino interprete, Card. Baronius ad an. 861. n. 54: sed ea graece demum vulgata fuit ab Anthimo schismatico Remnicii episcopo in Valachia an. 1706, quem rursus textum prelo nuper in Gallia subiecit vir. cl. Iagerus in sua praeclara de Photio graeci schismatis auctore historia p. 439. Ego vero graecum ibi textum legens, statim agnovi (p. 452.) fine esse mutilatum, id quod illic tum hiulca sententia, et vocabula corrupta satis suadent, tum integra atque continua apud Baronium interpretatio plane demonstrat. Iam vero in graeca ante hanc diem parte inedita, Photius disertis verbis fatetur romani Pontificis primatum, dum ait illum inter Christianorum rectores* πρωτεύειν λαχόντα *et* ὑπερέχειν, *principem supremumque locum tenere; (id quod etiam Nicolaus Photii successor adfirmabat Spicil. rom. T. X. part. 2. p. 293.) Fatetur item Photius vigentem consuetudinem Christianorum confugiendi appellandique undique ad rom. sedem, ut pontificalium pedum fruerentur osculo, ut ad apostolorum limina orarent, et peccatorum veniam consequerentur. Tantum postulat, ne id sine commendaticiis patriarchae epistolis fieret: quo astu Photius romana peregrinatione et appellatione iis volebat interdicere, qui ne cum obtruso patriarcha, id est secum, communicarent, Romam confugiebant, ubi etiam Photii crimina revelabant; ideoque callide iis maledicit. Iam vero tota haec photianae epistolae pars graece excidit, ut in Valachorum atque etiam in Iageri editione videre est, qui sane vir doctus editionis defectum agnovit, neque tamen potuit graece supplere. Displicuisse autem editori Anthimo hunc epistolae Photii tractum, in quo Papam rom. ceu sibi superiorem adhuc reveretur, et de appellationibus ad apostolicam sedem loquitur, nil mirum est; nam totus ille Anthimi tomus schismaticis opusculis, romanae praesertim auctoritati adversantibus, scatet. Tum vero Valachos, calogeris suis auscultantes, alieno plerumque animo a romanis partibus extitisse, disco ex historia nupera quam de illa regione edidit Berolini vir doctus Mich. Kogalnitchanus T. I. p. 237 (1). Haud ergo temeraria fortasse suspicio est, partem illam epistolae dedita opera typis fuisse seclusam. Quod si quis mitius iudicare velit, et Anthimi editionem valachicam culpa potius codicis, fortasse mutili, mancam existimare; adhuc quaerendum superest quis lacunam in illo codice fecerit, casus ne aliquis, an schismatici hominis priscus dolus? Sed utcumque*

(1) In hoc berolinensi libro p. 120. memoratur etiam dynastia biennalis illius Heraclidae, de quo elegantem historiam ab amerino episcopo Ant. Gratiano scriptam edidi ego Spicil. rom. T. VIII.

se ista habent, en demum haec epistola a nobis ope duorum codicum vaticanorum graece completur.

Photii epistolae complementum.

Ἡ τῶν ἀληθῶς κανόνων φυλακὴ, σπουδαίῳ μὲν ἐποφείλεται παντὶ, πολὺ δὲ πλέον τοῖς ἐπευθύνειν τὰ τῶν ἄλλων ὑπὸ τῆς προνοίας ἠξιωμένοις· καὶ τούτων ἔτι μάλιστα, ΤΟΙΣ ΕΝ ΑΥΤΟΙΣ ΤΟΥΤΟΙΣ ΠΡΩΤΕΥΕΙΝ ΛΑΧΟΥΣΙΝ· ὅσῳ γὰρ ὑπερέχουσι, τοσούτῳ νομοφυλακεῖν ὀφείλουσι· θᾶττόν τε γὰρ τὸ ἐκείνων ἐλάττωμα, οἷα δὴ κειμένων ἐν ὕψει, εἰς πάντας περιαγγέλλεται, κἀκεῖθεν τοὺς ἄλλους δεήσει πρὸς ἀρετὴν ἐπανάγεσθαι, ἢ πρὸς κακίαν ὑποσύρεσθαι· διὸ δεῖ καὶ τὴν ὑμετέραν πολυέραστον μακαριότητα τῆς ἐκκλησιαστικῆς εὐταξίας ἐν πᾶσι φροντίζουσαν, καὶ τῆς κανονικῆς ἀντεχομένην εὐθύτητος, τοὺς ἄνευ συστατικῶν γραμμάτων πρὸς τὴν τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησίαν ἐντεῦθεν ἀπαίροντας, μὴ ὡς ἔτυχεν ὑποδέχεσθαι· μηδὲ φιλοξενίας προσχήματι, μισαδελφίας παραχωρεῖν καταβάλλεσθαι σπέρματα· τὸ μὲν γὰρ καθ᾽ ἑκάστην πρὸς τὴν ὑμῶν πατρικὴν ὁσιότητα τοὺς βουλομένους παραγίνεσθαι, καὶ τῶν τιμίων αὐτῆς ἀπολαύειν ἰχνῶν, τοῦτο λίαν ἐμοὶ προσφιλὲς, καὶ πρὸ πολλῶν ἄλλων τιμώμενον· τὸ δὲ χωρὶς τῆς ἡμετέρας εἰδήσεως, καὶ συστατικῶν γραμμάτων ἄνευ, ἀποδημίας ἀτάκτους ποιεῖσθαι, οὔτε ἡμῖν οὔτε τοῖς κανόσιν, ἀλλ᾽ οὐδὲ τῇ ὑμῶν ἀδεκάστῳ κρίσει εὐπαράδεκτον· ἐῶμεν γὰρ τ᾽ ἄλλα ἃ συμβαίνειν εἴωθε, μὴ κατὰ τὸν κανόνα τὰς ἀποδημίας ποιουμένων, τῶν ἀποδημούντων τὰς μάχας, τὰς στάσεις, τὰς ἔριδας, τὰς φιλονεικίας, τὰς διαβολὰς, τὰς ἐπιβουλὰς, τὰς ἐπαναστάσεις, ἀλλὰ τό γε νῦν ὁρώμενόν τε καὶ πραττόμενον ἐρῶ· ἐπειδὰν γὰρ ἐνταῦθά τινες διὰ τῆς παθοποιοῦ ῥαστώνης τὸν βίον καταῤῥυπώσωσι, τῶν δὲ πλημμελημάτων εὐθύνας ἀπαιτεῖσθαι ὦσι προσδόκιμοι, μετὰ σεμνῆς τῆς ἐπωνυμίας φυγάδες γίγνονται, προσευχῆς ὄνομα τῇ φυγῇ περιθέμενοι, καὶ πρᾶξιν αἰσχρὰν ὀνομασίᾳ χρηστῇ συγκαλύψαντες· ὧν οἱ μὲν ἀλλοτρίους γάμους διώρυξαν, οἱ δὲ κλοπαῖς ἑαλώκεισαν, ἢ ταῖς μέθαις προσεπόθησαν, ἢ ταῖς ἀκολασίαις ἐδουλώθησαν· ἄλλοι δὲ καὶ τῶν ταπεινοτέρων αὐτόχειρες ἐφωράθησαν, καὶ ἄλλοι ἄλλοις πάθεσιν ἀκαθαρσίας συνεσχέθησαν· οἳ ἐπειδὰν κατ᾽ αὐτῶν τὴν δίκην ἀφιεμένην, ὥσπερ ἔφημεν, συναίσθωνται, ἐμοῦ πάντα κινήσαντες τὸ καὶ συνταράξαντες, δρασμῷ τὰς ἐπὶ τοῖς αἰσχρουργηθεῖσι καὶ τολμηθεῖσι διακρούονται κολάσεις· μήτε ταῖς ἐπιτιμήσεσι σωφρονιζόμενοι, μήτε ταῖς τιμωρίαις θεραπευόμενοι, μήτε τοῦ πτώματος ἀνορθούμενοι, ἀλλ᾽ αὐτοῖς τε καὶ τοῖς ἄλλοις διατελοῦντες ὄλεθροι· ἐξ ὧν τῷ βουλομένῳ πάθεσι τρυφᾷν ἡ πύλη πλατεία τῆς ἀπωλείας ὑπανοίγνυται· ἔχουσι γὰρ τῆς δίκης ἀποφυγεῖν τὴν ἐπὶ προφάσει προσευχῆς ἐπὶ Ῥώμην κάθοδον· ὧν τὴν κακότεχνον μηχανὴν ἡ ὑμετέρα πατροκτόνος καὶ θεοχαρίτωτος ἀνασκοποῦσα κεφαλὴ, ἄχρηστον αὐτοῖς καὶ ἀτελεσφόρητον τὸν δόλον καὶ τὴν μηχανοῤῥάφον ἀποφαινέτω προαίρεσιν· τοὺς ἄνευ συστατικῶν παραγινομένους γραμμάτων, μετ᾽ ἐπιμελείας ἐκεῖσε πάλιν ἐπαναστρέφουσα, ὅθεν κακῶς καὶ ἀτάκτως ἐξέφυγον· οὕτω γὰρ ἂν αὐτῶν τε ἐκείνων ἡ σωτηρία πραγματεύοιτο, κοινή τε ἡ φροντὶς πᾶσιν ἐπ᾽ ὠφελείᾳ ψυχῆς τε καὶ σώματος πρυτανεύοιτο.

Conclusio.

12. *Hactenus de falsatis aut truncatis apud schismaticas sectas scripturis. Nunc ad Nyssenum conversi, finem aliquando disputationi nostrae imponamus, cuius haec summatim capita fuerunt* **1.** *Fragmentum nobile in Nysseni editionibus desideratum, demonstravimus contineri in novem saltem bibliothecae vaticanae codicibus.* **2.** *Causam patefecimus cur id in aliquot codicibus, ideoque in omnibus Nysseni editionibus desit.* **3.** *Dogmaticam particulam* **'ΕΚ** *multis variisque tum codicum tum auctoritatum testimoniis invicte propugnavimus. Superest itaque ut hoc classicum Nysseni fragmentum, et quidem cum particula* **'ΕΚ**, *futuri editores ad lacunam tertii de dominica oratione sermonis feliciter explendam ex nostro libro in suos transferant.*

SANCTI GREGORII NYSSENI FRAGMENTUM

IN EDITIONIBUS DESIDERATUM, CUM TESTIMONIO

DE PROCESSIONE SPIRITUS SANCTI ETIAM A FILIO (1).

Μία κατὰ τὸ ἀκόλουθον ἀποδέδεικται τῆς ἁγίας τριάδος ἡ φύσις· οὐ συγχεομένης* ἐφ' ἑκάστης τῶν ὑποστάσεων τῆς κατὰ τὸ ἐξαίρετον a) ἐπιθεωρουμένης αὐταῖς b) ἰδιότητος, οὐδὲ τῶν γνωρισμάτων ἐν ἀλλήλοις ἀλλασσομένων· || * ὥστε τὸ σημεῖον τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως ἐπὶ τὸν υἱὸν ἢ τὸ πνεῦμα μετενεχθῆναι c), ἢ τὴν τοῦ υἱοῦ πάλιν ἐπὶ τῶν προκειμένων d) ἐφαρμοσθῆναι, ἢ τὴν τοῦ πνεύματος ἰδιότητα τῷ πατρί τε καὶ τῷ υἱῷ ἐπιφαίνεσθαι· ἀλλ' ἐν τῇ κοινότητι τῆς φύσεως, ἀκοινώνητος ἡ τῶν ἰδιαζόντων θεωρεῖται διάκρισις· ἴδιον τοῦ πατρὸς τὸ μὴ ἐξ αἰτίου εἶναι· τοῦτο οὐκ ἔστιν ἰδεῖν e) ἐπὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύματος· ὅ τε γὰρ υἱὸς ἐκ τοῦ πατρὸς ἐξῆλθεν f), καθὼς φησὶν ἡ γραφὴ, καὶ τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ θεοῦ καὶ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται· ἀλλ' ὥσπερ τὸ ἄνευ αἰτίας εἶναι, μόνου τοῦ πατρὸς ὄν, τῷ υἱῷ καὶ τῷ πνεύματι ἐφαρμοσθῆναι οὐ δύναται, οὕτως g) ἔμπαλιν τὸ ἐξ αἰτίας εἶναι, ὅπερ ἴδιόν ἐστι τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύματος, τῷ πατρὶ ἐπιθεωρηθῆναι* φύσιν οὐκ ἔχει· κοινοῦ δὲ ὄντος τῷ υἱῷ καὶ τῷ πνεύματι h) τοῦ μὴ ἀναιτίως i) εἶναι, ὡς ἂν μή τις σύγχυσις k) περὶ τὸ ὑποκείμενον θεωρηθείη, πάλιν ἐστὶν ἄμικτον τὴν ἐν τοῖς ἰδιώμασιν αὐτῶν διαφορὰν* ἐξευρεῖν· ὡς ἂν καὶ τὸ κοινὸν φυλαχθείη, καὶ τὸ ἴδιον μὴ συγχυθείη l)· ὁ γὰρ μονογενὴς υἱὸς, ἐκ τοῦ πα-

* Glossa in cod. A. οὐ συμφυρομένης.

* Hactenus editiones. Reliqua ex codicibus.

* Glossa A. νοηθῆναι.

* Gl. A. παραλλαγήν.

ιβ. Ἰουδαίους γε μὲν ἐξ ἀρχῆς ἀπεσφάλθαι τῆς ἀληθείας φημί, ἐξ οὗπερ αὐτῇ τῇ ἀληθείᾳ ἐπιβεβουλεύκασι, τὸν λόγον τῆς ζωῆς ἐξ ἑαυτῶν ἀπελαύνοντες· καὶ τοῦτο σαφῶς ἡ τῶν ἱερῶν εὐαγγελίων παρίστησι γραφή· τῷ μὲν γὰρ κυρίῳ ἐπιμαρτυρεῖ τὸ πάσχα βεβρωκέναι τῇ πρώτῃ τῶν ἀζύμων· μηδ', ὥς φησιν ὁ Λουκᾶς, ἐν ᾗ ἔδει θύεσθαι τὸ πάσχα ἡμέρᾳ τὸ σύνηθες αὐτοῖς βεβρώκασι πάσχα, ἀλλὰ τῇ μετ' ἐκείνην ἑξῆς, ἥτις ἦν τῶν μὲν ἀζύμων δευτέρα, σελήνης δὲ πεντεκαιδεκάτη, ἐν ᾗ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν κρινομένου ὑπὸ Πιλάτου, οὐκ εἰσῆλθον εἰς τὸ πραιτώριον, οὐκ ἄρα τῇ πρώτῃ τῶν ἀζύμων ἐν ᾗ ἔδει θύεσθαι, βεβρώκασιν αὐτὸ κατὰ τὸν νόμον· ἢ γὰρ ἂν μετὰ τοῦ σωτῆρος καὶ αὐτοὶ τὸ πάσχα πεποιήκεσαν, ἀλλ' ἐξ ἐκείνου ἅμα τῇ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐπιβουλῇ πρὸς τῆς αὐτῶν τυφλωθέντες κακίας, καὶ πάσης ἀληθείας ἐσφάλησαν· ἡμεῖς δὲ τὰ αὐτὰ μυστήρια δι' ὅλου τοῦ ἔτους ἄγομεν, ἐν παντὶ μὲν προσαββάτῳ τοῦ σωτηρίου πάθους τὴν ἀνάμνησιν ποιούμενοι διὰ νηστείας ἣν 1) ἐνήστευσαν ἀρθέντος ἀπ' αὐτῶν τοῦ νυμφίου τότε πρῶτον οἱ ἀπόστολοι· διὰ πάσης δὲ κυριακῆς ἡμέρας τῷ ἡγιασμένῳ σώματι τοῦ αὐτοῦ σωτηρίου πάσχα ζωοποιούμενοι, καὶ τῷ τιμίῳ αἵματι αὐτοῦ τὰς ψυχὰς κατασφραγιζόμενοι.

Christo pascha debemus, mentem nostram omni malitiae fermento expurgantes, azymis autem veritatis ac simplicitatis nos saturantes, habentesque in anima eum, qui in abscondito est iudaeus, veramque circumcisionem, et immolati pro nobis agni sanguine mentis nostrae postes inungentes, ob exterminatorem nostrum propulsandum. Neque hoc in una periodo uniuscuiusque anni, sed tota etiam hebdomada. Praeparatio tamen nobis sit ieiunium, luctus symbolum, propter priora peccata nostra, et ob patientis Servatoris memoriam.

12. Iudaeos certe iam olim a veritate aberrasse aio, ex quo veritatem ipsam persecuti sunt, et Verbum vitae a se expulerunt. Atque hoc manifeste adfirmat scriptura evangelica. Nam Dominum prima die azymorum comedisse pascha testatur. Ipsi vero non qua die oportebat, ut ait Lucas, consuetum pascha comederunt, sed die crastina, quae erat azymorum secunda, lunae vero quinta decima; in qua dum de Servatore nostro iudicium exerceret Pilatus, non sunt ingressi praetorium. Non ergo prima die, in qua fuerat immolandum, comederunt prout lex volebat pascha; sic enim cum Servatore et ipsi pascha comedissent; sed iam tum struendis Servatori insidiis occupati, a sua malitia excaecati, omni veritate exciderunt. Nos vero eadem mysteria toto anno agimus, omni praecedente sabbatum die Servatoris passionem commemorantes cum ieiunio, quod primum tunc apostoli ablato ab ipsis sponso observarunt. Omni die dominica per corpus sanctificatum ipsius salutaris paschatis vivificamur, et pretioso sanguine ipsius in anima obsignamur.

1) Dicit sextae feriae perpetuum in graeca ecclesia ieiunium, quod tamen in occidente varias vices passum est. Vide Thomasinum de ieiuniis part. II. cap 15.

DE EUSEBII QUAESTIONIBUS EVANGELICIS

EDITORIS MONITUM.

Plura iam in hoc volumine edidimus Eusebii scripta, quae superiores doctissimi auctoris editiones desiderabant; nempe 1. Commentarios, vel eorum excerpta, in psalmos a CXIX. ad psalterii finem. 2. Theophaniae partem non modicam. 3. Commentariorum in Lucam non paenitendas reliquias. 4. Operis de paschate insigne fragmentum. (Tum et chronicorum Eusebii deperditum priorem librum Mediolani olim, et postea Romae vulgavimus.) Nunc quinto loco quaestiones eius evangelicas, sive de evangeliorum diaphonia, quas superioribus annis paulo sparsiores, prout eae nobis identidem occurrerunt, nec nisi partim latinas factas edidimus, commodiore iam ac pleniore forma, integra etiam latinitate donatas, recudere constituimus. Postremo denique quaedam alia Eusebii fragmenta accedent.

Cur Eusebius, rei christianae defensor acerrimus, opus hoc scribendum susceperit, causam facile est divinare, quia multae incurrunt reapse apud evangelistas varietates, quibus ethnici vel haeretici abutebantur, ut divinorum librorum veritatem negarent. Hinc tot harmoniae evangelicae iam inde a Tatiani syri temporibus usque ad nostra constructae. Ipse Eusebius sub initiis quoque historiae suae ecclesiasticae lib. I. 7. necessario demonstrandam putavit evangeliorum inter se consensionem, quod et fecit, citato etiam Africani exemplo in litteris ad Aristidem de evangelistarum in narranda Christi genealogia consensu. Iam quale fuerit hoc Eusebii de evangeliorum diaphonia seu discrepantia (conciliandα) opus, docet authentico testimonio auctor in praefatiuncula ad Marinum. « Ambiguarum quaestionum ac solutionum, quae circa divinorum evangeliorum » initia occurrunt, quum iam duos scripserim libros, venio nunc, mediis praetermissis ad extrema » quae semper apud omnes controversa fuerunt. » Priores autem duo libri scripti erant ad Stephanum, ut codex vaticanus demonstrat, tertius ad Marinum. Ergo Eusebius quaestiones tantummodo circa initium et finem evangeliorum obortas tractaverat, mediis cunctis omissis; quas deinde omnes operosissima lucubratione de consensu evangelistarum complexus est sanctus Augustinus, qui dicti operis libris 2. 3. et 4. difficultates plurimas per totum evangelistarum contextum pro suo ingenii acumine enucleavit. Et quidem, quod iure miror (quodque spem quodammodo alit, superesse alicubi opus Eusebii fortasse integrum, cuius nonnisi compendium heic exhibemus) Latinus Latinius opp. T. II. p. 116. sic ad Andream Masium scribebat: « Sirletus (Cardinalis) scire te vult, in Sici» lia inventos esse libros tres Eusebii caesariensis de evangeliorum diaphonia, qui ut ipse sperat » brevi in lucem edentur. » Tres ergo iam tum dicebantur hi Eusebii libri, ut apud nos postea in prologo ad Marinum apparuit. Nec vero quisquam codicem nostrum ex Sicilia adlatum Romam putet; est enim is unus de palatinis heidelbergensibus, ut eius inscriptio demonstrat, nec non Silburgii impressus graecae illius bibliothecae catalogus, qui ante captam Heidelbergam translatosque illos Romam codices confectus fuit. Quod si Silburgius non tres dicit libros, sed duos, id brevi alucinatione accidit, quia nempe duas tantum operis sectiones videbat in codice, ad Stephanum et ad Marinum, cuius postremae prohoemium non legit.

Mihi in codice vat. palat. ·CXX· pulcherrimo, saeculi ferme ·X·, trium praedictorum librorum epitome comperta est, ut diserte inscribitur ἐκλογὴ ἐν συντόμῳ *etc. prout ex codice in titulum libri mei ad verbum transtuli: in aliis vero vaticanis catenarum codicibus partes etiam integri operis nactus sum, quas post epitomen recitabo. Nunc operis per se certissimi testes nihilominus veteres producere aequum est. 1. Namque Eusebius demonstr. evang. lib. VII. 3. ait:* « τίνι δὲ λόγῳ τὸν Ἰωσὴφ γε-

ee

» γενεαλογοῦσιν οἱ ἱεροὶ εὐαγγελισταὶ, καί περ μὴ ὄντος τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐξ αὐτοῦ, ἀλλ' ἐξ ἁγίου
» πνεύματος καὶ τῆς ἁγίας παρθένου, ὅπως τε καὶ αὐτὴ ἡ τοῦ κυρίου μήτηρ ἀπὸ γένους καὶ
» σπέρματος ἀποδείκνυται εἶναι Δαβὶδ, ἐν τῷ πρώτῳ τῶν εἰς τὴν γενεαλογίαν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν
» ζητημάτων καὶ λύσεων διειληφότες, ἐπ' ἐκεῖνα τοὺς φιλομαθεῖς ἀποπέμπομεν: *cur Iosephi ge-*
» *nus sacri evangelistae describant, quamvis Servator noster ex ea natus non sit, sed de Spi-*
» *ritu sancto et sancta Virgine; quove modo ipsa Domini mater de genere ac semine Davidis*
» *fuisse ostendatur; in primo quaestionum et solutionum de Servatoris nostri prosapia explicavi-*
» *mus. Illuc igitur rei studiosos amandamus.» Porro titulum hunc* « ζητημάτων καὶ λύσεων,
quaestionum et solutionum » *genuinum esse eusebianum, docet heic auctor, et codicis nostri palatini inscriptio confirmat. Alii itaque auctores, v. gr. sanctus Hieronymus (ut mox dicemus) liberius locuti sunt, cum paulo aliter, ut fit, sensūs tantummodo ratione habita, inscripserunt: quae varietas in titulo quoque chronicorum Eusebii iamdiu observata fuit.* 2. *Sanctus ergo Hieronymus de script. illustr. cap.* 81. *ait* « *Eusebius caesariensis etc. edidit de evangeliorum diaphonia* » 3. *Rursus idem Hieronymus in comm. ad Matth. I.* 16: « *super hoc et Africanus temporum scriptor, et* » *Eusebius caesariensis in libris* διαφωνίας εὐαγγελίων *plenius disputarunt.* » *Porro Sophronius Hieronymi interpres, Suidas, Honorius augustudunensis, Trithemius, aliique, nonnisi praedicta testimonia repetiverunt.* 4. *Ebediesu in librorum syrorum catalogo, sic:* « *Eusebius caesariensis* » *composuit librum solutionis contradictionum evangelii.* » *Reapse in vat. syr. codice CIII. p.* 302. *excerpta aliquot ex illo opere fiunt, cum titulo:* « *Eusebii caesariensis ex libro quaestionum in evangelium.* » 5. *Nicephorus quoque Callistus hist. I.* 11. *opus hoc Eusebii satis innuit dicens:* « περὶ τὴν δοκοῦσαν διαφωνίαν οὐκ ὀλίγοι βίβλους ὅλας ἐξέδωκαν: *circa apparentem dissonantiam* » *non pauci libros integros ediderunt.* » 6. *Eusebii hoc opus de evangelistarum discrepantia permulti codices memorant praesertim catenarum, cum alibi, tum etiam in bibliotheca vaticana, ut legens comperi. Ecce enim et Combefisius ex catena codicis gallicani, latinum a se redditum edidit in bibl. concion. T. VIII. p.* 15. *latum fragmentum, quod graece apud nos recurrit. Atque haec librorum ad Stephanum testimonia sunt.* 7. *Libro autem ad Marinum testimonium dant Anastasius sinaita in quaestionibus* 8. 148. 153; *Macarius Chrysocephalus in florilegio; chronographi Georgius hamartolus, Iohannes siculus, et Cedrenus quos infra laudabimus. Item auctor scholiorum ad I. reg. cap.* 2. *cant. Annae in sixtina gr. editione; tum catenae, Possini quidem in Marcum p.* 343. 364, *Corderii autem in Iohannem p.* 436. 8. *Sanctus Ambrosius, etsi Eusebium nominatim non appellat, eius tamen opere latissime utitur in commentario ad Lucam.* 9. *Utrum S. Augustinus, qui suo quodam peculiari modo ingenioque loquitur, ad Eusebium nostrum respexerit, non definio; nam modo congruit, modo dissidet, quod tali in opere fieri necesse est.* 9. *Sanctus Hieronymus in comm. ad Matth. sub initio et fine, ex eusebianis quaestionibus haurit, et quidem ex illis ad Marinum abundanter in epistola* ·CXX· *capp.* 3. 4. 5. 6. 7. 9. *Ceteroqui graecos praesertim biblicarum quaestionum auctores, quorum longus catalogus contexi potest, Eusebium prae oculis habuisse, quis dubitet?*

ΕΚΛΟΓΗ ΕΝ ΣΥΝΤΟΜΩ͂Ι
ΕΚ ΤΩΝ ΣΥΝΤΕΘΕΝΤΩΝ
ΥΠΟ ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΠΡΟΣ ΣΤΕΦΑΝΟΝ
ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΙΣ
ΖΗΤΗΜΑΤΩΝ ΚΑΙ ΛΥΣΕΩΝ.

EPITOME SELECTA
EX COMPOSITIS
AB EUSEBIO AD STEPHANUM
CIRCA EVANGELIA
QUAESTIONIBUS AC SOLUTIONIBUS.

I. Cur evangelistae Iosephi, non autem Mariae, genus scribant.

Qui fit, ut Christum evangelistae tamquam a Davide genus ducentem narrent? Prorsus propter Iosephum Davidis prosapia genitum. Atqui non abs Iosepho Christus est, sed a sancto Spiritu et Maria, ut ait scriptura. Oportuisset igitur Mariae genus enarrari, si quidem Christi stemma non Iosephi contexebatur, ad quem Christi humana natura nihil pertinet, quia genitus ab eo non fuit. Iam vero si Iesus a Iosepho non oritur sed a Maria tantummodo, is ne a Davide quidem est: quandoquidem Mariam nulla historia Davide oriundam demonstrat. Temere igitur evangelistae Christum Davidis genere ortum celebrant, quum neque is Iosephi sit filius, neque Mariam in familia Davidis fuisse docuerint. Huiuscemodi erat quaestio prima, quae sic dissolvitur.

1. Res Iesu Christi servatoris nostri partim clam habere oportebat illorum temporum hominibus; partim vero ad communem notitiam efferebantur, quaecumque audientibus utilitatem erant allaturae. Veluti Iesus, ut aliquid exempli causa dicam, mortalis aetatis trigesimum annum agens stitit se publice ad Iohannis baptisma, atque hinc fecit initium magisterii sui ac prodigiorum: quid tamen citra trigesimum annum gesserit, nulla historia docet; neque ex ulla divinae auctoritatis scri-

I. Διὰ τί τὸν Ἰωσὴφ, ἀλλ᾽ οὐ τὴν Μαρίαν, οἱ εὐαγγελισταὶ γενεαλογοῦσιν.

Πόθεν τὸν Χριστὸν ὡς υἱὸν Δαβὶδ γενεαλογοῦσι; πάντως ὅτι διὰ τὸν Ἰωσὴφ τὸν ἐκ Δαβὶδ γεγονότα· ἀλλ᾽ οὐκ ἐκ τοῦ Ἰωσὴφ ὁ Χριστὸς, ἀλλ᾽ ἐκ πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας, ὥς φησιν ἡ γραφή· ἐχρῆν τοίνυν τὴν Μαρίαν γενεαλογεῖν, εἴπερ τὸν Χριστὸν γενεαλογεῖν ἐβούλοντο, ἀλλ᾽ οὐ τὸν Ἰωσὴφ, ᾧ μηδὲν προσήκων τυγχάνει κατὰ σάρκα ὁ Χριστὸς, μὴ ἐξ αὐτοῦ γεγεννημένος· εἰ δὲ μὴ ἐξ αὐτοῦ τυγχάνει ὢν, ἀλλ᾽ ἐκ μόνης τῆς Μαρίας, οὐκ ἂν εἴη ἐκ τοῦ Δαβὶδ, ἐπειδὴ τὴν Μαρίαν οὐδεὶς λόγος ἀποδείκνυσιν ἀπὸ Δαβὶδ γενομένην· μάτην ἄρα τὸν Χριστὸν ἐκ σπέρματος Δαβὶδ θρυλλοῦσι, μήτε τοῦ Ἰωσὴφ ὄντα υἱὸν, μήτε τῆς Μαρίας ἀπὸ Δαβὶδ γενεαλογουμένης· τοιαῦτα μέν τινα τὸ πρῶτον τῶν ἠπορημένων περιεῖχε· λύσις δ᾽ ἂν εἴη αὐτῷ ἥδε.

α΄. Τῶν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ πράξεων, τὰ μὲν σιωπᾶσθαι ἀναγκαῖον ἦν τοῖς τότε, τὰ δὲ εἰς πολλῶν ἀκοὰς διεδίδετο, ὅσα πρὸς ὠφέλειαν ἤμελλε συμβάλλεσθαι τοῖς ἀκροωμένοις· ὅθεν ὡς ἐπὶ παραδείγματος τριακοστὸν ἄγων τῆς τοῦ σώματος ἡλικίας ἔτος, πάρεισιν ἐπὶ τὸ παρὰ τῷ Ἰωάννῃ βάπτισμα· καὶ ἐντεῦθεν ἀπάρχεται τῆς διδασκαλίας καὶ τῶν τεραστίων ἔργων· τίνα δὲ τὰ πρὸ τοῦ βαπτίσματος ἐντὸς ὅλων ἐτῶν τριάκοντα πραχθέντα αὐτῷ, οὐδεμία ἱστορία δηλοῖ, οὐδ᾽ ἔστιν ἀπό τι-

νος θείας γραφῆς τὸν πρὸ τούτου καταμαθεῖν αὐτοῦ βίον. Ἀλλὰ καὶ ἐξ οὗπερ εἰς πάντας ἐγνώσθη, τὰ μὲν εἰς ἀκοὰς πάντων ἐκήρυττε, τὰ δὲ μόνους τοὺς αὐτοῦ μαθητὰς ἐμυσταγώγει· καὶ ποτὲ μὲν παραδοξοποιῶν παρῄνει μηδενὶ λέγειν, ποτὲ δὲ ἄνευ τῆς τοιᾶσδε παραινέσεως τὰ θαυμάσια κατειργάζετο. Ἓν δὴ οὖν μάλιστα τῶν σεσιγῆσθαι δεδογμένων, τὸ κατὰ τὴν γένεσιν αὐτοῦ θαῦμα ἦν· οὐδενὸς τῶν καθ' ὃν ἐνηνθρώπησε χρόνον, ὀλίγων ἐκτὸς, τούτου γνῶσιν κεκτημένου.

β΄. Φησὶ δέ που ὁ ἅγιος ἀνὴρ, Ἰγνάτιος ὄνομα αὐτῷ, τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας δεύτερος γεγονὼς μετὰ τοὺς ἀποστόλους ἐπίσκοπος, ὡς ἄρα καὶ τὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τούτου ἔλαθεν ἡ παρθενία Μαρίας, καὶ ἡ τοῦ σωτῆρος ἐξ αὐτῆς γένεσις· λέγει δ' οὕτως 1)· « καὶ ἔλαθε τὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τούτου ἡ παρθενία Μαρίας, καὶ ὁ τοκετὸς αὐτῆς, ὁμοίως καὶ ὁ θάνατος τοῦ Χριστοῦ· τρία μυστήρια κραυγῆς, ἅτινα ἐν ἡσυχίᾳ θεοῦ ἐπράχθη. » Ἔστι δὲ καὶ λογισμῷ λαβεῖν, ὅτι μὴ πάντων ἦν τῶν ἐν σαρκὶ βιούντων τὸν χριστὸν θεοῦ καὶ σὺν ἀνθρώποις ἀναστραφέντα οἷα κοινὸν ἄνθρωπον ὁρώντων, τὸ δύνασθαι πιστεύειν ἐξ ἀπειρογάμου κόρης αὐτὸν δίχα πατρὸς γεγονέναι· οὐδ' εἰς πολλοὺς ἐκφέρειν, ὅτι μὴ ἐκ τοῦ Ἰωσὴφ ἡ Μαρία συλλαβοῦσα τὸν Ἰησοῦν ἐγέννα, λυσιτελὲς ἦν· ἢ γὰρ ἂν καὶ δίκην κατὰ τὸν Μωϋσέως νόμον ἡ παρθένος ὑπέσχεν, ὡς πρὸ ὥρας γάμου διαφθαρεῖσα τὴν παρθενίαν· διόπερ εἰκότως ἐπισημαίνεται ἀκριβῶς φήσασα ἡ γραφὴ, πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτοὺς, εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα· μονονουχὶ διδάσκουσα ὅτι μὴ πρὸ γάμου συνείληφε· μὴ δὲ πρὸ τοῦ παρὰ τὸν ἄνδρα ἐλθεῖν· μετὰ δὲ τὸ συναφθῆναι τὸν Ἰωσὴφ καὶ παρ' αὐτῷ γενέσθαι 2), παρὰ πᾶσί τε γυναῖκα αὐτοῦ χρηματίσαι, συνόντων ἀλλήλοις, καὶ τῆς γαμικῆς ὁμιλίας ἅπτεσθαι ἤδη γοῦν μελλόντων, αὐτῆς ὡς εἰπεῖν ὥρας πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτοὺς, εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα ἐκ πνεύματος ἁγίου. Καὶ τοῦτό γε παγχρησίμως εἰς τὸ λαθεῖν τοὺς πολλοὺς ᾠκονόμητο· εἰ γὰρ δὴ παρὰ τοῖς αὐτῆς γονεῦσιν οὖσαν ἔτι συνέβη κατὰ γαστρὸς λαβεῖν, κἂν εἰκὸς ἦν βοηθῆναι τὸ πρᾶγμα ὅτι μὴ ἐκ προδήλου ἀνδρὸς ἐκυοφορήθη, θάτ-

ptura superiorem vitam eius discere licet. Sed enim postquam etiam nemini ignotus erat, alia quidem audientibus omnibus praedicabat; aliis autem, tamquam mysteriis, discipulos tantummodo suos initiabat: ac modo prodigia ab se edita divulgari nolebat, modo sine ullo eiusmodi vetito miracula faciebat. Iam in iis, quae silentio premere placuit, miraculum eius nativitatis erat: ita ut illorum, qui mortali eius vitae interfuerunt, nemo, paucis exceptis, rei conscius fuerit.

2. Dicit autem vir sanctus, nomine Ignatius, qui antiochenae ecclesiae secundus fuit post apostolos episcopus, ipsum saeculi principem latuisse Mariae virginitatem, ac Servatoris ex eo nativitatem. Sic enim ait: « latuit » principem huius saeculi virginitas Mariae, » eiusque partus, itemque Christi mors: my» steria tria clamosa, quae tamen sub divino » silentio peracta fuerunt. » Iam ipso mentis ratiocinio intelligere licet, haud fieri potuisse, ut mortales omnes, qui Dei unctum inter homines communi hominis forma versantem cernebant, natum crederent e puella nuptiarum ignara, patre nullo. Neque porro expediebat, ut multi compertum haberent, Mariam haud ex Iosepho conceptum peperisse Iesum: prorsus enim poenae fuisset obnoxia de mosaicae legis mandato virgo, ceu si ante nuptiarum tempus virginitatem violavisset. Quamobrem merito animadversum est, vigilanter admodum scripturam dicere: « antequam ipsi convenirent, » inventa est in utero habens; » tamquam si aperte diceret, eam ante nuptias non concepisse, neque prius quam ad virum accederet: sed postquam cum Iosepho coniugata fuit, atque apud eum diversari coepit, et ab omnibus coniux eius appellari; quum una habitarent, ac nuptiali consuetudine iam usuri viderentur, ipsa propemodum hora ante quam convenirent, inventam esse in utero habentem de sancto Spiritu. Atque haec percommode ob vitandam vulgi notitiam curata sunt. Nam si Mariae a parentibus nondum digressae, gravidae fieri contigisset; quia necesse erat rem palam famigerari, nempe quod ipsa haud ex

1) Epist. Ignatii ad Ephesios cap XIX, ubi videsis doctissimi Cotelerii adnotationem, apud quem Userius verba haec eadem recitat ex Andrea hierosol. cretensi episcopo, nisi quod pro κραυγῆς scribitur ibi φρικτὰ, quae deterior lectio est, quia non opponitur vocabulo κραυγῆς.

2) De hac communi ss. patrum opinione Combefisius bibl. conc. T. I. p. 22. contra Suaresium et Raynaldum. Nicephorus quoque Callistus hist. l. 8. cum Eusebio consentit.

publice noto viro suo concepisset, protinus supplicium ex forma iuris subiisset: si minus, certe stupri macula non vacasset: neque enim ipsa sibi testis esse poterat, neque ad fidem faciendam eorum quae sibi acciderant erat idonea: nec quisquam sibi aut angeli visum persuaderi passus esset, aut illi narranti credidisset quae eidem a Gabrihele dicta fuerant: neque eam iam praegnantem domi suae Iosephus recepisset, quem iustitiae publicum testimonium ornabat. Bene igitur non apud ipsos parentes, sed apud Iosephum gravida facta est, ac maritali propemodum more: ante quam enim convenirent, ut scriptura testatur, in utero habens inventa est.

3. Cui porro inventa est, nisi Iosepho? Cur autem et quomodo res Iosepho compertа fuerit, scriptura docet dum ait, a sancto Spiritu patefactam esse Iosepho iusto homini; qui ob hanc ipsam iustitiam suam nil mirum est si a divino Spiritu adiutus, coniugis mox futurae conceptiones intellexit, atque a maritali congressu abstinuit. Ilico igitur re cognita territus voluit occulte dimittere Mariam: quae acciderant maiora existimans, quam ut ipse cum ea posthinc versaretur. Atque haec causa fuit, quamobrem iustus quum esset, haud aequum iudicavit eam diffamare: maluit autem occulte eandem dimittere. Profecto is, nisi sibi persuasisset, eam de sancto Spiritu concepisse; quum probe simul sciret eandem a se viro uterum non gerere; qui tandem fieri poterat, ut non, pro suae iustitiae munere, ante nuptias corruptam publice ediceret, atque ob id magistratibus idoneis iudicandam traderet ac diffamandam? Alioqui quomodo iustus esset, qui de re impia tegenda celandaque satageret? Certe Iosephum ita se gerentem, ab evangelista iustum appellari, non erat consentaneum. Sed enim quia ipse diviniorem virginis de sancto Spiritu conceptum novit; et quia eandem augustiorem existimavit, quam ut sibi diutius liceret cum illa habitare; recte idcirco evangelista dicit, a Iosepho captum esse consilium clam sponsam dimittendi neque diffamatam a se neque obiectam vulgi sermonibus. Bene igitur ab evangelista dici videtur, quod eam diffa-

τον δ' ἂν καὶ ἀνῄρητο κατὰ τὸν νόμον *· ἢ εἰ μὴ τοῦτο, αἰσχρᾶς δ' οὖν οὐκ ἂν ἠλευθέρωτο ὕβρεως· οὐ γὰρ δήπου μάρτυς αὐτὴ ἑαυτῆς καὶ τῶν περὶ αὐτὴν πεπραγμένων ἀξιόπιστος ἦν· οὐδ' ἂν ἐπείσθη τις ἢ ἀγγέλου ἐπιφάνειαν, καὶ τὰ πρὸς αὐτὴν εἰρημένα πρὸς τοῦ Γαβριὴλ αὐτῇ διηγουμένῃ, οὐδ' ἂν κύουσαν ἤδη προσήκατο εἰς τὸν ἑαυτοῦ οἶκον Ἰωσήφ, ἀνὴρ δίκαιος εἶναι μεμαρτυρημένος· διόπερ εἰκότως οὐ παρὰ τοῖς αὐτῆς γονεῦσιν, ἀλλ' ἤδη παρ' αὐτῷ γενομένη ἐγκύμων σὺν αὐτῷ γενομένη, παρ' αὐτὴν ὡς εἰπεῖν τὴν τοῦ γάμου τάξιν· πρὸ γὰρ τοῦ συνελθεῖν αὐτούς, ὡς ἡ γραφὴ μαρτυρεῖ, εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα.

*Deut. XXII. 23.

γ'. Τίνι δ' ἄρα εὑρέθη, ἀλλ' ἢ τῷ Ἰωσήφ; πῶς δὲ καὶ τίνα τρόπον εὕρηται τοῦτο τῷ Ἰωσήφ, ὁ λόγος διδάξει φάς, ἐκ πνεύματος ἁγίου γνωστὸν γέγονεν οὕτω καὶ τῷ Ἰωσήφ· δίκαιος γὰρ ἦν· δίκαιος δὲ τυγχάνων, οὐ θαυμαστὸν εἰ καὶ θείου πνεύματος ἠξίωτο πρὸς τὸ συνεῖναι μὲν τῆς μελλούσης γαμετῆς κύησιν, ἐπισχεῖν δὲ τὴν κατὰ ἄνδρα κοινωνίαν. Αὐτίκα συνεὶς καὶ καταπλαγεὶς ἐβουλήθη λάθρα ἀπολῦσαι αὐτήν· μείζονα ἢ κατὰ τὴν σὺν αὐτῷ διατριβὴν τὰ πεπραγμένα εἶναι λογισάμενος· καὶ τοῦτο ἄρα ἦν τὸ αἴτιον, δι' ὃ δίκαιος, ὤν, οὐκ ἔκρινε μὲν δίκαιον εἶναι δειγματίσαι αὐτήν, ἐβουλήθη δὲ λάθρα ἀπολῦσαι αὐτήν· καὶ μὴν εἰ μὴ ἐξ ἁγίου πνεύματος πέπειστο αὐτὴν συνειληφέναι, ἀκριβῶς εἰδὼς ὅτι μὴ δὲ ἐξ αὐτοῦ τὸ κατὰ γαστρὸς ἔφερε, τί δῆτα δίκαιος ὢν ὁ ἀνήρ, οὐκ εἰς πάντας ἐξάγων τὴν διαφθαρεῖσαν πρὸ γάμου τὴν ὥραν, τοῖς τὰ τοιαῦτα κρίνειν παρεδίδου δράσασαν δειγματίσαι; πῶς δὲ δίκαιος ὁ τὴν παράνομον πρᾶξιν ἐπισκιάζειν καὶ ἐπικρύπτειν προθυμούμενος; ἀλλ' οὐκ εἰκὸς τὸν εὐαγγελιστὴν δίκαιον αὐτὸν ἐπὶ τούτοις φάναι, ἀλλὰ γὰρ συναισθόμενον διὰ ἁγίου πνεύματος τὴν θειοτέραν τῆς παρθένου γεγενῆσθαι κύησιν, καὶ κρείττονα τῆς σὺν αὐτῷ διατριβῆς ἡγησάμενον εἶναι τὴν οἰκονομίαν, εἰκότως φησὶν αὐτὸν διανενοῆσθαι λάθρα ἀπολῦσαι αὐτὴν μὴ δειγματισθεῖσαν ὑπ' αὐτοῦ, μὴ δὲ τοῖς πολλοῖς φανερὰν γενομένην· εὖ γ' οὖν καὶ τὸ μὴ θέλων αὐτὴν δειγματίσαι εἰρῆσθαι δοκεῖ ὑπὸ τοῦ εὐαγγελιστοῦ· οὐ γὰρ εἴρηκε μὴ θέλων αὐτὴν παραδειγματίσαι, ἀλλὰ μὴ δειγματίσαι 1) θέλων·

1) Ea Eusebius diserte adfirmat lectionem *δειγματίσαι*, quam habet etiam antiquissimus omnium codex biblicus vaticanus, nec non palimpsestus dublinensis. Apud Sabaterium consonant cod. cantabrig. *praepalare*, S. Augustinus *divulgare*, Vigilius taps. *detegere*.

πολλῆς οὔσης ἐν τούτοις διαφορᾶς· ὡς γὰρ οὐ ταυτὸν σημαίνει τὸ γράψαι καὶ παραγράψαι, καὶ τὸ λογίσασθαι καὶ παραλογίσασθαι, καὶ ψηφίσαι καὶ παραψηφίσαι· οὕτως οὐδὲ τὸ δειγματίσαι καὶ παραδειγματίσαι· τὸ μὲν γὰρ παραδειγματίσαι, τὴν ἐπὶ κακῶς πράξαντι εἰς πάντας φανέρωσιν τὲ καὶ διαβολὴν ὑποβάλλει νοεῖν· τὸ δὲ δειγματίσαι, τὸ φανερὸν ἁπλῶς ποιῆσαι.

δ'. Ἐπειδὴ δὲ τούτου γενομένου, εἰ καὶ λάθρα αὐτὴν ἀπολελύκει, μεῖζον ἦν τὸ πρᾶγμα, ἢ κατὰ τὸ λαθεῖν τοὺς πολλοὺς, εἰκότως ἐπιστὰς ὄναρ ὁ ἄγγελος ἔφη τῷ Ἰωσήφ· « Ἰωσὴφ Ἰωσὴφ » υἱὸς Δαβὶδ, μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν Μαριὰμ » τὴν γυναῖκά σου· τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν ἐκ » πνεύματός ἐστιν ἁγίου. » Καὶ θέα γε ὡς πρῶτον υἱὸν Δαβὶδ ἀνακαλεῖ, ἀναπέμπων ἐπὶ τὸν προπάτορα, διὰ τὸν ἐκ σπέρματος Δαβὶδ τοῖς πᾶσι προσδοκώμενον· ἐπεὶ διὰ τί μὴ υἱὸν αὐτὸν ἔφησεν Ἰακώβ; οὗτος γὰρ ἦν αὐτοῦ κατὰ σάρκα πατὴρ, ὡς μαρτυρεῖ ὁ εὐαγγελιστής· Ματθὰν δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰακώβ· Ἰακὼβ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωσήφ· νῦν δὲ παρεὶς τοῦ πατρὸς τὴν μνήμην, τοῦ προπάτορος ὑπομιμνήσκει· μονονουχὶ σημαίνων ὡς ἄρα ὁ ἐπηγγελμένος τῷ Δαβὶδ, οὗτος ἦν ὁ παραδόξως ὁ μὴ ἐξ αὐτοῦ, ἐκ πνεύματος δὲ ἁγίου ὑπὸ τῆς Μαρίας κυούμενος· ἔπειτα δὲ αὐτῷ θαρσεῖν παρακελεύεται δι' ὃν εἶχεν φόβον· οὐχ ὁ τυχὼν γὰρ φόβος ἦν αὐτῷ συναισθομένῳ μὴ ἐξ ἀνδρὸς κεκυηκέναι τὴν Μαρίαν· κἄπειτα αὐτὸν διδάσκει οὐχ ὃ μὴ ἠγνόει, ἀλλὰ τοῦ καὶ πρότερον γιγνωσκομένου τὴν αἰτίαν· λέγει δ' οὖν· τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν, ἐκ πνεύματός ἐστιν ἁγίου.

ε'. Τοιαύτη τις καὶ τοσαύτη γενέσθαι οἰκονομία ὑπὲρ τοῦ λαθεῖν τὴν τῆς παρθένου κύησιν τοὺς ἀπίστους, ἐκ τῆς θείας ὑποφαίνεταί μοι γραφῆς· καὶ γὰρ οὐκ ἂν ἐπιστεύθη ῥᾳδίως ὁ λόγος παρὰ τοῖς τοῦτο ἀκούουσιν, ἄνδρα τὲ αὐτὸν ἡμῖν ὁμοιοπαθῆ τὸ σῶμα, καὶ κατ' οὐδὲν τὴν θνητὴν φύσιν παραλλάττοντα θεωμένοις· τί γάρ; εἰ καὶ μετὰ ταῦτα παραδοξοποιῶν καὶ τὰς ἐνθέους εὐεργεσίας εἰς πολλοὺς ἐκτείνων ἐξέπληττε τοὺς ὁρῶντας, οὐχὶ δὲ καὶ Μωϋσῆς πολλὰ θαυματουργήσας, τῆς κοινῆς ὅμως γενέσεως οὐκ ἠμοίρει; Ἠλίας τὲ, καὶ Ἐλισσαῖος, καὶ ὁ καθεῖς τῶν προφητῶν; οὐδὲν οὖν πρὸς τὸ μὴ ἐξ ἀνδρὸς νομίζεσθαι τὸν Ἰησοῦν ἡ τῶν τερασίων ἔργων ἐπίδειξις αὐτῷ συνεβάλλετο· αὐτίκα οἱ κατ' αὐτὸν οὐδ' ἄλλό τι περὶ τῆς γενέσεως αὐτοῦ φανταζόμενοι, καίπερ τὰ δρώ-

mare noluerit. Non enim ait « nolens eam infamare, sed diffamare; » quorum vocabulorum multa est differentia. Sicut enim non idem significat scribere et proscribere, putare et imputare, rogare et abrogare; sic neque diffamare et infamare: namque infamare facit ut cogitemus de publica hominis malefici patefactione ac delatione; diffamare autem patefaciendi tantummodo notionem habet.

4. Sed quia tamen fieri non poterat ut multos ea res lateret, etiamsi Mariam Iosephus clam descruisset; commode angelus per somnium huic oblatus ait: « Ioseph Ioseph » fili Davidis, ne timeas accipere Mariam con- » iugem tuam: quod enim in ea natum est, » de Spiritu sancto est. » Et videsis ut a principio filium Davidis hunc appellat: scilicet eundem revocans ad progenitorem ope illius quem a Davidis genere omnes expectabant. Alioqui cur non eum Iacobi filium dixisset? Hic enim erat illius natura proximus pater, teste evangelista: « Matthanus autem genuit Ia- » cobum; Iacobus autem genuit Iosephum ». Nunc vero praetermissa patris mentione, progenitorem commemorat; propemodum significans, qui Davidi promissus fuerat, hunc esse quem prodigiose et sine ullo Iosephi officio, sed de Spiritu sancto Maria conceperat. Deinde eum iubet timorem, quo correptus erat, dimittere. Non enim in mediocri versabatur formidine, dum reputaret haud ex viro gravidam esse Mariam. Exin eundem docet non quod non ignorabat, sed praecogniti causam. Ait igitur: « quod in ea natum est, de Spiritu sancto est ».

5. Tale mihi tantumque agitatum consilium ex divinis litteris apparet, propter occultandum incredulis conceptum virginis. Neque enim facile credituri erant, qui sermonem eiusmodi audirent de homine mira narrantem, quem aeque ac nos infirmo corpore naturaque haud dissimili praeditum viderent. Quid? etiamsi deinceps Iesus miracula edens, divinamque vim beneficam erga multos exprommens perculit cernentium animos; nonne Moyses, qui multa mira fecit, tamen communis nativitatis particeps fuit? itemque Elias atque Elisaeus, atque prophetae singuli? Nihil igitur proderat prodigiorum editio, quominus Iesus crederetur viro genitus. Reapse homines illius aetatis, nihil insolitum de nativi-

tate eius suspicantes, quamquam eiusdem facta aspiciebant, ita colloquebantur: « unde huic » omnis sapientia haec et virtutes? nonne hic » est fabri filius? nonne mater eius dicitur » Maria? et fratres eius Iacobus et Iosephus » et Simon et Iudas? itemque sorores eius » nonne omnes apud nos sunt? » Rursus aliàs matre eius fratribusque extra concionem stantibus, cum eoque loqui volentibus, ait quidam: « en parens tua fratresque tui foris adsunt, teque visere cupiunt ». Nec mirum; siquidem etiam discipuli atque apostoli rogati ab eo quem se esse homines dicerent, responderunt: « aliis eum videri Iohannem, aliis Eliam, » aliis Hieremiam, aliis alium de prophe» tis ». Rursusque rogati quem et ipsi se esse putarent, silebant cuncti, nihil dicere habentes: unusque Petrus ait, eum esse Christum Dei viventis filium. Quippe et huic uni, tamquam rei conscio, respondit Iesus: « bea» tus es, Simon bar-Iona, quia caro et san» guis non revelavit tibi, sed pater meus qui » in caelis est. » Testis item Maria, se cogitatu secreto apud se quae gesta fuerant continuisse. Ait itaque scriptura: « Maria autem » conservabat omnia verba haec conferens » in corde suo. »

6. Igitur demonstratum est, utiliter per id tempus conceptionem Iesu de sancto Spiritu apud vulgus fuisse celatam. Iosephus autem in parentis locum adsumptus est, ita ut merito tamquam pueri genitor in genealogia poneretur. Id nisi fiebat, nullo parente censeretur puer, cuius stemma ab illo non duceretur: quae res in impietatem multos pertraxisset, si ob rei verae ignorantiam, de natalibus eius haud honeste sentirent. Utiliter itaque et fabri filius, et appellatorum filiorum frater habitus est. Et quidem ipse Deus Verbum haud se hominem esse negabat: immo discipulis praecipiebat, ne cui dicerent eum se esse, quem prophetae venturum cecinerant, unctum Dei: neque enim fidem plerique erant arrogaturi, qui eum humili indutum specie videbant. Sic in illa etiam montana transfiguratione rursum mandavit discipulis ut visum nemini dicerent, donec filius hominis a mortuis resurgeret. Pronum quippe erat ut multi de coaetaneis ne id quidem sibi persuaderi paterentur. Quod si haec

μενα ὑπ' αὐτοῦ ὁρῶντες, ἔλεγον πρὸς ἀλλήλους *· « πόθεν τούτῳ πᾶσα ἡ σοφία αὕτη καὶ αἱ δυνά» μεις; οὐχ' οὗτός ἐστιν ὁ τοῦ τέκτονος υἱός; οὐ» χὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ λέγεται Μαρίας καὶ οἱ ἀδελ» φοὶ αὐτοῦ Ἰάκωβος καὶ Ἰωσὴφ καὶ Σίμων καὶ » Ἰούδας; καὶ αἱ ἀδελφαὶ αὐτοῦ οὐχὶ πᾶσαι πρὸς » ἡμᾶς εἰσι; » Καὶ ἄλλοτε πάλιν τῆς μητρὸς καὶ τῶν ἀδελφῶν ἑστώτων ἔξω καὶ ζητούντων λαλῆσαι αὐτῷ, εἶπέ τις αὐτῷ *· « ἰδοὺ ἡ μήτηρ σου καὶ οἱ » ἀδελφοί σου ἑστήκασιν ἔξω ἰδεῖν σε θέλοντες. » Καὶ τί θαυμαστὸν ὅτε καὶ οἱ αὐτοῦ μαθηταὶ καὶ ἀπόστολοι ἐρωτηθέντες « τίνα με, φησίν, οἱ ἄνθρω» ποι λέγουσιν; ἀπεκρίναντο, ὡς ἄρα οἱ μὲν Ἰω» άννην αὐτὸν εἶναι ἡγοῦνται, οἱ δὲ Ἠλίαν, οἱ » μὲν Ἱερεμίαν, οἱ δὲ ἕτερόν τινα τῶν προφη» τῶν· » ἐρωτώμενοι δὲ τίνα ποτὲ καὶ αὐτοὶ δόξαν ἔχουσι περὶ αὐτοῦ; οἱ πάντες ἀπεσιώπησαν, ὡς οὐκ ἔχοντες εἰπεῖν, μόνου δὲ Πέτρου φήσαντος ὡς ἄρα αὐτὸς εἴη ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος· ἅτε μόνῳ αὐτῷ τοῦτο γνωσθέντι ἐπιφέρει λέγων *· « μακάριος εἶ Σίμων βὰρ Ἰωνᾶ, ὅτι » σὰρξ καὶ αἷμα οὐκ ἀπεκάλυψέ σοι, ἀλλ' ὁ » πατήρ μου ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. » Μαρτυρεῖ δὲ καὶ ἡ Μαρία βαθεῖ λογισμῷ παρ' ἑαυτῇ κατέχειν τὰ γεγενημένα· φησὶ γοῦν ἡ γραφή *· « ἡ δὲ » Μαρία πάντα συνετήρει τὰ ῥήματα ταῦτα » συμβάλλουσα ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς. »

ϛ'. Οὐκοῦν ἀποδέδεικται ὅτι χρησίμως κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, ἡ μὲν ἐξ ἁγίου πνεύματος τοῦ Ἰησοῦ γένεσις παρὰ τοῖς πολλοῖς ἀπεσιωπᾶτο, ὁ δὲ Ἰωσὴφ ἐν χώρᾳ πατρὸς παρελαμβάνετο· εἰκότως οὖν ὁ πατὴρ τοῦ παιδὸς ἐγενεαλογεῖτο· εἰ δὲ οὖν μὴ τοῦτο ἐγεγόνει, ἀπάτωρ ἂν ἐνομίσθη ὁ παῖς μὴ ἐκ πατρὸς γενεαλογούμενος· τοῦτο δὲ εἰς ἀσέβειαν ἤγαγεν ἂν τοὺς πολλούς, οἳ δι' ἄγνοιαν τῆς περὶ τὸ πρᾶγμα ἀληθείας ἐδυσφήμουν τὴν γένεσιν· χρησίμως οὖν καὶ τοῦ τέκτονος (υἱὸς) καὶ τῶν ὀνομασμένων τέκνων ἀδελφὸς ἐχρημάτιζεν· ἐπεὶ καὶ θεὸς λόγος ὤν, οὐκ ἀπηρνεῖτο ἑαυτὸν εἶναι ἄνθρωπον, ἀλλὰ καὶ παρήγγελλε τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς ἵνα μηδενὶ εἴπωσιν ὅτι αὐτὸς εἴη ὁ πάλαι πρὸς τῶν προφητῶν ἥξειν βοώμενος ὁ χριστὸς τοῦ θεοῦ *· οὐ γὰρ ἂν οὐδὲ ἐπίστευσαν οἱ πολλοὶ τῶν τότε θεωμένων αὐτὸν εὐτελὲς σχῆμα περιβεβλημένον· οὕτω δὲ καὶ ἐπὶ τῆς ἐν τῷ ὄρει μεταμορφώσεως ἐνετείλατο πάλιν τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς λέγων *· μηδενὶ εἴπητε τὸ ὅραμα, ἕως οὗ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐκ νεκρῶν ἀναστῇ· εἰκὸς γὰρ μὴ δὲ τοῦτο πιστεῦσαι τῶν τότε τοὺς πολλούς· εἰ δὲ ταυ-

* Matth. XIII. 54.
* Matth. XII. 47.
* Matth. XVI. 13.
* Matth. XVI. 17.
* Luc. II. 51.
* Matth. XVI. 20.
* Matth. XVII. 9.

τα μὴ εἰς φανερὸν ἥκειν ἔκρινεν, ἤ που γε τὰ τῆς ἐκ παρθένου γενέσεως ἀποσιωπᾶσθαι τὸ τηνικαῦτα παρὰ τοῖς πολλοῖς ἐχρῆν, εἰς ἐπιτήδειον καιρὸν τῆς περὶ αὐτοῦ ἀληθείας ἀναφανησόμενα· οὗτος δὲ ἦν ὁ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως αὐτοῦ, καὶ τῆς εἰς οὐρανοὺς ἀναλήψεως, τῆς τε εἰς πάντα τὸν κόσμον ὡς ἂν περὶ λόγου θεοῦ διαδραμούσης περὶ αὐτοῦ φήμης· ὅ τε τῆς τῶν ἐθνῶν κλήσεως, καθ᾽ ὃν καὶ αἱ θεῖαι αὐτοῦ φωναὶ τέλος ἐλάμβανον, τὰ τῶν προγνώσεων αὐτοῦ καὶ προῤῥήσεων διὰ τῆς τῶν πραγμάτων ἐκβάσεως ἐναργῶς πιστούμεναι.

ζ. Τοῖς γοῦν καθ᾽ ἡμᾶς ταῦτα παραδεξαμένοις καὶ τὴν ὑπὲρ ἄνθρωπον αὐτοῦ φύσιν ἐπεγνωκόσιν, εἰκότως τά τε λοιπὰ καὶ τὰ τῆς γενέσεως πιστὰ εἶναι ὁμολογεῖται· πλὴν ἀλλ᾽ οἱ θαυμάσιοι εὐαγγελισταὶ ἀναγκαίως τότε παρὰ Ἰουδαίοις τὸν Ἰωσὴφ ἐγενεαλόγουν αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν παρὰ πᾶσι βοώμενον τοῦ Ἰησοῦ πατέρα· εἰ γὰρ τοῦτο παρελθόντες, μητρόθεν αὐτὸν ἐγενεαλόγουν, πρὸς τῷ καὶ ἀπρεπὲς εἶναι τοῦτο, καὶ τῆς τῶν θείων γραφῶν συνηθείας ἀλλότριον, ὅτι μηδεὶς τὸ πρότερον ἐκ γυναικὸς γενεαλογηθεὶς ἱστορεῖται, ἔδοξεν ἂν ἀπάτωρ τις εἶναι καὶ δυσγενὴς ὁ γενεαλογούμενος· τοῦτο δὲ ὡς ἔφην οὐ μικρᾶς ἦν δυσφημίας ὁμοῦ καὶ κατηγορίας· διὸ χρησίμως τὸν Ἰωσὴφ ἀπὸ Δαβὶδ διὰ τὴν ἀποδοθεῖσαν αἰτίαν γενεαλογοῦντες, ἐν ταυτῷ καὶ τὴν Μαριὰμ ἐκ Δαβὶδ γεγονέναι συνίστων, διὰ τοῦ μνηστῆρος τὸ τῆς γαμετῆς ὑποφαίνοντες γένος· νόμου γὰρ Μωϋσέως διαγορεύοντος μὴ ἄλλοθεν ἐξεῖναι πρὸς γάμον λαμβάνειν, ἢ ἐκ τοῦ γένους τοῦ οἰκείου καὶ τῆς ἰδίας φυλῆς, ὡς ἂν μὴ περιστρέφοιτο τοῦ γένους ὁ κλῆρος ἀπὸ φυλῆς εἰς φυλὴν, αὐτάρκης ἦν ἡ περὶ τοῦ ἀνδρὸς ἀναγραφὴ καὶ τὴν γυναῖκα δηλῶσαι· νομικῶς γὰρ βιοὺς οὐδ᾽ ἄλλοθεν ἐμνᾶτο τὴν γυναῖκα, ἢ πρῶτα μὲν ἐκ τῆς φυλῆς τῆς πατρικῆς αὐτοῦ, αὕτη δὲ ἦν ἡ τοῦ Ἰούδα· ἔπειτα ἐκ τοῦ δήμου καὶ τῆς αὐτῆς πατριᾶς, αὕτη δὲ ἦν ἡ τοῦ Δαβίδ· τοιαῦτα γὰρ ἦν τὰ τοῦ νόμου παραγγέλματα· εἴτε τοίνυν ὁ Ἰωσὴφ φυλῆς γεγονὼς ἀποδείκνυται Ἰούδα, κλήρου τε καὶ πατριᾶς Δαβὶδ, πῶς οὐχ᾽ ἕπεται καὶ τῇ Μαρίᾳ ἐκ τῶν αὐτῶν ὁρᾶσθαι;

η᾽. Εἰ δὲ λέγοιτο ὑπάρχειν συγγενὴς τῆς Ἐλισάβετ, αὐτῆς μὲν οὔσης ἐκ φυλῆς Ἰούδα, τῆς τε Ἐλισάβετ ἐκ τῆς τοῦ Λευὶ, μὴ θαυμάσῃς· πᾶν γὰρ τὸ Ἰουδαίων ἔθνος ἑνὸς ἦν γε-

non putavit vulganda, multo magis oportuit natalia de virgine tunc in populo reticeri: quae commodo deinde tempore omnem de eo veritatem erant ostensura. Tempus autem commodum futurum erat, cum ipse a mortuis resurgeret, et cum in caelum adsumeretur, et cum orbem terrarum fama eius tamquam Dei Verbi pervaderet; cum denique gentes vocarentur, ac divina illius oracula exitum nanciscerentur, rerum scilicet eventu praesagiis eiusdem ac praedictionibus fidem perspicuam adiiciente.

7. Atque apud nostrae quidem aetatis homines, qui rerum fidem a maioribus acceperunt, quique Christi conditionem plus quam mortalem fuisse sciunt, reliqua quoque merito in confesso sunt, nedum nativitatis mysterium: verumtamen inclyti evangelistae necessario tunc Iosephum in genealogia posuerunt, qui videlicet ab omnibus Iesu parens appellabatur. Quod si hac ratione neglecta, a matre genus eius ordinavissent; praeter quam quod id indecorum erat, et divinarum scripturarum simplicitate alienum, quia neminis antea per matrem genus descriptum fertur; is cuius genealogia texebatur, incerto patre nescio quis terraeque filius visus esset Id autem, ut dixi, haud mediocri ignominiae et criminationi obnoxium erat Commode igitur dum Iosephum praedictam ob causam a Davidis stirpe derivant, Mariam simul Davide oriundam comprobant, genere coniugis per sponsum demonstrato. Moysis quippe lege edicente, ut ne aliunde liceret nuptias sibi conciliare quam ex genere proprio suaque tribu; ne videlicet generis hereditas ex una in aliam tribum commoveretur; satis erat viri descriptio ad coniugem demonstrandam: nam qui ad legis normam viveret, haud aliam sibi uxorem copulavisset, nisi quae primum esset ex eius patria tribu, Iudae videlicet; deinde ex eadem gente familiaque, nempe Davidis. Illatenus enim lex iubebat. Si Iosephus igitur de Iudae tribu deque Davidis gente et familia fuisse demonstratur, cur non sequitur ut Maria ex iisdem originibus prodire videatur?

8. Quod si eadem dicitur Elisabetae cognata; quum tamen illa de tribu Iudae, Elisabeta de levitica fuerit; ne mireris: universa quippe Iudaeorum gens uno genere censeba-

tur, cunctaeque tribus invicem cognatae erant. Hinc etiam divus apostolus Iudaeos omnes appellat cognatos suos, dum ait: « optabam ego » anathema esse pro fratribus meis, qui mihi » secundum carneam naturam cognati sunt, » Israhelitis. » Atqui cognati eius soli revera erant Beniamitae: et tamen omnes Israhelitas fratrum nominibus et cognatorum Paulus indigitat. Sic ergo angelus Elisabetam dixit Mariae cognatam, propterea quod ambae israhelitides essent. Insuper ex ipso loco satis decuit Elisabetam appellari Mariae cognatam, quia nimirum habitabat in Iudae tribu, unde genus traxit Maria. Rei testis Lucas, qui ait: « exsurgens autem his diebus Maria abiit in » montana cum festinatione, in urbem Iudae, » et ingressa est domum Zachariae, ac salutavit Elisabetam. » Etenim quum lex mosaica sacerdotali tribui possessiones non adsignavisset, quia dominus Deus pars eius est, mandavisset autem ut inter ceteras tribus incoleret; cumque Zacharias et Elisabeta quadam in urbe tribus Iudae habitarent, unde oriunda erat Maria; par fuit eas ob hanc causam cognatas appellari: neque id rursus immerito propter morum similitudinem, quorum gratia utraque mulier mysterio salutis digna fuit; et altera quidem Servatorem, altera Servatoris praecursorem sinibus suis receperunt, unius videlicet eiusdemque sancti Spiritus gratia potitae. Atque hoc vel maxime nomine secundum Deum cognatae fuerunt. Haec praesentis dubitationis solutio est.

9. Quod si autem caput mulieris vir est, de apostoli divi sententia, duoque sunt in carne una ex mosaicae legis regula; et si nupta viro, quae flagitium admiserit, adulterii poenam ob id ipsum subit; ceu quae iam sponsi corpus facta erat, sibique caput imposuerat virum; cur si capitis genealogia scribatur, corpus cum capite connumerari non sit consectaneum? Quamobrem Maria Iosepho iam nupta, merito in eius genealogia intelligenda est; quum praesertim perspicue demonstratum sit non solum ex eius tribu fuisse, verum etiam gente et familia. Praeter quam quod etiam Gabrihel in illo cum Maria colloquio vaticinans inter

νους, αἵ τε φυλαὶ πᾶσαι ἀλλήλων συγγενεῖς· ἔνθεν καὶ ὁ θεῖος ἀπόστολος συγγενεῖς αὐτοῦ πάντας ὀνομάζει Ἰουδαίους, λέγων * « ηὐχόμην » γὰρ ἀνάθεμα εἶναι ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μου » τῶν συγγενῶν μου κατὰ σάρκα οἵτινες εἰσὶν » Ἰσραηλῖται· » καὶ τοι συγγενεῖς αὐτοῦ ἐτύγχανον μόνοι οἱ ἐκ φυλῆς Βενιαμίν· οὐκοῦν πάντας ἁπλῶς τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ ἀδελφοὺς καὶ συγγενεῖς ἑαυτοῦ προσεῖπεν ὁ Παῦλος· οὕτω δ' οὖν καὶ τὴν Ἐλισάβετ συγγενίδα προσεῖπεν ὁ ἄγγελος τῇ Μαριὰμ, διὰ τὸ ἄμφω ἰσραηλίτιδας εἶναι· καὶ ἄλλως δὲ εἰκὸς ἀπὸ τόπου συγγενίδα τῆς Μαρίας κεκλῆσθαι τὴν Ἐλισάβετ, διὰ τὸ οἰκεῖν ἐπὶ τῆς Ἰούδα φυλῆς ἀφ' ἧς ὥρματο ἡ Μαρία· μαρτυρεῖ γοῦν ὁ Λουκᾶς λέγων· « ἀναστᾶσα δὲ Μαριὰμ ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις, » ἐπορεύθη εἰς τὴν ὀρεινὴν μετὰ σπουδῆς εἰς » πόλιν Ἰούδα, καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸν οἶκον » Ζαχαρίου καὶ ἠσπάσατο τὴν Ἐλισάβετ· » τοῦ γὰρ Μωσέως νόμου μὴ ἀφορίσαντος τῇ τῶν ἱερέων φυλῇ κλῆρον, ὅτι κύριος ὁ θεὸς μερὶς αὐτῶν, διαταξαμένου δὲ μεταξὺ τῶν λοιπῶν φυλῶν οἰκεῖν αὐτοὺς, τοῦ τε Ζαχαρίου καὶ τῆς Ἐλισάβετ πόλιν φυλῆς Ἰούδα κατοικησάντων, ἀφ' ἧς ὥρματο Μαρία, εἰκὸς καὶ ταύτης ἕνεκεν τῆς αἰτίας συγγενεῖς αὐτὰς ὠνομῆσθαι· οὐκ ἀπεικὸς δὲ καὶ τῆς ὁμοιοτροπίας χάριν, δι' ἧς ἄμφω τῆς σωτηρίου οἰκονομίας ἠξιώθησαν, ἡ μὲν τὸν σωτῆρα, ἡ δὲ τὸν πρόδρομον τοῦ σωτῆρος ὑποδεξάμεναι, ἑνός τε καὶ τοῦ αὐτοῦ ἁγίου πνεύματος μετασχοῦσαι· διὸ καὶ μάλιστα μιᾶς τῆς κατὰ θεὸν συγγενείας μετεῖχον 1). Ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὕτως ἀπολυτέον.

θ'. Εἰ δὲ κεφαλὴ τῆς γυναικὸς τυγχάνει ὁ ὁ ὢν ἀνὴρ κατὰ τὸν θεῖον ἀπόστολον *, καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν κατὰ τὸν Μωσέως νόμον *, ἥ τε μεμνηστευμένη ἀνδρὶ διαμαρτοῦσα μοιχείας κατὰ τὸ αὐτὸ τιμωρίαν ὑπομένει, ὡς ἤδη τοῦ μνηστῆρος σῶμα γενομένη καὶ κεφαλὴν ἐπιγραψαμένη τὸν ἄνδρα, πῶς οὐχὶ τῆς κεφαλῆς γενεαλογουμένης, ἕπεται καὶ τὸ σῶμα τῇ κεφαλῇ συναριθμεῖσθαι; ὥστε καὶ τὴν Μαρίαν ἤδη συνῃμμένην τῷ Ἰωσὴφ, εἰκότως συναντιλαμβάνεσθαι τῆς γενεαλογίας ὅτε μάλιστα τῆς αὐτῆς αὐτῷ φυλῆς οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ δήμου καὶ πατριᾶς ἀποδέδεικται γενομένη· καὶ ἄλλως δὲ ἐν τῷ πρὸς αὐτὴν χρηματισμῷ θεσπίζων ὁ

* Rom. IX. 3

* Ephes. V. 23.

* Gen. II. 24.

1) Quaestio haec de cognatione Mariae matris Domini cum Elisabeta, extat sub eiusdem Eusebii nomine, vix paucis verbis variatis, praeter codicem vat. palatinum epitomae, etiam in catenis vaticanis Nicetae cod. A. f. 27, et Macarii cod. E. f. 50. Sequens tamen quinque verborum clausula nonnisi in codice A. legitur.

Γαβριὴλ μετὰ τῶν ἄλλων εἴρηκε « καὶ δώσει » αὐτῷ ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ πατρὸς » αὐτοῦ· » σαφῶς διδάσκων ὅτι τοῦ ἐξ αὐτῆς γεννησομένου προπάτωρ ἦν ὁ Δαβίδ· πῶς γὰρ ἄλλως εἰκὸς ἦν ταῦτα τῇ παρθένῳ φάναι τὸν ἄγγελον, ἢ συνομολογοῦντα ἐκ τοῦ Δαβὶδ εἶναι; οὐ γὰρ ἂν μὴ ἐκ Δαβὶδ τυγχανούσῃ εἰρήκει τὸ δώσει αὐτῷ ὁ Θεὸς τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ· ποίου γὰρ πατρὸς εἰκότως ἂν ἤρετο ἡ παρθένος; ὁμολογοῦσα μὲν ὅτι ἄνδρα οὐ γινώσκει, μαθοῦσα δὲ ὅτι ἐκ πνεύματος ἁγίου συλλήψεται, εἰ μὴ ὅτι σαφὴς ἦν ὁ λόγος πρὸς θυγατέρα Δαβὶδ λεγόμενος· ἔνθεν εἰκότως φησὶν ὁ Λουκᾶς· « ἀνέβη δὲ καὶ » Ἰωσὴφ ἐκ τῆς Γαλιλαίας ἐκ πόλεως Να- » ζαρὲθ εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἀπογράψασθαι εἰς » πόλιν Δαβὶδ ἥτις καλεῖται Βηθλεὲμ, διὰ τὸ » εἶναι αὐτὸν ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαβὶδ σὺν » Μαρίᾳ τῇ μεμνηστευμένῃ αὐτῷ οὔσῃ ἐγ- » κύῳ. » Οὐκέτι γὰρ ἀμφιβόλως ἀναγνωσόμεθα τὴν παροῦσαν λέξιν ὡς τῆς Μαρίας ἀπογράψασθαι μόνης συνελθούσης, ἀλλ' ὡς καὶ αὐτῆς σὺν τῷ Ἰωσὴφ ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς Δαβὶδ ὑπαρχούσης, τὰς ἀποδείξεις ἔχοντες τῆς τοιαύτης ἑρμηνείας τοῦ λόγου ἐκ τῶν προαποδεδομένων. Δεδεῖχθαι τοίνυν σαφῶς ἡγοῦμαι ὅτι μὴ μάτην ὁ Ἰωσὴφ ἐγενεαλογεῖτο παρὰ τοῖς θαυμασίοις τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἀποστόλοις, καὶ ὅπως ἡ Μαρία ἐκ σπέρματος οὖσα τοῦ Δαβὶδ συνίσταται, ὅ τε ἐξ αὐτῆς γεγεννημένος Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ.

II. Διὰ τί ὁ μὲν ἄνωθεν ἀπὸ τοῦ Ἀβραὰμ ἀρξάμενος κατάγει τὴν γενεαλογίαν· ὁ δὲ κάτωθεν ἄνεισι, κοὐκ ἐπὶ τὸν Ἀβραὰμ ἵσταται, ἀλλ' ἐπὶ τὸν Ἀδὰμ καὶ τὸν Θεόν.

α'. Τὸ δεύτερον τῶν ὑπὸ σοῦ προταθέντων τοῦτο ἦν· ὁ μὲν Ματθαῖος ἀπὸ τοῦ Ἀβραὰμ κατάγει τὴν γενεαλογίαν, ὁ δὲ Λουκᾶς τὴν ἐναντίαν τούτου βαδίσας ἤρξατο μὲν ἀπὸ τοῦ Ἰωσὴφ, ἀνάγει δὲ ἐπὶ τὸν Ἀδὰμ καὶ τὸν Θεόν· δέον, εἴγε σύμφωνα καὶ συνῳδὰ ἀλλήλοις ἔγραφον, ἢ τὸν Λουκᾶν ἀνιόντα μέχρι τοῦ Ἀβραὰμ στῆναι, ἢ τὸν Ματθαῖον μὴ ἀπὸ τοῦ Ἀβραὰμ ἀλλ' ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ, εἰς ὃν κατέληξεν ὁ Λουκᾶς, ἀπάρξασθαι τῆς γενεαλογίας.—Ῥᾳδία δὲ καὶ τούτων ἡ λύσις, καὶ οὐδὲ πολλῆς κατασκευῆς δεομένη, μίαν ἀμφοτέροις ὁδὸν πορευ-

cetera ait : « dabit illi Deus sedem Davidis » patris eius » : aperte docens, eius qui ex ipsa nasciturus erat, Davidem esse progenitorem. Alioquin qui decuisset haec ab angelo dici apud virginem, nisi eandem de Davidis genere esse confiteretur? Neque sane feminae alienae a Davidis stirpe dictum fuisset : « dabit illi Deus sedem Davidis patris eius. » Quem enim narras patrem, virgo respondisset (quae quidem fatebatur se virum nescire, intellexerat autem fore ut de Spiritu sancto conciperet); nisi omnino is sermo apud Davidis filiam fieret? Hinc apte Lucas ait : « ascendit autem Iosephus de Galilaea ex urbe » Nazareth in Iudaeam, ut nomen suum pro- » fiteretur in urbe Davidis, cui nomen Beth- » leem, propterea quod esset de domo fa- » miliaque Davidis cum Maria desponsata sibi » praegnante. » Haud ergo ulterius cum perplexitate legemus hunc evangelii locum, ceu si Maria ad profitendum tantummodo nomen venisset; sed ipsam quoque putabimus, haud secus quam Iosephum, de domo familiaque Davidis esse : quam scripturam ut ita interpretemur, argumentis iis utimur quae hactenus protulimus. Ergo perspicue, ut opinor, demonstratum est, haud temere Iosephi genealogiam ab inclytis apostolis fuisse narratam, et Mariam de genere Davidis vere derivari, itemque eum, qui ex ipsa natus est, Iesum Dei unctum.

II. Cur alter evangelista superne ab Abrahamo exorsus deducat genealogiam; alter autem inferne subgrediatur; neque in Abrahamo sistat, sed ad Adamum ac Deum usque deveniat.

1. Quaestionum a te propositarum secunda haec fuit. Genealogiam Matthaeus ex Abrahamo derivat; Lucas autem contrariam hanc viam insistens incipit abs Iosepho, tenditque ad Adamum ac Deum. Atqui oportebat, si quidem hi consona invicem et consentanea scribebant, vel Lucam adscendentem in Abrahamo consistere; vel Matthaeum haud ex Abrahamo genealogiam ordiri, sed ex Adamo in quem Lucas desivit.—Facilis est huius quoque quaestionis explicatio, neque multo sermonis artificio indiget : uterque enim evangelista una

via graditur. Nam et illos qui prorsum sursumque ascendunt, itemque illos qui adversum eâdem via descendunt, haud quisquam diceret diverso tramite incedere: quia scilicet una ab utrisque, id est ab ascendentibus descendentibusque, via teritur. Eadem igitur ratio est in generis successionibus. Atque hic mos antiquitus Hebraeis placuit, et in divinis scripturis sollemnis est. Ecce enim in Ruthae quidem libro genus Davidis superne a Iuda evolvitur sic: « hae sunt generationes Phares; » (hic erat Iudae patriarchae filius.) Phares » genuit Esronem; Esron genuit Aramum; » Aramus genuit Aminadabum; Aminadabus » genuit Nassonem; Nasson genuit Salmonem; » Salmon genuit Boozum; Boozus genuit Obe- » dum; Obedus genuit Iessaeum; Iessaeus » genuit Davidem. » Hanc igitur Matthaeus quoque genealogiae scribendae rationem sectatus est.

2. At primus regum liber, qui Ruthae historiam subsequitur, inferne ascendit, ut fit apud Lucam. Quippe Helcanae, qui pater fuit Samuhelis, genus recensens, ait: «fuit vir ex Ar- » mathem Suphir de monte Ephraimi; nomen » eius Helcana, filius Hieremielis, filii Eliae, » filii Thoi, filii Suri, ephrataeus. » Sed et in paralipomenis modo a superioribus ad posteros fluit sermo, ut fit apud Matthaeum, modo aeque ac apud Lucam prosapiae scribuntur. Audi ergo et haec: «Davidis, inquit praedictus » liber, filius erat Salomon; huius filius Rho- » boamus; huius filius Abia; huius filius Osa; » huius filius Iosaphatus; huius filius Ioramus; » huius filius Ochozias; huius filius Ioasus; » huius filius Amasias. » Atque ita ex ordine descendit usque ad Iechoniam atque ad babylonicam captivitatem, non secus atque Matthaeus. Contra, uti Lucas, eadem rursus ascendit scriptura dum Samuhelis genus enarrat. Ait enim: « Samuhelis filii Helcanae, filii » Hieroboami, filii Helihelis, filii Thoi, filii » Suri, filii Helcanae, filii Iohelis, filii Aza- » riae, filii Sophoniae, filii Thaari, filii Asi- » ri, filii Abiasaris, filii Corae, filii Issaari, » filii Caathi, filii Levini, filii Israhelis. » Porro vides ut plane hunc morem Lucas imitetur. Sexcenta eiusmodi exempla ipsemet in-

θεῖσιν· ἐπεὶ καὶ τοὺς ἀνάντη καὶ ὄρθιον πορείαν ἀνιόντας, καὶ τοὺς ἔμπαλιν διὰ τῆς αὐτῆς κατιόντας, οὐκ ἄν τις ἑτέραν φαίη βαδίζειν, μιᾶς ἀμφοτέροις ἐγκειμένης, τοῖς τε ἀνιοῦσι καὶ τοῖς κατιοῦσι, τρίβου· τὸν αὐτὸν γοῦν τρόπον καὶ ἐπὶ τῆς τῶν γενῶν διαδοχῆς πάρεστιν· οὗτος δὲ πόῤῥωθεν Ἑβραίοις φίλος ἦν ὁ τρόπος, καὶ τῶν θείων συνήθης γραφῶν· αὐτίκα γοῦν ἐν μὲν τῇ βίβλῳ τῆς Ῥοὺθ Δαβὶδ ἄνωθεν ἀπὸ τοῦ Ἰούδα γενεαλογεῖται διὰ τούτων 1)· « Καὶ * αὗται αἱ γενέσεις Φαρές· (ὁ δὲ ἦν Ἰούδα » τοῦ ἀρχιφύλου παῖς·) Φαρὲς ἐγέννησε τὸν Ἐσ- » ρώμ· καὶ Ἐσρὼμ ἐγέννησε τὸν Ἀράμ· καὶ » Ἀρὰμ ἐγέννησε τὸν Ἀμιναδάβ· καὶ Ἀμιναδὰβ » ἐγέννησε τὸν Ναασσών· καὶ Ναασσὼν ἐγέν- » νησε τὸν Σαλμών· καὶ Σαλμὼν ἐγέννησε τὸν » Βοόζ· καὶ Βοὸζ ἐγέννησε τὸν Ὠβήδ· καὶ Ὠβὴδ » ἐγέννησε τὸν Ἰεσσαί· καὶ Ἰεσσαὶ ἐγέννησε τὸν » Δαβίδ. » Τοῦτον δ' οὖν αὐτὸν τέθειται καὶ ὁ Ματθαῖος τὸν τρόπον 2).

β. Ἡ δέ γε πρώτη τῶν βασιλειῶν ἑξῆς διαδεξαμένη τῆς Ῥοὺθ τὴν γραφὴν, ἀπὸ τῶν κάτωθεν ἄνεισιν, ὥσπερ οὖν πεποίηκεν ὁ Λουκᾶς· τὸν γοῦν πατέρα τοῦ Σαμουὴλ τὸν Ἑλκανᾶ γενεαλογοῦσα ὧδέ φησί *. « Καὶ ἐγένετο ἄνθρωπος ἐξ » Ἀρμαθαὶμ Σουφεὶρ ἐξ ὄρους Ἐφραίμ· καὶ » ὄνομα αὐτῷ Ἑλκανᾶ, υἱὸς Ἱερεμιὴλ, υἱοῦ » Ἐλίου, υἱοῦ Θοοῦ, υἱοῦ Σοὺρ, ἐφραταῖος. » Ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς παραλειπομένοις 3) ποτὲ μὲν ἀπὸ τῶν πρώτων ἐπὶ τοὺς δευτέρους καθεξῆς πρόεισιν ὁ λόγος, τῇ τοῦ Ματθαίου γραφῇ παραπλησίως, ποτὲ δὲ ἐμφερῶς τῷ Λουκᾷ γενεαλογεῖ· ἄκουσον γοῦν καὶ τῶνδε *· « Δαβὶδ, φησὶν, » ἦν υἱὸς Σολομῶν, υἱὸς Σολομῶν Ῥοβοὰμ, » Ἀβιὰ υἱὸς αὐτοῦ, Ἀσὰ υἱὸς αὐτοῦ, Ἰωσα- » φὰτ υἱὸς αὐτοῦ, Ἰωρὰμ υἱὸς αὐτοῦ, Ὀχοζίας » υἱὸς αὐτοῦ, Ἰωὰς υἱὸς αὐτοῦ, Ἀμασίας υἱὸς αὐτοῦ· » καὶ οὕτως καθεξῆς κάτεισι μέχρι τοῦ Ἰεχονίου καὶ τῆς εἰς Βαβυλῶνα αἰχμαλωσίας, ὡς ὁ Ματθαῖος. Ὡς δὲ ὁ Λουκᾶς, ἡ αὐτὴ πάλιν ἄνεισι γραφὴ τὸν Σαμουὴλ γενεαλογοῦσα· φησὶ γοῦν *· « Σαμουὴλ υἱοῦ Ἑλκανᾶ, υἱοῦ Ἱεροβοὰμ 4), » υἱοῦ Ἠλιὴλ, υἱοῦ Θοοῦ, υἱοῦ Σοὺφ *, υἱοῦ » Ἑλκανᾶ, υἱοῦ Ἰωὴλ, υἱοῦ Ἀζαρίου, υἱοῦ Σο- » φονίου, υἱοῦ Θαὰρ, υἱοῦ Ἀσεὶρ *, υἱοῦ Ἀβια- » σὰρ, υἱοῦ Κορὲ, υἱοῦ Ἰσσαὰρ, υἱοῦ Καὰθ, » υἱοῦ Λευὶ, υἱοῦ Ἰσραήλ· » καὶ ὅρα εἰ μὴ ἄντικρυς τὸν ὅμοιον τούτοις μεμίμηται τρόπον ὁ Λου-

* Ruth. IV. 18.
* I. Reg. I. 1.
* I. Par. III. 10.
* I. Par. VI. 34.
* Epit. Σουφί.
* cod. A. Ἀσήρ.

1) Cod. A. f. 63. habet οὕτως pro διὰ τούτων. — 2) Cod. A. τοῦτον δὴ οὖν τὸν τρόπον καὶ ὁ Ματθαῖος ἐποίησεν.
3) Tam in epitome quam in cod. A. ἐν ταῖς παραλειπομέναις. — 4) Cod. A. Ἱερεμιὴλ, et mox Ἐλίου.

κῶς· μυρία δ' ἂν καὶ αὐτὸς εὕροις τοιαῦτα· ἀφ' ὧν λείπεται ὁμολογεῖν, μηδὲν ξενίζον πεποιηκέναι τοὺς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν εὐαγγελιστάς· οὐκ ὀρθῶς γὰρ οἴεταί τις αὐτοὺς διαφωνεῖν· ἑκάτερος γὰρ οἰκείῳ λογισμῷ τὴν ἔκθεσιν πεποίηται τῆς γραφῆς, ὁ μὲν ἀπὸ τοῦ Ἀβραὰμ ἀρξάμενος διὰ τὴν οἰκονομίαν τοῦ παρ' αὐτῷ λόγου, ὃν οὐ καιρὸς νῦν ἑρμηνεύειν· ὁ δὲ καὶ τὸν Ἀβραὰμ ὑπερβὰς, ἐπί τε τὸν πρῶτον ἄνθρωπον ἀνελθών· καὶ μηδὲ μέχρι τούτου στὰς, τὸν πάντα δὲ λόγον ἐπὶ τὸν θεὸν ἀναρτήσας, διὰ τῆς ἐν Χριστῷ παλιγγενεσίας μυστήριον ἀναβιβάζει.

venies: unde sequitur ut fateamur, nihil insolitum fecisse Servatoris nostri evangelistas: neque merito quisquam putabit eos invicem dissidere. Uterque enim proprio calculo descriptionem instituit: alter ab Abrahamo initium capiens, ob sui sermonis peculiarem rationem, quam in praesenti non vacat exponere: alter ipsum Abrahamum praetergressus, ad primum usque hominem venit: neque in hoc sistit, sed suam omnem historiam cum Deo nectit, dum eam videlicet per regenerationis in Christo mysterium in sublime evehit.

III. Πῶς ὁ μὲν Ματθαῖος ἀπὸ τοῦ Δαβὶδ καὶ Σολομῶνος διαδόχων ἐπὶ Ἰακὼβ καὶ Ἰωσὴφ τὰ γένη κατάγει· ὁ δὲ Λουκᾶς ἀπὸ Δαβὶδ καὶ Νάθαν παίδων ἐπὶ Ἡλὶ καὶ Ἰωσὴφ, ἐναντίως γενεαλογῶν τῷ Ματθαίῳ.

III. Quomodo Matthaeus quidem a Davide eiusque successore Salomone ad Iacobum et Iosephum prosapias deducat: Lucas autem a Davide atque Nathane atque a liberis huius ad Helim et Iosephum, contraria Matthaeo ratione genealogiam scribens.

α'. Τὸ τρίτον τῶν προταθέντων καιρὸς ἐπισκέψασθαι· ἀτενὲς οὖν ταῖς λέξεσιν αὐταῖς ἐπιστήσομεν τὴν ἑαυτῶν διάνοιαν· ἴδωμεν δὲ τί φησιν ὁ Λουκᾶς· « καὶ αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς ἦν ἀρχόμενος » ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα, ὢν υἱὸς ὡς ἐνομίζετο » τοῦ Ἰωσὴφ, τοῦ Ἡλὶ, τοῦ Μελχί. » Ἀλλ' οὐχ ὅ γε Ματθαῖος ἐχρήσατο τῇ ὡς ἐνομίζετο φωνῇ· ἀλλὰ τί φησι; Ματθὰν δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰακὼβ, Ἰακὼβ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωσήφ· ἄλλο δὲ δήπου ἐστὶ τὸ νομίζειν, καὶ ἄλλο τὸ οὕτως ἔχειν διαβεβαιοῦσθαι· εἰ μὲν δὴ τοῦ Ματθαίου διαβεβαιωσαμένου τὸν Ἰωσὴφ υἱὸν εἶναι Ἰακὼβ καὶ τοῦ Ματθὰν, ὁ Λουκᾶς ὁμοίως διισχυρίσατο τὸν Ἰωσὴφ γεγονέναι υἱὸν τοῦ Ἡλὶ καὶ τοῦ Μελχὶ, ἀληθῶς μάχη τις ἦν καὶ πόλεμος, καὶ ἦν τῶν διαιτησόντων αὐτοῖς χρεία· νῦν δὲ ὅτε τοῦ Ματθαίου διαβεβαιωσαμένου, ὁ Λουκᾶς οὐ διατείνεται, δόξαν δὲ παρὰ τοῖς πολλοῖς νενομισμένην τίθησιν, οὐ τὴν παρ' αὐτῷ κρατοῦσαν, οἶμαι μηδεμίαν ὑπολείπεσθαι ζήτησιν.

1. Tertia iam quaestio consideranda est. Porro ipsis verbis acute mentem nostram intendamus. Agesis videamus quid Lucas dicat. « Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorum » triginta, ut putabatur, filius Iosephi, filii Heli, filii Melchi. » Haud tamen Matthaeus usus est voce « ut putabatur. » Quid porro ait? Matthanus genuit Iacobum; Iacobus autem genuit Iosephum. Aliud vero est putare, aliud ceu res ita se habeat adfirmare. Si igitur Matthaeo adfirmante Iosephum filium esse Iacobi et Matthani, Lucas similiter contenderet filium esse Heli ac Melchi, vere pugna quaedam esset atque conflictus, atque opus esset arbitro qui evangelistas componeret. Nunc autem quum Matthaeus firmiter adseveret, Lucas vero haud id contendat, sed opinionem tantummodo proferat apud multos pervagatam, non quae apud se vigeret, nulla ut opinor quaestio superest.

β'. Διαφόρων γὰρ παρὰ Ἰουδαίοις ὑπολήψεων περὶ τοῦ Χριστοῦ κεκρατημένων, καὶ πάντων μὲν συμφώνως ἐπὶ τὸν Δαβὶδ ἀναγόντων, διὰ τὰς πρὸς τὸν Δαβὶδ τοῦ θεοῦ ἐπαγγελίας, ἤδη δὲ τῶν μὲν ἀπὸ Δαβὶδ καὶ Σολομῶνος καὶ τοῦ βασιλικοῦ γένους πειθομένων ἔσεσθαι τὸν Χριστὸν, τῶν δὲ ταύτην μὲν φευγόντων τὴν δόξαν διὰ τὸ πλείστην ἐμφέρεσθαι τῶν βεβασιλευκότων κατηγορίαν, διά τε τὸ ἐκκήρυκτον ὑπὸ τοῦ προφήτου Ἱερεμίου γεγονέναι τὸν Ἰεχονίαν, καὶ διὰ τὸ εἰρῆσθαι μὴ ἀνα-

2. Nam quum variae de Christo famae inter Iudaeos versarentur; et cuncti quidem concorditer a Davide eum repeterent, propter Dei promissiones Davidi significatas; interim tamen alii a Davide et Salomone regioque stemmate putarent Christum adfore; alii ab hac sententia recederent, propter multas regibus inustas criminationes, et propter proscriptum abs Hieremia propheta Iechoniam, cum ait non surrecturum ex eius stirpe qui in

Davidis throno sederet, quumque ob id alia via pergerent: et quum in Davidis adfirmando genere conspirarent, non tamen per Salomonem, sed per Nathanum Davidis item filium, deducerent; (qui idem Nathanus propheta fuisse dicitur, secundum ea quae feruntur in regum libris) atque ab huius posteris venturum Christum adsererent; ipsumque Iosephi genus inde usque repeterent; necessario Lucas qui illorum opinionem refert, non suam, adiecit narrationi « ut putabatur; » Matthaeo permittens narrare non ut putabatur, sed uti revera se habebat origo generis. Atque haec prima esto responsio.

3. Alia quoque profunda et arcana esse potest eius narrationis ratio. Etenim Matthaeus humanam Christi nativitatem diserte describens, vereque volens Iosephum Davide oriundum demonstrare, eo quo par erat sermonis ingressu utitur; Lucas autem, ut opinor, quia nollet carneam Christi nativitatem describere, ita nunc se gessit. Nam si hoc ei propositum fuisset, non ignorabat, opus esse originem eiusmodi exponere. Sed quoniam eo evangelii loco regenerationis per lavacrum mentionem facit, Iesumque ut Dei filium exhibet; idcirco hoc veluti exemplo demonstrare nititur quemlibet hominem in Deo regeneratum, etiamsi vere filius hominum habeatur ob carnem qua indutus est, non tamen cum sua natura in carneis genitoribus sistere, neque non ultra corporis procreatores excurrere: verum etiamsi filius hominum videatur ob corporis generationem, nihilominus haud alienum a Dei adoptione censeri. Quandoquidem ergo Lucas haud secundum Matthaei mentem historiam suam scribit, consentaneum erat ut Matthaei tempora praetergressus, ad regenerationem per lavacrum veniret, ibique contrariam poneret prosapiarum successionem: simul pergens a postremis ad initia, simulque memoriam sontium ac scelestorum, qui sunt apud Matthaeum hominum vitans: quia regeneratus apud Deum alienus fit a carnea natura, et a peccatoribus secundum carnem patribus, Dei nimirum declaratus filius, et omnium qui secundum Deum sine culpa vixerunt.

4. Exempli gratia Paulus apostolus patrem

στήσεσθαι ἐξ αὐτοῦ σπέρμα καθήμενον ἐπὶ θρόνου Δαβίδ, διὰ δὲ οὖν ταῦτα, ἑτέραν ὁδευόντων, καὶ ἀπὸ μὲν Δαβὶδ ὁμολογούντων, οὐ μὲν διὰ Σολομῶνος, ἀλλὰ διὰ Νάθαν, ὃς ἦν τοῦ Δαβὶδ παῖς· (φασὶ δὲ τὸν Νάθαν καὶ προφητεῦσαι κατὰ τὰ ἐν ταῖς βασιλείαις φερόμενα 1)·) ἀπό τε τοῦ Νάθαν διαδόχων προελεύσεσθαι τὸν Χριστὸν διαβεβαιουμένων, καὶ τόν γε Ἰωσὴφ ἐκεῖθεν πόθεν γενεαλογούντων, σφόδρα ἀναγκαίως ὁ Λουκᾶς τὴν τούτων ἀνιστορῶν δόξαν, ἀλλ' οὐ τὴν αὐτοῦ, προσέθηκε τῇ κατ' αὐτὸν ἱστορίᾳ τὸ ὡς ἐνομίζετο· τῷ Ματθαίῳ παραχωρήσας μὴ τὸ ὡς ἐνομίζετο ἱστορεῖν, ἀλλ' ὡς εἶχεν ἀληθείας τὰ τῆς γενέσεως· αὕτη μὲν οὖν ἡ πρώτη ἀπόδοσις.

γ'. Εἴη δ' ἄν τις καὶ ἄλλος βαθὺς καὶ ἀπόῤῥητος ἐν τοῖς προκειμένοις λόγος· Ματθαῖος μὲν γὰρ ὁμολογουμένως τὴν ἔνσαρκον γένεσιν ἱστορῶν τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὸν Ἰωσὴφ ἀποδεῖξαι βουλόμενος ἀληθῶς ἐκ Δαβίδ, ὅθεν ἐχρῆν τῇ εἰσβολῇ κέχρηται τοῦ λόγου· τὸν δὲ Λουκᾶν ἡγοῦμαι μὴ τὴν κατὰ σάρκα γένεσιν τοῦ Ἰησοῦ γενεαλογεῖν ἐθέλοντα νῦν τοῦτο πεποιηκέναι· τοῦτο μὲν γὰρ εἰ κατὰ γνώμην ἔπραττεν, οὐκ ἠγνόει ὅτι ἐχρῆν ταύτην ἐκθέσεσθαι· ἐπειδὴ δὲ νῦν τῆς διὰ λουτροῦ ἀναγεννήσεως μέμνηται, υἱὸν αὐτὸν εἰσάγων Θεοῦ, βούλεται ὡς ἐν ὑποδείγματι παραστῆσαι ὅτι δὴ πᾶς ὁ ἐν Θεῷ ἀναγεννώμενος, κἂν ἀληθῶς υἱὸς εἶναι ἀνθρώπων νομίζοιτο δι' ἣν περίκειται σάρκα, ἀλλ' οὐχ ἵσταταί γε αὐτῇ τὰ τῆς γενέσεως εἰς τοὺς κατὰ σάρκα γονεῖς, οὐδὲ μέχρι τῶν τοῦ σώματος προπατόρων φθάνει· ἀλλ' εἰ καὶ νομίζοιτο ἀνθρώπων εἶναι υἱὸς διὰ τὴν τοῦ σώματος γέννησιν, ὅμως δ' οὖν οὐκ ἀλλότριος τῆς τοῦ Θεοῦ υἱοθεσίας ὑφέστηκεν· ἐπειδὴ δὲ οὖν οὐ κατὰ τὴν αὐτὴν τῷ Ματθαίῳ διάνοιαν ἐξετίθετο τὴν διήγησιν, εἰκότως τὸν αὐτὸν ἐκείνῳ καιρὸν ὑπερβὰς, ἐπὶ τὴν ἀναγέννησιν τὴν διὰ λουτροῦ παραγίνεται· καὶ ἐνταῦθα τὴν ἐναντίαν ἐκτίθεται τῶν γενῶν διαδοχήν· ὁμοῦ καὶ ἀνάγων ἀπὸ τῶν ὑστάτων ἐπὶ τὰ πρῶτα, ὁμοῦ καὶ τὴν μνήμην τῶν παρὰ τῷ Ματθαίῳ ὑπαιτίων καὶ ἁμαρτωλῶν ἀνδρῶν ἀποσειόμενος· ἐπειδήπερ ὁ παρὰ τῷ Θεῷ ἀναγεγεννημένος, ἀλλότριος καθίσταται τῆς ἐνσάρκου γενέσεως καὶ τῶν κατὰ σάρκα ἁμαρτωλῶν πατέρων, υἱὸς ἀποφαινόμενος Θεοῦ, καὶ πάντων τῶν κατὰ Θεὸν ἀνεπιλήπτως βεβιωκότων.

δ'. Οἷον ὡς ἐπὶ παραδείγματος, Παῦλος ὁ

1) Desunt haec in cod. A. 61, a quo ceteroqui meliores interdum lectiones sumpsimus.

ἀπόστολος ἐχέτω μὲν κατὰ σάρκα πατέρα ἰουδαῖον ὅντινα ὡς εἰκὸς ἄπιστον· ἐχέτω δὲ καὶ κατὰ Θεὸν, οὗ κατὰ τοὺς τρόπους ἐβίου· εἰ δὲ οὖν μέλλει τίς αὐτὸν κατὰ σάρκα γενεαλογεῖν, τίνος εἰκότως ἂν ἐμνήσθη, ἢ πάντως τοῦ τοῦ κατὰ σάρκα πατρός; εἰ δ' αὖ πάλιν ἕτερος τὴν ἐν Χριστῷ γένεσιν αὐτοῦ δηλοῦν ἐθέλει, τίνος ἂν τὴν μνήμην θείη ἂν εἰκότως, ἢ πάντως τοῦ κατὰ Θεὸν αὐτὸν ἀναγεννήσαντος; Οὕτω καὶ τῷ Ἀβραὰμ εἴρηται *· « σὺ δὲ ἀπελεύσῃ » πρὸς τοὺς πατέρας σου τραφεὶς ἐν γήρᾳ κα- » λῷ· » οὐδήπου τοὺς κατὰ σάρκα πατέρας δηλοῦντος τοῦ λόγου, εἰ μὴ καὶ θεοσεβεῖς λέγοιντο γεγονέναι, τοὺς δὲ ἐν Θεῷ πατέρας διὰ τὴν τῆς εὐσεβείας ὁμοιοτροπίαν αἰνιττομένου· οὕτω καὶ οἱ ἐξ Ἀβραὰμ, ἀσεβεῖς ἦσαν μὲν κατὰ σάρκα οἱ υἱοὶ Ἀβραὰμ, κατὰ δὲ τὸν τρόπον, υἱοὶ Σοδόμων καὶ Γομόῤῥας· διὸ λέγεται πρὸς αὐτοὺς *· « ἀκούσατε λόγον κυρίου ἄρ- » χοντες Σοδόμων, προσέχετε νόμον Θεοῦ λαὸς » Γομόῤῥας· » ὡς αὖ πάλιν ἐξ ὧν ἤμελλον υἱοὶ Ἀβραὰμ γίγνεσθαι· οἱ γοῦν ἐξ ἐθνῶν εἰς τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ πεπιστευκότες, κατὰ σάρκα πατέρων ἀλλοφύλων φύντες, υἱοὶ γεγόναμεν Ἀβραὰμ, Χριστοῦ γενόμενοι παῖδες καὶ τῶν Χριστοῦ μαθητῶν· ὥστε καὶ δευτέραν ἡμᾶς ἐπιγράφεσθαι γένους διαδοχὴν πολὺ κρείττονα τῆς κατὰ σάρκα διὰ τὴν κατὰ Χριστὸν ἀναγέννησιν.

ε'. Εἰκότως τοιγαροῦν καὶ ὁ Λουκᾶς, ἅτε τὴν ἀναγέννησιν ἱστορῶν, οὐ τὴν αὐτὴν ὁδεύει τῷ Ματθαίῳ, οὐ τοῦ Σολομῶνος καὶ τῆς τοῦ Οὐρίου, οὐ τῆς Θάμαρ, οὐ τῆς Ῥοὺθ, οὐ τοῦ Ἰεχονίου καὶ τῶν μεταξὺ διαβεβλημένων ἀνδρῶν τὴν παράθεσιν πεποίηται, ἀλλὰ δι' ἑτέρων ἀνεπιλήπτων ἄνεισι, καὶ δὴ καὶ ἐκ τοῦ προφήτου Νάθαν ἀναγεγεννημένον εἰσάγει· καὶ ὁ μὲν παρὰ τῷ Ματθαίῳ κατὰ σάρκα γεγεννημένος, υἱὸς ἦν Ἀβραὰμ ἐντεῦθεν γενεαλογούμενος, ἐπειδήπερ τῷ Ἀβραὰμ πρώτῳ ἡ ἐπαγγελία δέδοτο τῆς τῶν ἐθνῶν εὐλογίας, οὐκ ἄλλως ἢ διὰ τοῦ ἐκ σπέρματος αὐτοῦ προελευσομένου γενησομένης· ὁ δὲ ἐν Θεῷ ἀναγεγεννημένος, ἑτέρους πατέρας τοὺς κατὰ Θεὸν ἐπιγραψάμενος, οὐδ' αὐτοὺς ἀληθῶς ἐσχηκὼς, ἀλλ' ὡς ἐνομίζετο διὰ τὴν τῶν ἠθῶν ὁμοιοτροπίαν, ἄνεισιν ἐπὶ τὸν ἀληθῆ πατέρα, μετὰ πάντας χρηματίσας υἱὸς τοῦ Θεοῦ.

* Gen. XV. 17.

* Is. I. 10.

secundum carnem habuit iudaeum, ut credibile est, a fide alienum: habuit quoque patrem secundum Deum, cuius videlicet vitae institutum amplexus fuit. Si quis ergo Pauli secundum carnem genus narrare velit, quemnam merito patrem memorabit nisi carnalem? Sin rursum aliquis Pauli in Christo nativitatem ostendere velit, cuiusnam potius mentionem parentis faciet, quam eius a quo secundum Deum regeneratus est? Sic Abrahamo quoque dictum fuit: « tu vero abibis ad pa- » tres tuos bona saturatus senectute. » Qui profecto sermo haud carneos patres demonstrat, nisi hi forte pii quoque fuisse credantur; sed de patribus secundum Deum loquitur, propter pietatis similitudinem. Sic Abrahami sontes filii, huius quidem secundum carnem filii erant, moribus autem Sodomorum filii atque Gomorrhae. Idcirco dicitur illis: « audi- » te sermonem Domini principes Sodomorum, » adtendite legi Dei o popule Gomorrhae: » tamquam si rursus ex his essent Abrahami filii proventuri. Qui igitur ex gentibus Christo Dei credidimus, quamquam infidelibus secundum carnem geniti patribus, in Abrahami domum migravimus, Christi eiusque discipulorum nacti adoptionem: atque ita in aliam nosmet inscripsimus generis successionem, multo carnea meliorem propter in Christo regenerationem.

5. Merito igitur Lucas, cum de regeneratione loquatur, haud eadem qua Matthaeus semita pergit: nempe non Salomonis, non uxoris Uriae, non Thamarae, non Ruthae, non Iechoniae, nec quorumvis praeter hos reorum mentionem facit; sed per alios reprehensione carentes graditur; Christumque a propheta Nathano progenitum exhibet: ita ut qui apud Matthaeum carnaliter gignitur, idem apud Lucam veluti Abrahami filius ponatur. Certe Abrahamo haud aliter benedictio gentium promissa fuit, quam quod ea futura erat ob gignendum de genere eius. Atque hic est, qui in Deo regeneratus, atque alios patres secundum Deum nactus, re tamen vera haud ipsos habet patres, sed ita credebatur propter morum similitudinem: qua videlicet ad parentem verum conscendit post omnes existens filius Dei.

IIII. Africani super genealogia quae in sacris evangeliis est.

1. Nonnulli seu evangelicam historiam nescientes seu intelligere nequeuntes, laudativo errore inscitiam cumulant dicentes, merito fieri differentem nominum recensionem, mixtionemque sacerdotalium cum regalibus, ut iure Christus sacerdos atque rex demonstretur: quasi aliquis de hoc dubitet, aut aliam spem habeat; nempe quin Christus aeternus sit apud patrem pontifex, nostras ei preces exhibens: rex autem supermundialis, quos liberavit pascens Spiritu, socius effectus in omnium rerum gubernatione. Atqui eos ignorare non oportebat, utrumque numeratorum ordinem genus esse Davidis, seu Iudae regiam tribum. Namque ut forte propheta Nathanus fuerit, et quidem etiam Salomon, et horum utriusque parens, atque ex multis tribubus prophetae; certe sacerdotes haud quilibet erant de duodecim tribubus, sed soli levitae. Frustra igitur compositum est mendacium; neque praevalebit hic sermo in ecclesia Christi et Dei contra accuratae veritatis patres; ita ut falsa oratio consarcinetur in Christi laudem atque praeconium.

2. Quare ut et ita loquentium coarguam inscitiam, et in posterum caveam ne quis in huiusmodi imperitiam incurrat, veram gestarum rerum historiam proferam. Scilicet apud Israhelitas prosapiarum nomina aut natura numerabantur aut lege; natura quidem, gennini generis successione; lege, cum alius gignebat liberos fratris nomine, qui prolis expers obiis-

IIII. Ἀφρικανοῦ περὶ τῆς ἐν τοῖς ἱεροῖς εὐαγγελίοις γενεαλογίας 1).

α΄. Οἱ μὲν οὖν ἤτοι τὴν εὐαγγελικὴν ἱστορίαν ἠγνοηκότες ἢ συνεῖναι μὴ δυνηθέντες, δοξολογούσῃ πλάνῃ τὴν ἀγνωσίαν ἐπύκνωσαν εἰπόντες ὅτι δικαίως γέγονεν ἡ διάφορος αὕτη τῶν ὀνομάτων καταρίθμησίς τε καὶ ἐπιμιξία τῶν τε ἱερατικῶν ὡς οἷόν τε καὶ τῶν βασιλικῶν· ἵνα δειχθῇ δικαίως ὁ Χριστὸς ἱερεύς τε καὶ βασιλεὺς γενόμενος· ὥσπερ τινὸς ἀπειθοῦντος ἢ ἑτέραν ἐσχηκότος ἐλπίδα· ὅτι Χριστὸς ἀΐδιος μὲν ἀρχιερεὺς πατρὸς, τὰς ἡμετέρας πρὸς αὐτὸν εὐχὰς ἀναφέρων, βασιλεὺς δ' ὑπερκόσμιος, οὓς ἠλευθέρωσε νέμων τῷ πνεύματι, συνεργὸς εἰς τὴν διακόσμησιν τῶν ὅλων γενόμενος· καί τοι ἀγνοεῖν αὐτοὺς οὐκ ἐχρῆν ὡς ἑκατέρα τῶν κατηριθμημένων τάξις τὸ τοῦ Δαβὶδ ἐστὶ γένος ἢ τοῦ Ἰούδα φυλὴ βασιλική· εἰ γὰρ προφήτης ὁ Νάθαν, ἀλλ' ὅμως καὶ Σολομὼν ὅ τε τούτων πατὴρ ἑκατέρου· ἐκ πολλῶν δὲ φυλῶν ἐγένοντο προφῆται, ἱερεῖς δὲ οὐ δεῖνες τῶν δώδεκα φυλῶν, μόνοι δὲ λευῖται· μάτην ἄρα πέπλασται τὸ ἐψευσμένον· μὴ δὴ κρατοίη τοιοῦτος λόγος ἐν ἐκκλησίᾳ Χριστοῦ καὶ θεοῦ πατέρων ἀκριβοῦς ἀληθείας, ὅτι ψεῦδος σύγκειται εἰς αἶνον καὶ δοξολογίαν Χριστοῦ.

β΄. Ἵνα οὖν καὶ τοῦτο μὲν τοῦ εἰρηκότος ἐλέγξωμεν τὴν ἀμαθίαν, παύσωμεν δὲ τοῦ μηδένα ὑπ' ἀγνοίας σκανδαλισθῆναι, τὴν ἀληθῆ τῶν γεγονότων ἱστορίαν ἐκθήσομαι. Ἐπειδὴ γὰρ τὰ ὀνόματα τῶν γενῶν ἐν Ἰσραὴλ ἠριθμεῖτο ἢ φύσει ἢ νόμῳ· φύσει μὲν, γνησίου σπέρματος διαδοχῇ· νόμῳ δὲ, ἑτέρου παιδοποιουμένου εἰς ὄνομα τελευτήσαντος ἀδελφοῦ ἀτέκνου· ὅτι γὰρ

1) De hac celebri Africani ad Aristidem epistola videndus in primis Eusebius hist. eccl. lib. I. 7, qui eius partem ingentem refert, a Nicephoro postea Callisto hist. lib. I. 11. repetitam. Videndi insuper Hieronymus comment. ad Matth. I. 16; Augustinus retract. lib. II. 7; Photius cod. XXXIV. p. 22; denique etiam Zacharias chrysopol. in Bib. PP. Lugd. T. XIX. p. 751. in fin. Ceteroqui verus epistolae, quamquam haud integrae, conservator fuerat hactenus in historia ecclesiastica Eusebius. Nunc nobis feliciter accidit, ut in hac quaestionum Eusebii epitome pars quaedam prior eiusdem epistolae comperta primum sit, nempe ab hoc initio οἱ μὲν οὖν usque ad ἐπειδὴ γὰρ τὰ ὀνόματα τῶν γενῶν ἐν Ἰσραὴλ etc. quae in parte illa ab historico Eusebio relata deest, apud quem incipit ἐπειδὴ γὰρ etc. Et quidem illud γὰρ, enim, in codicibus historiae eusebianae extare, testatur Valesius, ita ut acephalum fuisse fragmentum, satis constaret; nunc vero a nostra epitome prorsus demonstratur. Quid quod in hoc novo fragmento ea prorsus exhibetur materia, quam Eusebius in integra epistola se legisse significat? En verba Eusebii loc. cit. id est. hist. I. 7. Φέρε τὴν περὶ τούτων κατελθοῦσαν εἰς ἡμᾶς ἱστορίαν παραθώμεθα, ἣν δι' ἐπιστολῆς Ἀριστείδῃ γράφων περὶ συμφωνίας τῆς ἐν τοῖς εὐαγγελίοις γενεαλογίας ὁ Ἀφρικανὸς ἐμνημόνευσε· τὰς μὲν δὴ λοιπῶν δόξας ὡς ἂν βιαίους καὶ διεψευσμένας ἀπελέγξας, ἣν δ' αὐτὸς παρείληφεν ἱστορίαν, τούτοις αὐτοῖς ἐκτιθέμενος τοῖς ῥήμασιν· ἐπειδὴ γὰρ τὰ ὀνόματα τῶν γενῶν etc. *De his traditionem quae ad nos usque deducta est proponamus, quam Africanus in epistola ad Aristidem de consensu evangeliorum in stirpe Christi narranda commemoravit. Ubi aliorum quidem opiniones tamquam violentas et falso confictas coarguit; ipse vero quam compererat historiam his refert verbis. Nam quia generationum nomina etc.* Vides itaque alienarum opinionum, utpote violentarum atque falsarum, coargutionem ab Africano factam, nonnisi apud nostram epitomen, statim initio, ut debuit, inveniri.

οὐδέπω αὐτοῖς δέδοτο ἐλπὶς ἀναστάσεως σαφής, τὴν μέλλουσαν ἐπαγγελίαν ἀναστάσει ἐμιμοῦντο θνητῇ, ἵνα ἀνέκλειπτον τὸ ὄνομα μείνῃ τοῦ μετηλλαχότος· ἐπεὶ οὖν οἱ τῇ γενεαλογίᾳ ταύτῃ ἐμφερόμενοι, οἱ μὲν διεδέξαντο παῖς πατέρα γνησίως, οἱ δὲ ἑτέροις μὲν ἐγεννήθησαν, ἑτέροις δὲ προσετέθησαν κλήσει, ἀμφοτέρων γέγονεν ἡ μνήμη καὶ τῶν γεγεννηκότων καὶ τῶν ὡς γεγεννηκότων· οὕτως οὐδέτερον τῶν εὐαγγελίων ψεύδεται καὶ φύσιν ἀριθμοῦν καὶ νόμον· ἐπεπλάκη γὰρ ἀλλήλοις τὰ γένη τά τε ἀπὸ Σολομῶνος καὶ τοῦ Νάθαν, ἀναστάσεσιν ἀτέκνων καὶ δευτερογαμίαις καὶ ἀναστάσει σπερμάτων· ὡς δικαίως τοὺς αὐτοὺς ἄλλοτε ἄλλων νομίζεσθαι· τῶν μὲν δοκούντων πατέρων, τῶν δὲ ὑπαρχόντων· καὶ ἀμφοτέρας τὰς διηγήσεις κυρίως ἀληθεῖς οὔσας ἐπὶ τὸν Ἰωσὴφ πολυπλόκως μὲν, ἀλλ' ἀκριβῶς κατελθεῖν. Ἵνα δὲ σαφὲς ᾖ τὸ λεγόμενον, τὴν ἐπαλλαγὴν τῶν γενῶν διηγήσομαι 1). Ἡ κατὰ φύσιν γένεσις ἐστι Ματθαίου· ἡ κατὰ νόμον ἀνάστασις γένους, ἔστιν ἡ τοῦ Λουκᾶ· Ματθὰν ὁ ἀπὸ Σολομῶνος, ἐγέννησε τὸν Ἰακώβ· Ματθὰν ἀποθανόντος, Μελχὶ ὁ ἀπὸ Νάθαν ἐκ τῆς αὐτῆς γυναικὸς ἐγέννησε τὸν Ἡλί· ὁμομήτριοι ἄρα ἀδελφοὶ, Ἡλὶ καὶ Ἰακώβ· Ἡλὶ ἀτέκνου ἀποθανόντος, ὁ Ἰακὼβ ἀνέστησεν αὐτῷ σπέρμα, γεννήσας τὸν Ἰωσὴφ, κατὰ φύσιν μὲν ἑαυτῷ, κατὰ νόμον δὲ τῷ Ἡλί· οὕτως ἀμφοτέρων υἱὸς Ἰωσὴφ 2).

set: nam quia nondum ipsis perspicua resurrectionis spes data fuerat, futuram promissionem imitabantur resurrectione mortali, ne defuncti nomen extingueretur. Age vero quoniam ii, qui hac genealogia continentur, partim germano traduce filius patrem consecutus est, partim ab aliis geniti, neque tamen naturali sed alienae appellationi addicti fuerunt; utrorumque facta est mentio, nempe et eorum qui genuerunt, et eorum item qui pro gignentibus habiti sunt. Ita neutrum evangelium mentitur, dum naturam numerat atque legem. Implicabantur enim inter se genera salomonicum et nathanicum reparationibus sterilium et secundis nuptiis et seminum suscitatione: ita ut merito iidem homines aliàs aliis patribus adscribantur, nempe et iis qui specie, et rursus iis qui reapse genitores sunt: atque ambae narrationes apprime verae ad Iosephum varie quidem sed tamen adamussim deveniant. Ut autem quod aio perspicuum fiat, permutationem generum patefaciam. Generatio naturalis est illa Matthaei: generis suscitatio legalis est illa Lucae. Matthanus Salomone oriundus genuit Iacobum. Matthano defuncto, Melchi Nathano oriundus, e Matthani uxore Helim suscepit. Igitur uterini fratres Heli et Iacobus. Heli mortuo sine liberis, Iacobus excitavit ei sobolem genito Iosepho, suo naturaliter filio, ex legis autem forma Heli filio. Sic utriusque filius Iosephus.

V. Διὰ τί ὁ Ματθαῖος τοῦ Ἀβραὰμ προτάττει τὸν Δαβὶδ ἐν τῇ τοῦ Χριστοῦ γενεαλογίᾳ φήσας· βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, υἱοῦ Δαβὶδ, υἱοῦ Ἀβραάμ.

V. Cur Matthaeus ante Abrahamum ponat Davidem in Christi genealogia dicens: liber generationis Iesu Christi, filii Davidis, filii Abrahami.

α'. Ἐπειδὴ πρώτῳ καὶ μόνῳ τῷ Δαβὶδ μεθ' ὅρκου διαβεβαιώσεως, ἐξ αὐτοῦ κατὰ σάρκα φῦναι ὁ Χριστὸς ἐθεσπίζετο *· γέγραπται οὖν· « ἐκ » καρποῦ τῆς κοιλίας σου θήσομαι ἐπὶ τὸν θρό- » νον σου. Καὶ πάλιν *· διεθέμην διαθήκην τοῖς » ἐκλεκτοῖς μου· ὤμοσα Δαβὶδ τῷ δούλῳ μου· » ἕως τοῦ αἰῶνος ἑτοιμάσω τὸ σπέρμα σου, » καὶ οἰκοδομήσω εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν τὸν » θρόνον σου. » Καὶ τὰ μὲν τῆς ἐπαγγελίας

* Ps. CXXXI. 11.

* LXXXVIII. 4.

1. Rei causa est quia primo solique Davidi vaticinium iure iurando confirmatum fuit, fore ut ex eo Christus humanitus nasceretur. Scriptum est enim: « de fructu ventris tui po- » nam super sedem tuam. Rursusque: posui » testamentum electis meis; iuravi Davidi ser- » vo meo, usque in aeternum praeparabo se- » men tuum; et aedificabo in generationem » et generationem sedem tuam. » Atque hae

1) Abhinc partem non modicam epistolae praetermisit epitomae eusebianae auctor.

2) Hunc fuisse epistolae Africani finem, testis Eusebius loc. cit. dicens: καὶ ἐπὶ τέλει δὲ τῆς αὐτῆς ἐπιστολῆς, προστίθησι ταῦτα· Ματθὰν ὁ ἀπὸ Σολομῶνος etc. usque ad οὕτως ἀμφοτέρων υἱὸς ἦν ὁ Ἰωσήφ. Ταῦτα δὲ ὁ Ἀφρικανός. *In fine autem eiusdem epistolae Africanus haec addit: Matthanus a Salomone etc. usque ad: sic utriusque filius erat Iosephus.*

sunt de praedicto promissiones. Regni autem salomonici spatium non est obscurum: dicitur enim quadraginta tantummodo annis Israhelis sceptrum tenuisse. Qui ego fieri potest ut vere ad hunc referantur verba « erigam thronum eius in aeternum? » Quod si quis dicat, haec de regia illius successione Deum esse locutum; non est ignorandum, usque tantummodo ad Iechoniam et babylonicam captivitatem, davidici ac salomonici regni successionem perseveravisse, nemine post Iechoniam in regia Davidis sede constituto. Et animadverte uti hoc etiam addiderit prophetia de promisso germine dicens: « ego ero illi in patrem; et » ipse erit mihi in filium. Rursusque alibi: » ipse invocabit me, pater meus est tu; et » ego primogenitum ponam illum: » quae incongruentia sunt Salomoni.

2. Adiungenda sunt etiam quae de eodem in regum libris narrantur sic. « Porro rex » Salomon mulierosus erat; duxitque uxo» res alienigenas multas; filiam Pharaonis, et » moabitidas, ammonitidas, idumaeas, sy» ras, chettaeas, amorrhaeas: de gentibus sci» licet, quibus interdixit Dominus filiis Isra» helis ne sociarentur eis. » Insuper additur: » et non erat cor eius perfectum cum domino » Deo suo, sicuti cor Davidis patris eius. Pau» loque post: tunc aedificavit Salomon excel» sum Chamoso idolo Moabitarum in monte » qui est e regione Hierosolymorum: itemque » Molocho idolo Ammonitarum, et Astartae » impuritati Sidoniorum. Atque ita morem » gessit cunctis feminis suis alienigenis, quae » tura adolebant diis patriis et sacrificabant. » Porro iratus est Dominus Salomoni quod » aversum esset cor eius a domino Deo Isra» helis. » En haec omnia in Salomonis criminationem dicuntur. Quomodo ergo accommodabis ei iusiurandum, in quo praeter cetera dictum est, et ego ero illi in patrem, ipse erit mihi in filium? Immo vero manifeste haec aliena a Salomone sunt: praeclare autem referuntur ad eum, cuius de genere Davidis praedictus fuerat adventus, quique reapse e davidico stemmate emersit.

τοῦ προφητευομένου, τοιαῦτα ἦν· τοῦ δὲ Σολομῶνος τῆς βασιλείας οὐκ ἄδηλος ὁ χρόνος· λέγεται δὲ οὖν ἐπὶ μόνοις ἔτεσι τεσσαράκοντα βασιλεῦσαι ἐπὶ τὸν Ἰσραήλ· πῶς οὖν γένοιτ' ἂν ἀληθὲς εἰς αὐτὸν ἀναφερόμενον τὸ ἀνορθώσω τὸν θρόνον αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα *; ἀλλ' εἰ λέγοι τις περὶ τῆς ἐξ αὐτοῦ διαδοχῆς εἰρῆσθαι ταῦτα, οὐκ ἀγνοητέον ὅτι μέχρις Ἰεχονίου καὶ τῆς εἰς Βαβυλῶνα αἰχμαλωσίας, καὶ ἡ ἀπὸ Δαβὶδ καὶ Σολομῶνος διαδοχὴ τῆς βασιλείας διήρκησε, μηδενὸς μετὰ τὸν Ἰεχονίαν ἐπὶ τὸν θρόνον τοῦ Δαβὶδ κατάσταντος· θέα δὲ ὡς καὶ τοῦτο προσέθηκεν ἡ προφητεία περὶ τοῦ θεσπιζομένου φήσασα· « ἐγὼ ἔσομαι αὐτῷ εἰς πατέρα· καὶ αὐ» τὸς ἔσται μοι εἰς υἱόν *. » Καὶ ἐν ἑτέρῳ πάλιν *· « αὐτὸς ἐπικαλέσεταί με πατήρ μου εἶ σύ· » κἀγὼ πρωτότοκον θήσομαι αὐτόν· » ὅπερ ἀνοίκειον γένοιτ' ἂν Σολομῶνι.

β'. Παραθετέον δὲ τὰ περὶ αὐτοῦ ἐν βασιλείαις ἱστορούμενα ἐν τούτοις *· « καὶ ὁ βασιλεὺς » Σολομῶν ἦν φιλογύνης· καὶ ἔλαβε γυναῖκας » ἀλλοτρίας πολλάς· καὶ τὴν θυγατέρα Φαραώ, » μωαβίτιδας, καὶ ἀμμανίτιδας, καὶ ἰδουμαίας, » σύρας, χετταίας, καὶ ἀμοῤῥαίας, ἐκ τῶν » ἐθνῶν ὧν ἀπεῖπεν κύριος ὁ θεὸς τοῖς υἱοῖς » Ἰσραὴλ οὐκ εἰσελεύσεσθε εἰς αὐτούς. » Οἷς ἐπιφέρει· « καὶ οὐκ ἦν ἡ καρδία αὐτοῦ τελεία » μετὰ κυρίου θεοῦ αὐτοῦ, καθὼς ἡ καρδία » Δαβὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. » Καὶ μετὰ βραχύ· « τότε ᾠκοδόμησε Σολομῶν ὑψηλὸν τῷ Χαμὼς » εἰδώλῳ Μωὰβ ἐν τῷ ὄρει ἐπὶ πρόσωπον Ἱε» ρουσαλήμ· καὶ τῷ Μολχὼν εἰδώλῳ υἱῶν Ἀμ» μών, καὶ τῇ Ἀστάρτῃ βδελύγματι Σιδω» νίων· καὶ οὕτως ἐποίησε πάσαις ταῖς γυναι» ξὶν αὐτοῦ ταῖς ἀλλοτρίαις, αἳ ἐθυμίων καὶ » ἔθυον τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν· καὶ ὠργίσθη κύ» ριος ἐπὶ Σολομῶν, ὅτι ἐξέκλινε καρδίαν αὐ» τοῦ ἀπὸ κυρίου θεοῦ Ἰσραήλ. » Εἰ δὲ τὰ τοιαῦτα τοῦ Σολομῶνος κατηγορεῖται, πῶς οὖν ἐφαρμόσεις αὐτῷ τὰ τοῦ ὅρκου, ἐφ' ᾧ εἴρηται πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ τό, ἐγὼ ἔσομαι αὐτῷ εἰς πατέρα, καὶ αὐτὸς ἔσται μοι εἰς υἱόν; ἀλλὰ γὰρ ἄντικρυς Σολομῶνος μὲν ἀλλότρια ταῦτα· ἀνάγοιτο δ' ἂν ἐπὶ τὸν ἐκ σπέρματος Δαβὶδ ἥξειν θεσπιζόμενον Χριστὸν τοῦ θεοῦ, ὃς ἐκ σπέρματος Δαβὶδ ἀνέστη.

* II. Reg. VII. 13.
* II. Reg. VII. 14.
* Ps. LXXXVIII. 27.
* III. Reg. XI. 1.

VI. Διὰ τί μετὰ τὸν Δαβὶδ οὐκ ἐπὶ τοὺς ἑξῆς διαδόχους τοῦ γένους κατάγει, ἀνατρέχει δὲ ἐπὶ τὸν Ἀβραάμ, ἀλλ' οὐκ ἐπὶ τὸν Ἀδάμ, οὐδ' ἐφ' ἕτερόν τινα τῶν πάλαι θεοφιλῶν ἀνδρῶν.

VI. Cur Matthaeus post Davidem ad consectaneos generis successores non veniat, sed transiliat ad Abrahamum, non tamen ad Adamum, neque ad alium quemlibet ex antiquis Deo dilectis hominibus.

Ἐπειδὴ πρώτῳ πάλιν τῷ Ἀβραὰμ περὶ τῆς κλήσεως τῶν ἐθνῶν διάφοροι ἐδέδοντο χρησμοί· πρὸ γὰρ τῆς Μωϋσέως νομοθεσίας, καὶ πρὸ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πρὸ τῆς περιτομῆς, ἀλλοεθνὴς ὢν ὁ Ἀβραάμ, καὶ τῆς Χαλδαίων γῆς ὁρμώμενος, ἀπολείπει μὲν τὰ πατρῷα, θεὸν δὲ γνοὺς τὸν ἐπὶ πάντων, μεμαρτύρηται ὡς ἄρα ἐπίστευσε τῷ θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην *· δίκαιός τε καὶ θεοφιλὴς ἀποπέφανται, οὐ διὰ περιτομὴν σώματος, οὐδὲ διὰ φυλακὴν ἡμέρας σαββάτου, ἢ ἑορτῶν, νουμηνιῶν, οὐδέ γε δι' ἄλλης τινὸς παρὰ Μωϋσεῖ φερομένης ἐθελοθρησκείας, ἀλλὰ δι' ἐπιγνώσεως τοῦ ἐπὶ πάντων θεοῦ, ἐπιφανείας δὲ τοῦ ὀφθέντος αὐτῷ κυρίου· (οὗτος δὲ ἦν ὁ ἡμέτερος σωτήρ, ὁ τοῦ θεοῦ λόγος·) διά τε σεμνοῦ καὶ ἐναρέτου βίου· τοῦτον δ' οὖν αὐτῷ κατορθοῦντι τῆς θεοσεβείας τὸν τρόπον, ἡ περὶ τῶν ἐθνῶν δέδοτο ἐπαγγελία, ὡς καὶ αὐτῶν ποτὲ κατὰ τὸν τοῦ Ἀβραὰμ ζῆλον θεοσεβῶν ὄντων καὶ τῆς ἴσης τῷ θεοφιλεῖ καταξιωθησομένων εὐλογίας· ὧν οὕτως ἐχόντων, ἀκόλουθον ἦν τῆς τῶν ἐθνῶν κλήσεως προπάτορα ὄντα τὸν Ἀβραάμ, ὑπὸ τοῦ εὐαγγελιστοῦ δεύτερον παραληφθῆναι μετὰ τὸν Δαβίδ· δυεῖν γὰρ τούτων ἐπιφανῶν ἀνδρῶν πρώτων ἠξιωμένων τῆς τοῦ θεοῦ ἐπαγγελίας περί τε τῆς τοῦ Χριστοῦ γενέσεως καὶ περὶ τῆς κλήσεως τῶν ἐθνῶν, χρῆναι δήπου τὸ μὲν περὶ τῆς γενέσεως τοῦ πάντων ἀνθρώπων σωτῆρος τὰς ὑποσχέσεις εἰληφότα, προτιμηθῆναι τῇ τάξει τοῦ τὰς περὶ τῶν ἐθνῶν ἐπαγγελίας καταδεξαμένου· δεύτερον δὲ ἐν τῇ γενεαλογίᾳ παραληφθῆναι τὸν τῶν ἐθνῶν ἀρχηγόν· διόπερ ἡ βίβλος Ἰησοῦ Χριστοῦ πρώτῳ μὲν ἀνάκειται τῷ κατὰ σάρκα Ἰησοῦ Χριστοῦ προπάτορι, δεύτερον δὲ τῷ κατὰ πνεῦμα πατρὶ τῶν διὰ Χριστοῦ σωθησομένων· ἡγεῖτο γὰρ ὁ σώζων τῶν σωζομένων ἐθνῶν.

* Rom. IV. 3.

Quia primo similiter Abrahamo varia edita fuerant de vocatione gentium oracula. Namque ante mosaicam legis lationem, atque ante Iudaeorum ipsum genus, immo et ante circumcisionem, alienigena fuit Abrahamus: qui regione chaldaica migrans, patria instituta deseruit, supremoque Deo agnito, testimonium retulit quod Deo crediderit; idque illi reputatum est ad iustitiam. Iustus autem piusque visus est non ob corporis circumcisionem, neque ob sabbati observantiam aut festorum aut kalendarum, neque ob quaslibet a Moyse invectas religiones; sed ob summi Dei cognitionem, atque ob Domini, qui illi oblatus est, manifestationem (qui quidem erat Servator noster, Dei scilicet Verbum) et ob suam denique sanctam ac virtutibus praeditam vitam. Huic igitur qui eiusmodi pietatis genus sectatus fuerat, facta promissio est de gentibus, veluti quae aliquando secundum Abrahami zelum piae futurae erant, paremque religioso patriarchae benedictionem consecuturae. Quae cum ita se habeant, consentaneum erat, ut Abrahamus vocatarum gentium princeps, ab evangelista adsumeretur secundus post Davidem. Namque hi duo fuerunt illustres viri, queis primis Deus Christi adventum gentiumque vocationem dignanter ante significavit. Par autem fuit, ut is cui nativitas Servatoris omnium hominum promissa fuit, praeponeretur illi qui de vocandis gentibus promissiones accepit: secundus tamen in genealogia scriberetur gentium ipsarum patriarcha. Quare liber Iesu Christi capit auspicia primum quidem ab eo qui fuit carnalis Iesu Christi progenitor; deinde ab illo qui spiritu pater erat servandorum per Christum. Servator enim servatis gentibus praevertendus erat.

VII. Διὰ τί τῆς Θάμαρ, οὐχὶ δὲ καὶ ἑτέρας ἐπ' ἀγαθοῖς κατορθώμασι μαρτυρουμένης γυναικὸς ἐμνημόνευσεν ὁ Ματθαῖος.

VII. Cur Thamarae facta mentione, nullam praeterea mulierem commemoraverit Matthaeus factorum laude illustrem.

α'. Τὴν Θάμαρ εἴ τις ὡς πόρνην διαβάλλειν πειρῷτο, αὐτοῦ δὴ τοῦ Ἰούδα ἐπακουσάτω λέ-

1. Thamaram si quis ceu meretricem traducere studet, is audiat Iudam dicentem:

« Thamara iustior me est, qui non eam tradidi Silomo filio meo. » Haud enim fornicandi causa prostitit in cella, sed pudico consilio et liberorum gratia Iudam venata est. Neque rei causa latet. Huic quippe Iudas mandaverat domi ut maneret, donec Silomus adolesceret filius suus, qui eam deinde uxorem duceret. Ipsa vero alacriter obtemperaverat, sterilitatis patiens atque viduitatis, Iudae sponsionibus freta. Sed enim cum hic promissa non faceret, illa liberorum desiderio percita, quod eorum temporum homines maxime urgebat, sterilitatem in summis malis vulgo ponere solitos; seque a Iuda delusam sentiens, frustraque spem in eius filio collocatam; ipsa sibi virum conciliat, nulla adhuc lege Moysis aut prophetarum aut cuiuslibet hominis id vetante. Tum sollerter excogitat quanam ratione ex ipso liberos suscipiat. Ergo celata conditione sua struit insidias ut cum eo rem habeat; simul temperantiam suam atque illius incontinentiam coargutura. Namque ipsa dum multis annis illi obtemperat, vidua sterilisque permanserat: cumque ei facultas esset nubendi alteri, matrique fieri liberorum ex quovis alienigena, non tulerat; sed Iudae maiorum, Abrahami nempe Isaaci atque Israhelis, cognationes maluerat. Contra is qui filiam in viduitate reliquerat, sterilemque puellam in longum tempus distulerat, temperare sibi non potuit post uxoris obitum. Nam statim ac Iudae uxor defuncta est, is nulla fortasse lege rem eiusmodi prohibente, dum feminam meretricem esse existimat, ab ea, cui fuerat iniurius, deceptus est: qui tam lubrico ingenio praeditus, puellam tot iam annis promissionibus eius fidentem, et solitariae temperantique vitae deditam, liberorum fructu privabat.

2. Sic ergo Thamara peractis nuptiis, geminae statim prolis mater evasit; hoc illi praemium boni propositi largiente Deo. Quae enim aliis se tradere potuerat, atque amasiis alienigenis ethnicisque frui; nihil eiusmodi molita est: sed potius rogavit ut piorum hominum genere digna fieret. Et quidem cum ipsa es-

γοντος *· « δεδικαίωται Θάμαρ ἢ ἐγώ, οὗ ἕνεκεν « οὐκ ἔδωκα αὐτὴν Σιλὼμ τῷ υἱῷ μου· » οὐ γὰρ δὴ πορνεύειν προθεμένη ἐπὶ τοῦ τέγους ἵστη, λογισμῷ δὲ σεμνῷ παιδοποιΐας χάριν τὸν Ἰούδαν θηρᾶται· οὐκ ἄδηλος δὲ καὶ ἡ αἰτία· ὁ μὲν γὰρ αὐτῇ παρακελεύεται μένειν ἐπ' οἴκου, ἕως μέγας γένηται Σιλὼμ ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ὡς αὐτὸς ληψόμενος αὐτήν· ἡ δὲ ἐπείθετο προθύμως, ἄπαις μένουσα καὶ χήρα, τὰς τοῦ Ἰούδα παρεγγυὰς ἐκδεχομένη· ὡς δὲ οὐκ ἐπῆγε ταῖς ἐπαγγελίαις τέλος, τοῦ περὶ παῖδας πόθου τοῖς τότε ἀνθρώποις διὰ σπουδῆς ἀγομένου, καὶ τῆς ἀτεκνίας ἐν ἐσχάτοις κακοῖς παρὰ πᾶσι τότε λελογισμένης, διαψευσαμένου αὐτὴν συνιδοῦσα τὸν Ἰούδαν, καὶ τὰς ἀπὸ τοῦ παιδὸς ἐλπίδας εἰς μάτην παραληφθείσας, αὐτὴ ἐπιτίθεται τῷ ἀνδρί· οὐ πώποτε νόμου Μωσέως, οὐδέ γε προφητῶν, οὐδὲ ἑτέρου τινὸς ἀπαγορεύοντος τὰ τοιαῦτα· κἄπειτα σοφίζεται τὴν ἐξ αὐτοῦ παιδοποιΐαν· μὴ δείξασα γοῦν ἑαυτὴν τίς ποτε ἦν, συνελθεῖν αὐτῷ μηχανᾶται· ὁμοῦ τὸ σῶφρον τὸ ἑαυτῆς, κἀκείνου τὸ ἀκρατὲς ἀπελέγχουσα· ἡ μὲν γὰρ μακροῖς ἔτεσιν αὐτῷ πειθομένη, χήρα καὶ ἄπαις διέμενεν· ἀλλὰ καὶ παρὸν γήμασθαι ἑτέρῳ, καὶ τέκνων μητέρα ἔκ τινος ἀλλογενοῦς καταστῆναι ἀνδρός, οὐ ποιεῖ τοῦτο· τῆς τῶν προγόνων τοῦ Ἰούδα, Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ δὴ καὶ τῆς τοῦ Ἰσραήλ, συγγενείας ἐφιεμένη· ὁ δὲ χηρεύειν τὴν παῖδα καταλιπών, καὶ κόρην ἄπαιδα ἐπὶ μακροὺς ἀναρτήσας χρόνους, οὐχ οἷός τε ἦν κρατεῖν ἑαυτοῦ μετὰ τὴν τῆς γυναικὸς τελευτήν· ἀλλ' ἅμα τελευτᾷ ἡ τοῦ Ἰούδα γυνή, ὁ δέ, μηδενὸς πως νόμου τῶν τοιῶνδε ἀπείργοντος 1), πόρνην ὑπολαβὼν τὴν εἰρημένην, ἁλίσκεται πρὸς αὐτῆς οὐ δίκαια πράττων· ὅτι δὴ τοιοῦτος ὢν αὐτὸς τὴν ἐπὶ μακροῖς ἔτεσι τὰς ὑποσχέσεις ἐκδεξαμένην τὰς αὐτοῦ, φιλόσοφόν τε καὶ σώφρονα βίον ἐπιδεδειγμένην, ἀπεστέρει τοῦ περὶ τὴν παιδοποιΐαν καρποῦ.

β'. Ταύτῃ οὖν τὸν ἄνδρα ὑποδῦσα, ἐκ πρώτης ὁμιλίας διδύμου γονῆς ἐξ αὐτοῦ γίνεται μήτηρ, τοῦτον αὐτῇ τοῦ Θεοῦ καρπὸν τῆς ἀγαθῆς προθέσεως ἕνεκα δεδωρημένου· παρὸν γὰρ ἄλλοις ἑαυτὴν ἀγαγεῖν, καὶ ἑτέροις ἀλλοφύλοις καὶ ἀσεβέσι συναφθῆναι, τοῦτο μὲν οὐ διενοήθη· τοῦ δὲ τῶν θεοφιλῶν γένους εὐχὴν θεμένη κατα-

* Gen. XXXVIII. 26.

1) Quod ait Eusebius nulla fortasse adhuc lege prohibitum fuisse a scortando Iudam, id intelligendum est de lege apud Palaestinos publica, quae nondum fortasse proposita fuerat. Ceteroqui apud plerasque gentes atque omni tempore scortatio propudiosa fuit et illicita. Neque id mirum, dicente Paulo I. Cor. IV 18. *qui fornicatur, in corpus suum peccat*; quo super dicto legesis sancti Gregorii nysseni orationem

ξενωθῆναι, καίπερ οὖσα ἀλλόφυλος, τὴν τοσαύτην συνεσκευάσατο δραματουργίαν· οὐ πρότερον δὲ ἡ Θάμαρ ἐτόλμα παρεῖναι ἐπὶ τὴν τοῦ Ἰούδα κοινωνίαν, ἢ ἐκποδὼν γενέσθαι τὴν προτέραν αὐτοῦ γαμετήν· πρὸ τοῦ ταύτης θανάτου οὐχ ὅσιον ἡγουμένη τὸ ἐπιχείρημα· ἔμινε γοῦν παρ' ἑαυτῇ ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ πατρὸς αὐτῆς, καίπερ οὖσα ἄτεκνος· κἂν μέχρι τέλους ἄπαις διέμενεν, εἰ μὴ τὸν καιρὸν αὐτῇ συλλαβέσθαι ἡγήσατο· διὸ δὴ ὡς ἔφην θεοῦ καταξιοῦται συνεργοῦ, ὃς ἐκ μιᾶς τοῦ Ἰούδα κοινωνίας, παίδων αὐτῇ διττῶν ἀθρόως ἐδωρήσατο καρπόν· ὁμοῦ περὶ τὴν τῶν παίδων γένεσιν μυστηριώδεις ἐπιτελῶν οἰκονομίας· δι' ἃς καὶ οἶμαι μάλιστα τὸν θαυμάσιον εὐαγγελιστὴν τὴν πᾶσαν μνήμην αὐτῶν τῇ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν συμπεριλαβεῖν γενεαλογίᾳ· διδύμων γὰρ παίδων ἐξ αὐτῆς γενομένων, τοῦ τε Ζαρᾶ καὶ τοῦ Φαρές, οὐ τὰ τυχόντα μοι δοκεῖ ἐκ τῆς τούτων γενέσεως ὁ τῆς γραφῆς αἰνίττεσθαι λόγος· διὸ καὶ ἀμφοῖν μνημονεῦσαι τὸν Ματθαῖον τῆς τε τούτων μητρὸς εἰπόντα « Ἰούδας δὲ ἐγέννησε τὸν Ζαρᾶ ἐκ τῆς » Θάμαρ· » διὰ τί γὰρ οὐκ ἠρκέσθη φάναι, Ἰούδας ἐγέννησε τὸν Φαρές, παραλιπὼν τὸν Ζαρᾶ, ὅπερ πεποίηκεν ἐπὶ τοῦ Ἰακώβ; μόνου γὰρ τοῦ Ἰακὼβ μνησθείς, ἀποσιωπᾷ τὸν Ἠσαῦ.

γ'. Προστίθησι δὲ καὶ ἀπὸ τίνος μητρός, λέγων ἐκ τῆς Θάμαρ, παρακαλῶν ἐπισκέψασθαι τὴν περὶ τούτων ἱστορίαν· γράφει γοῦν ὁ Μωσῆς ἐν τῇ γενέσει λέγων *· « ἐγένετο δὲ ἡνίκα » ἔτικτε Θάμαρ, καὶ τῇδε ἦν δίδυμα ἐν τῇ γα» στρὶ αὐτῆς· ἐγένετο δὲ ἐν τῷ τίκτειν αὐτήν, ὁ » εἷς προεξήνεγκε τὴν χεῖρα· λαβοῦσα δὲ ἡ » μαῖα, ἔδησεν ἐπὶ τὴν χεῖρα αὐτοῦ κόκκινον, » λέγουσα, οὗτος προεξελεύσεται πρότερος· ὡς δὲ » ἐπισυνήγαγε τὴν χεῖρα, εὐθὺς ἐξῆλθεν ὁ ἀδελ» φὸς αὐτοῦ· ἡ δὲ εἶπεν· τί διεκόπη διὰ σὲ φραγ» μός; καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Φαρές· καὶ » μετὰ τοῦτο ἐξῆλθεν ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, ἐφ' ᾧ » ἐπὶ τῇ χειρὶ αὐτοῦ κόκκινον· καὶ ἐκάλεσε τὸ » ὄνομα αὐτοῦ Ζαρᾶ· » ὁρᾷς ὁπόσα τῶν εἰρημένων ἡ γένεσις περιέχει; ὧν ἕνεκα ἡγοῦμαι μὴ παρασεσιωπῆσθαι τὰ παρὰ τῷ θαυμασίῳ εὐαγγελιστῇ τὰ ἐν τούτοις αἰνίγματα· φησὶν οὖν ὁ ἱερὸς ἀπόστολος διερμηνεύων τὰ περὶ τοῦ φραγμοῦ (τάχα που περὶ οὗ εἴρηται, τί διεκόπη διὰ σὲ φραγμός) ὧδέ πως ἐν τῇ πρὸς Ἐφεσίους ἐπιστολῇ *· « αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ εἰρήνη ὑμῶν, ποιήσας » τὰ ἀμφότερα ἕν· καὶ τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγ» μοῦ λύσας, τὴν ἔχθραν ἐν τῇ σαρκὶ αὐτοῦ, » τὸν νόμον τῶν ἐντολῶν ἐν δόγμασι καταργή-

*Gen. XXXVIII. 27.

* Ephes. II. 14.

set stirpe alienigena, talem tamque laudabilem personam sustinuit. Praeter quam quod Thamara haud prius ausa est rem habere cum Iuda, quam huius uxor obiit: qua nondum extincta, tale quid adgredi nefas esse putaverat. Mansisset itaque patria in domo vel perpetuo liberorum expers, nisi occasionem sibi favere cognovisset; ideoque, ut dixi, Deo usa est adiutore, qui ex uno cum Iuda congressu gemellae prolis cumulatum ei largitus est fructum: simul in liberorum generatione arcanam machinans providentiam: ob quam potissimum existimo ab inclyto evangelista omnem huius rei mentionem in Servatoris nostri genealogia fuisse comprehensam. Gemellis enim e Thamara natis liberis Zara et Phares, non vulgares eventus videtur mihi ex horum generatione scriptura portendere. Atque idcirco Matthaeus amborum cum matre meminit his verbis: « Iudas ge» nuit Phares et Zaram de Thamar. » Cur enim ei non suffecit dicere, Iudas genuit Phares? praetermisso Zara; quod fecit in Iacobo, quo uno memorato, Esavum reticuit.

3. Addit etiam ex qua matre sint nati, nempe ex Thamara: quibus verbis hortatur quodammodo nos ad considerandam horum historiam. Age vero in genesi Moyses haec ait: « cum iam esset paritura Thamara, ge» melli erant in utero eius: dumque pareret, » unus protulit manum, qua arrepta obste» trix alligavit ei coccinum dicens, hic prior » exibit. Sed enim eo retrahente manum, sta» tim exiit frater eius. Aitque mulier: cur di» visa est propter te maceria? dixitque no» men eius Phares. Deinde egressus est fra» ter eius, in cuius manu erat coccinum: » vocavitque nomen eius Zaram. » Vides generatio praedictorum quanta contineat, quorum causa opinor non esse silentio pressa quae apud inclytum evangelistam significantur ab his mysteria. Itaque sacer apostolus vocabulum maceriae interpretans (et quidem fortasse quo loco dictum est, cur divisa est propter te maceria?) sic ait in epistola ad Ephesios: « ipse enim est, pax vestra » qui fecit utraque unum, et medium parie» tem maceriae solvens, inimicitias in car» ne sua, legem mandatorum decretis eva-

» cuans, ut duos condat in semet ipso in » unum novum hominem; et reconciliet ambos in uno corpore Deo. »

4. Iamvero his mentem intendens, videsis num forte duorum praedictorum coniuncta nativitas, nempe et Phares propter quem facta est divisio, et prioris qui manum potendit, posterior autem exiit, significet duarum vitarum genera, quibus usi sunt illi homines qui Deum patrem habere meruerunt; partim in evangelio, partim in lege mosaica victitantes. In his prior manum protulit vita evangelica; neque tamen eadem in lucem prior exiit; sed manu retracta, vitae mosaicae, quae posterior erat, permisit primae exire. Sic illa quae prior erat, ultima exiit, signo manui alligato, a quo prior esse comprobatur. Erat autem ante Moysem piorum hominum vita secundum Christi evangelium; in qua excelluisse traduntur Abrahamus, Isaacus, Iacobus, Melchisedecus atque Iobus: et multo his priores Noachus, Semus, atque Iaphetus, et Enochus, et quotquot his similes fuerunt. Iusti igitur hi omnes et pii ac Deo dilecti; et quidem aliquot alii feruntur, quos a mosaica lege fuisse alienos in confesso est. Nimirum hi praevertentes mosaicum morem, pari nobiscum philosophia evangelica splenduerunt.

5. Et illa quidem prior vita a Zara portendebatur, quem orientem interpretamur. Pietate enim lucentes primi orientis radii per eos, qui primi inter homines religiosi fuere, emicuerunt: cuiusmodi erant ii qui ante Moysem iam inde a prima hominum creatione sanctum Dei cultum prae se tulerunt. Atque hi non secus atque Zara primi manum protenderunt, sollertis vitae indicio facto, qua tamen non sunt potiti, moribus eorum se retrahentibus. Atque interim maceria veluti divisa, exiit frater eius, vitae nimirum secundum Moysem genus, quod medium parietem mirificus apostolus appellavit: quare et ille Phares vocatus fuit, nomine sumpto a maceriae divisione: Phares quippe explicatur partitio. Hinc et Pharisaei apud Iudaeos excellebant, quia se per quandam factionem a multitudinis commixtione sciunxerant. Beatius igitur multoque melius fuisset non diffindi maceriam, sed unum quid indivisumque manere.

» σας, ἵνα τοὺς δύο κτίσῃ ἐν ἑαυτῷ εἰς ἕνα » καινὸν ἄνθρωπον, καὶ ἀπαλλάξῃ τοὺς ἀμφο- » τέρους ἐν ἑνὶ σώματι τῷ Θεῷ. »

δ΄. Τούτοις οὖν τὴν διάνοιαν ἐπιστήσας, θέα μήποτε ἡ τῶν δυεῖν τῶν εἰρημένων μία γένεσις, ἥ τε τοῦ Φαρὲς δι᾽ ὃν διεκόπη φραγμὸς, καὶ ἡ τοῦ πρώτου μὲν τὴν χεῖρα προβάλλοντος, δευτέρου δὲ προελθόντος, αἰνίττεται δύο βίων τρόπους τῶν ἠξιωμένων τῆς παρὰ τῷ Θεῷ γεννήσεως· ὧν ὁ μὲν κατὰ τὸ εὐαγγέλιον, ὁ δὲ κατὰ τὸν Μωϋσέως ὑπέστη νόμον· ἀλλὰ γὰρ τούτων πρῶτος μὲν τὴν χεῖρα προβέβληται ὁ κατὰ τὸ εὐαγγέλιον· οὐ μὴν καὶ πρῶτος πρόεισιν εἰς φῶς· ὑποστείλας δὲ τὴν χεῖρα, τῷ κατὰ Μωϋσῆ δευτέρῳ ἰόντι προελθεῖν ἐπιτρέπει πρώτῳ· εἶθ᾽ οὕτως αὐτὸς πρῶτος ὢν, ὕστατος ἔξεισι, μετὰ τοῦ περὶ τὴν χεῖρα συμβόλου τοῦ πρῶτον αὐτὸν συνιστῶντος· ἦν δ᾽ ὁ τῶν πρὸ Μωϋσέως θεοφιλῶν ἀνδρῶν βίος ὁ κατὰ τὸ τοῦ Χριστοῦ εὐαγγέλιον, καθ᾽ ὃν διαπρέψαι μνημονεύονται οἱ ἀμφὶ τὸν Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, Μελχισεδέκ τε, καὶ Ἰὼβ, καὶ πολὺ τούτων πρότεροι οἱ ἀμφὶ Νῶε καὶ Σὴμ, καὶ Ἰάφεθ, Ἐνώχ τε, καὶ ὅσοι ἄλλοι τούτοις γεγόνασι παραπλήσιοι· δίκαιοι γοῦν οἵδε πάντες, καὶ εὐσεβεῖς καὶ θεοφιλεῖς· εἰ καί τινες ἕτεροι μαρτυρηθέντες, τῆς μὲν κατὰ Μωϋσέα νομοθεσίας πάμπαν ὑπῆρχον ἀλλότριοι· προλαβόντες δὲ τὸν κατὰ Μωϋσέα τρόπον, ἡμῖν ὁμοίως τῇ κατὰ τὸ εὐαγγέλιον φιλοσοφίᾳ διέλαμψαν.

ε΄. Ὁ μὲν οὖν πρῶτος, διὰ τοῦ Ζαρᾶ ἐδηλοῦτο, ὃς ἑρμηνεύεται ἀνατολή· φωτὸς γὰρ εὐσεβείας αἱ πρῶται τῆς ἀνατολῆς αὐγαὶ, διὰ τῶν πρώτων ἐν ἀνθρώποις εὐσεβησάντων ἐξέλαμψαν· οἷοι περ ἦσαν οἱ πρὸ Μωϋσέως ἐκ πρώτης ἀνθρώπων συστάσεως θεοφιλεῖς ἀποφανθέντες· οἳ δὴ καὶ τῷ Ζαρᾷ παραπλησίως, πρῶτοι μὴν τὴν χεῖρα προεβάλοντο τὸν πρακτικὸν βίον ἐνδειξάμενοι· οὐ μὴν καὶ ἐκράτυνέ γε τοῦτον· τοῦ δὲ κατ᾽ αὐτοὺς τρόπου ἐν ὑποστολῇ γενομένου· καὶ ὥσπερ τινὸς φραγμοῦ διακοπέντος, ἐξῆλθεν ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ὁ κατὰ Μωϋσέα βίος· ὃν δὴ μεσότοιχον φραγμὸν κέκληκεν ὁ θαυμάσιος ἀπόστολος· διὸ καὶ ὠνομάσθη Φαρὲς, τῆς τοῦ φραγμοῦ διακοπῆς ἐπώνυμος· ἑρμηνεύεται γοῦν Φαρὲς μερισμός· ἔνθεν καὶ Φαρισαῖοι παρ᾽ αὐτοῖς διέπρεπον, παρὰ τὸ μερίζειν καὶ ἀφορίζειν ἑαυτοὺς τῆς τῶν πολλῶν ἐπιμιξίας· μακάριον μὲν οὖν καὶ πολὺ κρεῖττον ἦν μὴ διακοπῆναι τὸν φραγμὸν, ἵνα δὲ αὐτὸν καὶ ἀδιάκοπον μεῖναι· τοῦτο δ᾽ ἂν γέγονεν εἰ τῷ τὴν χεῖρα προβεβλη-

μένῳ πρώτῳ, συνακολουθήσας ὁ δεύτερος, τὸν αὐτὸν τρόπον ἐπολιτεύσατο· πολὺ γὰρ ἦν βέλτιον τοῖς ἐκ περιτομῆς εἰ κατὰ τὸν βίον τῶν πρόπαλαι θεοφιλῶν ἀνθρώπων ἐτύγχανον πεπολιτευμένοι· καὶ οὕτω γὰρ ἦν εἷς ὁ φραγμὸς, καὶ μία ἡ οἰκοδομὴ τῶν τε πρώτων καὶ τῶν ὑστάτων.

ϛ΄. Ἐπειδὴ δὲ μὴ τὸν πρῶτον κρατῆσαι τρόπον ἡ τῶν δευτέρων συνεχώρησεν ἀσθένεια, διακοπῆς εἰκότως τοῦ κατὰ Θεὸν φραγμοῦ γενομένης, τοῦ τε μεσοτοίχου τοῦ φραγμοῦ παραβληθέντος, ὁ πάλαι πρῶτος τὴν χεῖρα προτείνας, δεύτερος ἔξεισιν εἰς φῶς, διὰ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ τὸν παλαίτατον καὶ ἀρχαῖον φραγμὸν ἀνακτησαμένου· διὸ καὶ φησὶν εἰς αὐτὸν ἡ προφητεία*· « καὶ κληθήσῃ οἰκοδόμος φραγμῶν· » οὗτος δὴ καὶ τὸ δηλωθὲν μεσότοιχον ἀνεῖλεν· ὃς κύριος ὢν καὶ τοῦ σαββάτου ποιεῖ τὰ ἀμφότερα ἓν, κατὰ τὸν ἱερὸν ἀπόστολον εἰπόντα* « αὐ- » τὸς γάρ ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν ὁ ποιήσας τὰ » ἀμφότερα ἓν, καὶ τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγ- » μοῦ λύσας· » καὶ τί τὸ μεσότοιχον διασαφῶν, ἐπιλέγει· « τὸν νόμον τῶν ἐντολῶν ἐν δόγ- » μασι καταργήσας » ἐκποδὼν μεταστησάμενος τὸ μεσότοιχον τοῦ Μωϋσέως νόμου, ὅπερ ἡμᾶς τοὺς ἐξ ἐθνῶν τῆς κατὰ Θεὸν ἀπεῖργεν εὐσεβείας, διὰ τὸ μὴ δὲ βουλομένοις δυνατὸν εἶναι πᾶσι τοῖς ἔθνεσι κατὰ Μωϋσέα πολιτεύσασθαι.

* Is. LVIII. 12.

* Ephes. II. 14.

ζ΄. Ὥσπερ οὖν συνεστήσαμεν ἐν ταῖς εὐαγγελικαῖς ἀποδείξεσι*, τὴν κατὰ τὸ εὐαγγέλιον τοῖς πᾶσι προεβάλετο πολιτείαν, τοῦ πρώτου τῆς εὐσεβείας τρόπου τελείαν καὶ λαμπροτέραν τὴν γένεσιν πεποιημένου, μετὰ τοῦ τῇ χειρὶ συνεπάγεσθαι τὸ μαρτύριον τοῦ πρῶτον αὐτὸν γεγονέναι· ὁ γοῦν διὰ τοῦ σωτηρίου εὐαγγελίου πᾶσι τοῖς ἔθνεσι παραδοθεὶς βίος, οὗτος ἦν ἐκεῖνος ὁ καὶ πρὸ Μωϋσέως τὴν χεῖρα προτείνας, καὶ τὴν πρᾶξιν διὰ τῶν πρώτων θεοφιλῶν ἀνδρῶν ἐπιδεδειγμένος· οὗτός τε οὗτος ἦν ὁ Ζαρᾶ τῆς ἐνθέου πολιτείας τὴν πρώτην ἐν ἀνθρώποις ἀνατολὴν καταβεβλημένος· γέγονε τε ὁ αὐτὸς, ἀρχὴ καὶ τέλος, πρῶτος τε καὶ ὕστατος, ἀνατολή τε μικρὰ καὶ ὑστάτη πάλιν εἰς πάντας ἐκλάμψασα ἀνθρώπους. Πλὴν ἀλλὰ κἀκεῖνο προσήκει τοῖς εἰρημένοις ἐπιθεῖναι, ὡς ἡ βίβλος τῆς γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ οὐκ ἀπὸ τοῦ τῶν δυοῖν πρώτου, λέγω δὲ τοῦ Ζαρᾶ, τὸν γενεαλογούμενον φῦναι εἰσάγει, ἀλλ᾽ ἀπὸ τοῦ δευτέρου τοῦ Φαρές· ἐπεὶ γέγονε κατὰ σάρκα ἐκ φυλῆς καὶ

* Lib. I. 3.

Id autem accidisset; si ei qui prior manum extendit, subsequens alter eodem vitae genere vixisset. Longe enim erat melius si circumcisionis adseclae mores antiquorum Deo dilectorum hominum amplexi fuissent: nam sic una fuisset maceria, una aedificatio primorum et extremorum.

6. Nunc quia primum morem perseverare non sivit secundorum infirmitas; divisione merito facta maceriae quae secundum Deum est, medioque pariete maceriae interiecto, qui olim prior manum extenderat, posterior in lucem prodiit per servatorem nostrum Iesum Christum, qui antiquissimam et primitivam maceriam recuperavit. Quare et de illo prophetia dicit: « et vocaberis aedificator ma- » ceriarum. » Hic etiam praedictum parietem medium abstulit; quia cum sit sabbati quoque dominus, facit utraque unum: sicut ait sacer apostolus: « ipse enim est pax nostra, » qui fecit utraque unum, et medium parie- » tem maceriae solvit. » Et quidem medium parietem interpretans, subdit « legem man- » datorum decretis evacuans » sublato legis mosaicae medio pariete; qui nos ethnicis oriundos parentibus excludebat a Dei religione: quia ne si voluissent quidem, fieri poterat ut cunctae gentes ex mosaicae legis formula vitam agitarent.

7. Deus igitur, ut in evangelica demonstratione iam adseruimus, evangelicam vitam cunctis proposuit, ita ut primigenium illud religionis genus perfectam atque illustriorem originem redderet, dum manu praefert testimonium primatus sui. Quamobrem vita per salutare evangelium cunctis gentibus tradita, eadem erat atque illa quae ante Moysem manum protenderat: cuius vitae exercitatio in primis illis Deo dilectis hominibus perspecta est: eandemque figurabat hic Zara, qui primum divinae inter homines reip. ortum extulit: fuitque idem principium et finis, primus et ultimus; ortus brevis qui postremo cunctis rursus effulsit hominibus. Sed enim et illud ante dictis addendum est, in libro generationis Iesu Christi non a primo ex duobus, nempe Zara, dici progenitum eum cuius texitur genealogia; sed a secundo, videlicet Phares. Nam reapse secundum carnem genitus fuit de gente et genere secun-

di, neque tantum natus e muliere, sed factus sub lege, ut et eos qui sub lege erant redimeret, secundum apostoli hac etiam de re testimonium.

σπέρματος τοῦ δευτέρου *· οὐ μόνον γεννώμενος ἐκ γυναικὸς, ἀλλὰ καὶ γενόμενος ὑπὸ νόμον, ἵνα καὶ τοὺς ὑπὸ νόμον ἐξαγοράσῃ, κατὰ τὴν τοῦ ἀποστόλου καὶ περὶ τούτου μαρτυρίαν.

* Gal. IV. 5

VIII. Cur uxoris Uriae meminerit in genealogia evangelista?

VIII. Διὰ τί τῆς τοῦ Οὐρίου γυναικὸς ἐμνήσθη ἐπὶ τῆς γενεαλογίας ὁ εὐαγγελιστής.

1. Liber generationis Iesu Christi dum ait: « David rex genuit Salomonem ex ea « quae fuit Uriae » declarare propemodum ac nunciare videtur, fore ut mox preces Davidis ac supplicationes re optata potiantur. Continet enim liber incarnationem Iesu Christi servatoris omnium et medici, cuius unius opera sperabat David se absolvendum esse a crimine circa Uriam eiusque uxorem, et a mortis calculo expediendum. De hoc igitur Iesu Christo necem subeunte (cuius beneficio anima quoque Davidis liberanda erat) vaticinans in psalmis idem David, descensum Servatoris ad inferos suamque ipsius salutem significavit, dicens: « Domine eduxisti ex inferis animam meam, » servasti me a descendentibus in lacum. Item: » qui exaltas me de portis mortis. Item: » non derelinques animam meam in inferno. Item: conversus vivificasti me; et ex » abyssis terrae iterum reduxisti me. » Quis autem erat descendens reducensque eum ex abyssis? quis servans eum a descendentibus in lacum? nisi hic, de quo librum generationis mirabilis evangelista conscribit: inter alia, bona quoque Davidis nobis nuncians.

α΄. Μονονουχὶ διὰ τοῦ φάναι, Δαβὶδ ὁ βασιλεὺς ἐγέννησε τὸν Σολομῶνα ἐκ τῆς τοῦ Οὐρίου, τοιοῦτόν τι ἔοικε δηλοῦν ἡ βίβλος αὕτη τῆς Ἰησοῦ Χριστοῦ γενέσεως, τὰς λιτανείας καὶ τὰς ἱκεσίας τοῦ Δαβὶδ ὅσον οὔπω προχωρήσειν εἰς τέλος εὐαγγελίζεται· περιέχει γοῦν τὴν οἰκονομίαν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ σωτῆρος τῶν ὅλων καὶ ἰατροῦ, δι' οὗ μόνου ἐλπὶς ἦν καὶ τῷ Δαβὶδ τῆς κατὰ τὸν Οὐρίαν καὶ τὴν τούτου γυναῖκα ἁμαρτίας ἀπολυθήσεσθαι, καὶ τῆς ἐν τῷ θανάτῳ καθείρξεως ἐλευθερωθήσεσθαι· τούτου γοῦν Ἰησοῦ Χριστοῦ τὴν μέχρι θανάτου παρουσίαν, δι' ἧς ἤμελλε καὶ ἡ τοῦ Δαβὶδ ἀπολυτροῦσθαι ψυχὴ, θεσπίζων ἐν τοῖς ψαλμοῖς αὐτὸς ὁ Δαβὶδ, τὰ περὶ τῆς ἐκεῖσε καθόδου τοῦ σωτῆρος, τά τε περὶ τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας ἐδήλου δι' ὧν ἔφασκε *· « κύριε ἀνήγαγες ἐξ ᾅδου τὴν ψυχήν μου, » ἔσωσάς με ἀπὸ τῶν καταβαινόντων εἰς λάκκον· » καὶ τὸ ὁ ὑψῶν με ἐκ τῶν πυλῶν τοῦ θανάτου· καὶ » τὸ οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδην· » καὶ τὸ ἐπιστρέψας ἐζωοποίησάς με, καὶ ἐκ τῶν » ἀβύσσων τῆς γῆς πάλιν ἀνήγαγές με· » Τίς δ' ἦν ὁ καταβὰς καὶ ἀναγαγὼν αὐτὸν ἐκ τῶν ἀβύσσων; τίς δ' ὁ σώσας αὐτὸν ἀπὸ τῶν καταβαινόντων εἰς λάκκον; ἀλλ' οὗτος ᾧ τῆς γενέσεως τὴν βίβλον ὁ θαυμάσιος εὐαγγελιστὴς ἀναγράφει, μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τὰ περὶ τοῦ Δαβὶδ ἀγαθὰ πᾶσιν ὑμῖν εὐαγγελιζόμενος.

* Ps. XXIX. 1. IX. 15. XV. 10. LXX. 20.

2. Existimo autem in id barathrum delapsum fuisse Davidem ob unius voculae noxam, quam in vigesimo nono psalmo sibi ait excidisse: « ego dixi in abundantia mea, » non movebor in aeternum. » Namque ani-

β΄. Οἶμαι δὲ τούτῳ τῷ πτώματι περιπεσεῖν τὸν Δαβὶδ διὰ μίαν ταύτην φωνὴν, ἣν ἐν τῷ εἰκοστῷ καὶ ἐννάτῳ προήκατο ψαλμῷ *· « ἐγὼ δὲ » εἶπα ἐν τῇ εὐθηνίᾳ μου, οὐ μὴ σαλευθῶ εἰς » τὸν αἰῶνα 1)· » τὸ γὰρ μέγα φρονῆσαι καὶ

* Ps. XXIX. 7.

1) Anastasius sinaita quaest. IX. perperam citat hunc locum ex opere Eusebii ad Marinum, quum reapse extet in opere ad Stephanum. En autem Anastasii tractum, quo Eusebius ab eclogario nostro breviatus suppletur. Ὁ γὰρ Νάθαν διὰ τῆς εἰρημένης αὐτῷ πρὸς τὸν Δαβὶδ παραβολῆς διδάσκει, ὅτι κατὰ τὸν μέγαν πειρασμὸν συνέβη τῷ Δαβὶδ τὸ ἁμάρτημα· παρίστησι δὲ ὁ λόγος, ὅτι μὴ εἰς πρόσωπον ἑτέρων, μηδὲ ἐνώπιον παντὸς τοῦ λαοῦ διηλέγχθη αὐτὸν· ἀλλ' εἰσελθών, φησι, πρὸς αὐτόν· ὁ δὲ Δαβὶδ οὐ μόνον τοῖς καθ' ἑαυτὸν ἐξαγορεύει τὸ πλημμεληθὲν, ἀλλὰ καὶ εἰς τοὺς μετέπειτα ἀνθρώπους, τὸν ψαλμὸν ἐπιγράψας εἰρῆσθαι αὐτῷ ἡνίκα εἰσῆλθε πρὸς Βηρσαβεέ, καὶ ἐν τῷ ἐλθεῖν πρὸς αὐτὸν Νάθαν τὸν προφήτην· οἶμαι δὲ οὖν τούτῳ τῷ πονηρῷ πνεύματι ἐκδεδόσθαι αὐτὸν, διὰ μίαν ἐκείνην φωνὴν, ἣν ἔφη· ἐγὼ εἶπα ἐν τῇ εὐθηνίᾳ μου, οὐ μὴ σαλευθῶ εἰς τὸν αἰῶνα· τοῦτο γὰρ μεγαφρονῆσαι, τοιοῦτον προέσθαι ῥῆμα ὅτι οὐκ ἂν σαλευθείη, μένει δὲ ἄτρεπτος καὶ ἀπαθὴς ἐν τῇ εὐθηνίᾳ αὐτοῦ, ὑπέρογκον ἦν καὶ ὑπερήφανον, καὶ οὐχ ὅμοιον τῷ, ἐὰν μὴ κύριος οἰκοδομήσῃ οἶκον, εἰς μάτην ἐκοπίασαν οἱ οἰκοδομοῦντες· καὶ τὰ ἑξῆς· ἀλλ' ὅ γε ἱερὸς ἀπόστολος ταῦτα εἰδὼς, οὐκ ἐτόλμησε φάναι, οὐ μὴ σαλευθῶ εἰς τὸν αἰῶνα· πεφροντίκει δὲ λέγων, μή πως ἄλλοις

τοιοῦτον προΐεσθαι ῥῆμα ὅτι οὐκ ἄν ποτε σαλευθῇ, μένοι δὲ ἄτρεπτος καὶ ἀπαθὴς ἐν τῇ εὐθηνίᾳ αὐτοῦ, ὑπέρογκον ἦν καὶ ὑπερήφανον, καὶ οὐχ ὅμοιον τῷ* « ἐὰν μὴ κύριος οἰκοδομήσῃ οἶκον, εἰς » μάτην ἐκοπίασαν οἱ οἰκοδομοῦντες αὐτόν· ἐὰν » μὴ κύριος φυλάξῃ πόλιν, εἰς μάτην ἠγρύπνησεν ὁ φυλάσσων αὐτήν· » ἐν εὐθηνίᾳ οὖν τῶν παρὰ τῷ θεῷ ἀγαθῶν γενόμενος, καὶ ἐπὶ μέγα » προκόψας ἀρετῆς, ἐτόλμησε φάναι, οὐ μὴ σαλευθῶ εἰς τὸν αἰῶνα· διὸ καὶ παραχρῆμα καταλείπεται ὑπὸ τοῦ συνεργοῦντος αὐτῷ τὰ ἀγαθὰ κυρίου, συμπλέκεται δὲ αὐτῷ πνεῦμα ἀλλότριον· λέγει δ' οὖν ἐν τῷ αὐτῷ ψαλμῷ*· « ἐγὼ δὲ εἶπα » ἐν τῇ εὐθηνίᾳ μου, οὐ μὴ σαλευθῶ εἰς τὸν » αἰῶνα· σὺ δὲ ἀπέστρεψας τὸ πρόσωπόν σου, » καὶ ἐγενήθην τεταραγμένος· κύριε ἐν τῷ θελή» ματί σου παράσχου τῷ κάλλει μου δύναμιν· » διδάσκων ὅτι πρότερον εἰπὼν οὐ μὴ σαλευθῶ εἰς τὸν αἰῶνα, μετὰ ταῦτα ἀποστρέψαντος τοῦ θεοῦ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ διὰ τὴν μεγαλορρήμονα φωνὴν, ὁμολογεῖ τεταράχθαι· εἶτ' ὠφεληθεὶς ἐπὶ τούτοις, τὰ πάλαι ἑαυτοῦ κατορθώματα, οὐκέτι ἑαυτῷ, τῷ θεῷ δὲ προσγράφει λέγων*· « κύριε ἐν τῷ θελή» ματί σου παρέσχου τῷ κάλλει μου δύναμιν· » ὅτε γάρ, φησιν, ἀπέστρεψας τὸ πρόσωπόν σου καὶ ἐγενήθην τεταραγμένος, τότε ἔγνων ὅτι καὶ πάλαι πρότερον τῷ σῷ θελήματι παρέσχου τῷ κάλλει μου δύναμιν· εἰ γάρ ἦν τι κάλλος ὑπάρχον περὶ τὴν ἐμὴν ψυχὴν πρὸ τῆς ἁμαρτίας, τοῦτο αὐτὸ ἐκ σῆς χάριτος καὶ δωρεᾶς μοι προσῆν· ταῦτα δὲ μετὰ τὴν συναίσθησιν τῆς ἑαυτοῦ ἀσθενείας ὁμολογεῖ.

γ'. Πλὴν ἐν τῷ ἐλθεῖν πρὸς αὐτὸν Νάθαν τὸν προφήτην ἡνίκα εἰσῆλθε πρὸς Βηρσαβεὲ, καὶ τὴν ἐν τῷ πεντηκοστῷ ψαλμῷ εὐχὴν ἀναπέμπει λέγων· σοὶ μόνῳ ἥμαρτον, καὶ τὸ πονηρὸν ἐνώπιόν σου ἐποίησα· λέγων δὲ σοὶ μόνῳ ἥμαρτον,

* Ps. CXXVI. 1.
* Ps. XXIX. 7.
* Ps. XXIX. 8.

mi elatio et talis elocutio, qua significabat numquam se fore commovendum, sed firmum inlibatumque mansurum in abundantia sua, arrogans erat atque superba; neque similis huic: « nisi Dominus aedificaverit domum, in vanum laboraverunt qui aedificant » eam. Nisi Dominus custodierit civitatem, » frustra vigilavit qui custodit eam. » Itaque divinis beneficiis affluens, magnisque virtutibus auctus, ausus erat dicere « non movebor in aeternum. » Quare et protinus destitutus fuit ab auctore bonorum eius Domino, adhaesitque illi spiritus alienus. Ait ergo in eodem psalmo: « ego dixi in abundantia mea, non movebor in aeternum. » Tu autem avertisti faciem tuam et factus » sum conturbatus. Domine in voluntate tua » praestitisti decori meo virtutem. » Nimirum docet, qui antea dixisset non movebor in aeternum, mox faciem avertente ob superbam eius vocem Deo, in gravem incidisse perturbationem. Deinde his eruditus pristina sua recte facta haud iam sibi sed Deo tribuit dicens: « Domine in voluntate » tua praestitisti decori meo virtutem. » Cum enim avertisti, inquit, faciem tuam, et ego factus sum conturbatus, tunc eundem te esse agnovi, qui olim quoque voluntate tua praestiteras decori meo virtutem. Nam si quis fuit decor animae meae ante peccatum, is a tua gratia et munere dimanaverat. Haec autem post suae infirmitatis cognitionem fatetur.

3. Ceterum cum venit ad eum Nathanus propheta, quo tempore rem ipse habuerat cum Bersabea, piam illam vocem, quae in quinquagesimo psalmo est, emisit « tibi soli peccavi, et malum coram te feci. » Dum vero

κηρύξας, αὐτὸς ἀδόκιμος γένωμαι· καὶ παραινεῖ λέγων· μηδεὶς καυχάσθω ἐν ἀνθρώποις· ὁ δὲ καυχώμενος, ἐν κυρίῳ καυχάσθω· καὶ ὁ δοκῶν ἑστάναι, βλεπέτω μὴ πέσῃ· οὐ γὰρ ἑαυτὸν συνιστῶν, ἐκεῖνός ἐστι δόκιμος, ἀλλ' ὃν ὁ κύριος συνίστησι· καὶ πάλιν ἡ προφητεία, μὴ καυχᾶσθε καὶ μὴ λαλεῖτε ὑψηλὰ εἰς ὑπεροχὴν, μὴ ἐξελθέτω μεγαλορρημοσύνη ἐκ τοῦ στόματος ὑμῶν· ἀλλὰ καὶ ὁ Σολομὼν φησι, μὴ καυχῶ τὰ εἰς αὔριον, οὐ γὰρ οἶδας τί τέξεται ἡ ἐπιοῦσα· ὁ δέ γε Δαβὶδ ἐν ἀγαθῶν εὐθηνίᾳ τῶν παρὰ θεῷ γενόμενος, καὶ ἐπὶ μέγα προκόψας ἀρετῆς, ἐτόλμησε φάναι, οὐ μὴ σαλευθῶ εἰς τὸν αἰῶνα· διὸ καὶ παραχρῆμα καταλείπεται ὑπὸ τοῦ συνεργοῦντος αὐτῷ τἀγαθὰ κυρίου, καὶ συμπλέκεται αὐτῷ πνεῦμα πονηρόν· ὅθεν φησίν· ἐγὼ εἶπα ἐν τῇ εὐθηνίᾳ μου, οὐ μὴ σαλευθῶ εἰς τὸν αἰῶνα· ἀπέστρεψας δὲ τὸ πρόσωπόν σου, καὶ ἐγενήθην τεταραγμένος· διδάσκων ὅτι πρότερον εἰπὼν οὐ μὴ σαλευθῶ εἰς τὸν αἰῶνα, μετὰ ταῦτα ἀποστρέψαντος τοῦ θεοῦ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ διὰ τὴν μεγαλορρήμονα φωνὴν, ὁμολογεῖ τεταράχθαι· εἶτα ὠφεληθεὶς ἐπὶ τούτοις, τὰ πάλαι κατορθώματα αὐτοῦ οὐκέτι ἑαυτῷ ἀλλὰ τῷ θεῷ ἐπιγράφει λέγων· κύριε ἐν τῷ θελήματί σου παρέσχου τῷ κάλλει μου δύναμιν· ὅτε γὰρ ἀπέστρεψας τὸ πρόσωπόν σου καὶ ἐγενήθην τεταραγμένος, τότε ἔγνων ὅτι καὶ πάλαι τῷ σῷ θελήματι καὶ ἐκ τῆς σῆς χάριτος καὶ δωρεᾶς ὑπῆρχε περὶ τὴν ἐμὴν ψυχὴν τὸ κάλλος· διό φησιν, ὑψωθεὶς δὲ ἐταπεινώθην καὶ ἐξηπορήθην· ἀλλ' ἀγαθόν μοι, ὅτι ἐταπείνωσάς με, ὅπως ἂν μάθω τὰ δικαιώματά σου· καὶ ἔγνων κύριε ὅτι δικαιοσύνη τὰ κρίματά σου, καὶ ἐν ἀληθείᾳ ἐταπείνωσάς με.

ait tibi soli peccavi, non idcirco sic loquitur, quasi in solum Deum peccavisset: nam neque blasphemia neque periurio neque simili impietate se obstrinxerat, ut quisquam merito existimaret ab eo adversus Deum fuisse peccatum. Verum, si plane loqui licet, magnopere peccaverat in Bersabeam, maxime in Uriam, in primis vero contra suam animam. Cur ergo heic ait tibi soli peccavi? Nempe existimo eum intelligere: tibi soli notum fuit peccatum meum. Manifestius igitur addit: et malum meum coram te feci. Hominum quippe nullus mihi timor erat, nisi tuus ingruisset. Prosternens igitur humi faciem, haud ante surrecturum se ait, quam gratiam consequatur. Et comprecantur ei quicumque favent felicitati eius, orantque ut voti compos fiat. Propterea dictum est in trigesimo primo psalmo supra centesimum: « memento Domine » Davidis et omnis mansuetudinis eius. Sicut » iuravit Domino, votum vovit Deo Iacob. » Si introiero in tabernaculum domus meae, » si ascendero in lectum strati mei; si dabo » somnum oculis meis, et palpebris meis dor- » mitationem, donec inveniam locum Do- » mino, tabernaculum Deo Iacob »

4. Dum ille sic orat atque adfirmat se non ante ascensurum in lectum strati sui, neque domum suam ingressurum, insuper se non daturum palpebris suis dormitationem, donec invenerit futurum Domini locum; demonstrat ei Dominus Bethleemum. Propterea post eius precem ii qui secum orant sancti angeli Dei addunt: « ecce audivimus eam in Ephratha. » Porro Ephratha Bethleemus est, uti narrat Moyses ubi ait: « mortua est Rachel, et se- » pulta est in via quae ducit Ephratham; » ipsa est Bethleemus. » Sed et Michaeas Ephratham ait esse Bethleemum: « et tu Bethleem » domus Ephrathae nequaquam minima es in » principibus Iudae. » Deinde orat David non solum ut cognoscat Domini locum, sed etiam ubinam futurum sit tabernaculum eius. Tabernaculum vero sunt exuviae et corpus, quod sibi Dei Verbum adscivit. Et de loco quidem recte praenuntiaverunt dicentes: « ec- » ce audivimus eam in Ephratha. De taber- » naculo autem mox subiciunt: iuravit domi- » nus Davidi veritatem, et non frustrabitur » eam; de fructu ventris tui ponam super se-

οὐ τοῦτό φησιν ὅτι εἰς τὸν Θεὸν ἥμαρτεν μόνον· οὔτε γὰρ βλασφημίας, οὔτε ἐπιορκίας, οὔτε τοιαύτης τινὸς ἀσεβείας ὁ τρόπος αὐτοῦ τῆς ἁμαρτίας, ἵνα τίς ὑπολάβοι αὐτὸν εἰς Θεὸν ἡμαρτηκέναι· ἀλλ' εἰ χρὴ εἰπεῖν, τὰ μεγάλα ἥμαρτεν εἰς τὴν Βηρσαβεέ, τὰ μέγιστα δὲ καὶ εἰς τὸν Οὐρίαν, ὑπὲρ πάντας δὲ εἰς τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν· πῶς οὖν ἐνταῦθα φησί, σοὶ μόνῳ ἥμαρτεν; ἀλλ' οἶμαι τοῦτ' αὐτὸν λέγειν, ὅτι σοὶ μόνῳ ἔγνωσται τὸ ἁμάρτημά μου· ἐπιφέρει γοῦν τὸ σαφέστερον ἐν τῷ « καὶ τὸ πονηρὸν ἐνώπιόν σου ἐποίησα· » ἀνθρώπων γὰρ οὐδείς μοι φόβος ἦν, εἰ μὴ ὁ σὸς ἐπέκειτο φόβος· ῥίψας γοῦν ἑαυτὸν ἐπὶ πρόσωπον, οὐ πρότερον ἀναστήσεσθαί φησιν, ἢ τυχεῖν τῆς ἀξιώσεως. Καὶ συνεύχονταί γε αὐτῷ πάντες οἱ ἀγαθῶν συνεργοί, παρακαλοῦντες εἰσακουσθῆναι αὐτόν· διὸ εἴρηται ἐν ἑκατοστῷ τριακοστῷ πρώτῳ ψαλμῷ· « μνήσθητι κύριε τοῦ Δα- » βὶδ καὶ πάσης τῆς πραότητος αὐτοῦ· ὡς » ὤμοσε τῷ κυρίῳ, ηὔξατο τῷ Θεῷ Ἰακώβ· » εἰ εἰσελεύσομαι εἰς σκήνωμα οἴκου μου, εἰ » ἀναβήσομαι ἐπὶ κλίνης στρωμνῆς μου, εἰ » δώσω ὕπνον τοῖς ὀφθαλμοῖς μου καὶ τοῖς » βλεφάροις μου νυσταγμόν, ἕως οὗ εὕρω τό- » πον τῷ κυρίῳ, σκήνωμα τῷ Θεῷ Ἰακώβ. »

δ'. Οὕτως δὲ αὐτῷ εὐξαμένῳ καὶ διαβεβαιωσαμένῳ, ὅτι μὴ πρότερον ἀναβήσεται ἐπὶ κλίνης στρωμνῆς αὐτοῦ, ὅτι τε οὐκ εἰσελεύσεται εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, καὶ ἔτι οὐ δώσει τοῖς βλεφάροις αὐτοῦ νυσταγμόν, ἕως οὗ εὕρῃ τὸν μέλλοντα τοῦ κυρίου τόπον, δείκνυσιν ὁ κύριος αὐτῷ τὴν Βηθλεέμ· διὸ μετὰ τὴν εὐχὴν συνευξάμενοι αὐτῷ ἱεροὶ ἄγγελοι θεοῦ ἐπιλέγουσιν ἑξῆς· « ἰδοὺ ἠκού- » σαμεν αὐτὴν ἐν Ἐφραθᾶ· » Ἐφραθὰ δέ ἐστιν ἡ Βηθλεὲμ ὡς ἱστορεῖ Μωϋσῆς λέγων·* « ἀπέθανε » δὲ Ῥαχὴλ, καὶ ἐτάφη ἐν ὁδῷ Ἐφραθᾶ· αὕτη » ἐστὶ Βηθλεέμ· » Ἀλλὰ καὶ Μιχαίας φησὶ τὴν Ἐφραθὰ εἶναι Βηθλεὲμ λέγων·* « καὶ σὺ Βηθ- » λεὲμ οἶκος τοῦ Ἐφραθᾶ, οὐδαμῶς εἶ ἐλαχίστη » ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα. » Εἶτα ἐπεύξατο ὁ Δαβὶδ οὐ μόνον τὸν τόπον γνῶναι τοῦ κυρίου, ἀλλὰ καὶ τὸ σκήνωμα αὐτοῦ ὁπόθεν ἔσται· σκήνωμα δὲ τὸ σκῆνος καὶ τὸ σῶμα ὃ ἀνείληφεν ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος τυγχάνει· εἰκότως περὶ μὲν τοῦ τόπου προαπήγγειλαν φήσαντες·* « ἰδοὺ ἠκούσαμεν » αὐτὴν ἐν Ἐφραθᾶ. » Περὶ δὲ τοῦ σκηνώματος ἑξῆς ἐπιλέγουσιν αὐτῷ « ὤμοσε κύριος τῷ Δαβὶδ » ἀλήθειαν, καὶ οὐ μὴ ἀθετήσῃ αὐτήν· ἐκ καρ- » ποῦ τῆς κοιλίας σου θήσομαι ἐπὶ τὸν θρόνον

* Gen. XXXV. 19.

* Matth. V. 10.

* Ps. CXXXI. 6.

» σου. » δι' ὧν διδάσκεται ὁ Δαβὶδ ὅτι τὸ μέλλον ἔσεσθαι τοῦ κυρίου σκήνωμα, ὁ καρπὸς ἦν ὁ ἐκ κοιλίας αὐτοῦ γενησόμενος.

VIIII. Διὰ τί τῆς Ῥοὺθ ἐμνημόνευσεν ὁ εὐαγγελιστής.

α'. Καὶ πῶς οὐκ ἔμελλεν ὁ θεῖος ἀπόστολος, τὴν τῶν ἀλλοφύλων ἐθνῶν κλῆσιν τῷ πνεύματι προθεωρῶν διὰ τοῦ οἰκείου εὐαγγελίου γενησομένην, τῆς ἀλλοφύλου μνημονεύειν; ἀλλόφυλος γὰρ ἡ Ῥοὺθ καὶ ἐξ ἀλλοφύλων τῶν ἀπηγορευμένων παρὰ Μωϋσεῖ Μωαβιτῶν· Μωαβῖται γάρ φησι * καὶ Ἀμμανῖται οὐκ εἰσελεύσονται εἰς ἐκκλησίαν κυρίου ἕως τρίτης καὶ τετάρτης γενεᾶς, καὶ ἕως εἰς τὸν αἰῶνα· πλὴν ἀλλὰ καὶ κρείττων τοῦ νόμου γενομένη θεοφιλὴς, εἰσῆλθεν εἰς ἐκκλησίαν κυρίου· ἐπείπερ ὁ νόμος τοῖς ἐν τῷ νόμῳ λαλεῖ· » δικαίῳ δὲ νόμος οὐ κεῖται, ἀλλ' ἀνόμοις καὶ » ἀνυποτάκτοις, ἀσεβέσι καὶ ἁμαρτωλοῖς·* » ἡ δὲ Ῥοὺθ οὐ τοιαύτη, εἰ καὶ τὸ γένος ἀλλόφυλος ἦν, ὑπερβᾶσα δὲ τὸν διορισμὸν τοῦ νόμου, καὶ εἰσελήλυθεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν κυρίου, καὶ τοῦ γένους ἐχρημάτισε τοῦ ἰσραηλιτικοῦ, καὶ ἐν προγόνοις ἀναληφθῆναι τοῦ σωτῆρος ἡμῶν κατηξιώθη, διὰ τὴν τῶν τρόπων, ἀλλ' οὐ διὰ τὴν τοῦ σώματος, εὐγένειαν· πᾶσί τε ἡμῖν τοῖς ἐξ ἐθνῶν ἀλλοφύλοις μέγιστον ὑπόδειγμα κατέστη, ὅτι δὴ ὅμοια πράξαντες αὐτῇ, τῶν ἴσων παρὰ τῷ θεῷ τευξόμεθα.

* Deut. XXIII. 3. Esdr. XIII. 1.

* I. Tim. I. 9.

β'. Εἰκότως οὖν τὴν τῶν ἀλλοφύλων κλῆσιν τὲ καὶ εἰσποίησιν μέλλων εὐαγγελίζεσθαι, τῇ γενεαλογίᾳ αὐτὴν τέθεικεν· ἡμᾶς τοὺς ἐξ ἐθνῶν ἀλλοφύλους μονονουχὶ παιδεύων δι' αὐτῆς, ὅτι δὴ τὰ πάτρια καταλιπόντες, εἰκότως καὶ τὰ ἀκόλουθα εἰς ἡμᾶς πληρωθήσεται· οὐκέτι γὰρ ἐν ἀλλοφύλοις καταλεγησόμεθα, οὐδ' ἐξ ἀλλοφύλων χρηματίσομεν, ἀλλ' ἐκ τοῦ ἀληθινοῦ Ἰσραὴλ καὶ τοῦ λαοῦ τοῦ κλήρου τοῦ θεοῦ· ἀναγκαίως δὲ αὖ πάλιν ἐμνήσθη τῆς Ῥοὺθ, τὰ αἴτια διὰ τῆς κατ' αὐτὴν ἱστορίας διδόξας τίνα ἦν τὰ λύσαντα τὴν ἀπαγόρευσιν τοῦ νόμου τὴν φήσασαν, Μωαβῖται οὐκ εἰσελεύσονται εἰς ἐκκλησίαν κυρίου· γέγονε γὰρ ἡ μωαβῖτις ὡς Ῥαχὴλ καὶ ὡς Λεία, αἳ ᾠκοδόμησαν ἀμφότεραι τὸν οἶκον Ἰσραήλ· πῶς δὲ οὐχὶ χρήσιμος ἦν τῇ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ γενεαλογίᾳ ἡ μνήμη τῆς Ῥοὺθ, ἐφ' ἣν εἴρηται καὶ τὸ ποιῆσαι δύναμιν ἐν Ἐφραθᾷ, ἔσται ὄνομα ἐν Βηθλεέμ; προφητείας γὰρ ἄντικρυς ταύτας εἰκότως

» dem tuam. » Quibus verbis admonetur David, fore ut destinatum Domino tabernaculum fructus sit ex eius stirpe gignendus.

VIIII. Cur Ruthae meminerit evangelista.

1. Quid ni divus apostolus, qui alienigenarum gentium vocationem spiritu praevidebat per evangelium suum futuram, quid ni, inquam, alienigenae feminae meminisset? Alienigena sane erat Rutha, et quidem ex iis alienigenis quorum commercio Moyses interdixerat, nempe Moabitis « Moabitae, inquit, et » Ammonitae non intrabunt in Dei ecclesiam » usque ad tertiam et quartam generationem, » immo in aeternum. » Sed tamen haec ob religionem suam facta legi superior ingressa est in ecclesiam Dei: quoniam lex eos qui sub lege sunt alloquitur: « iusto autem non est constituta » lex, sed iniustis et refractariis et impiis et pec» catoribus. » Rutha vero non erat eiusmodi, etiamsi gente alienigena: sed supergressa legis fines in ecclesiam Dei introivit, et de genere habita est israhelitico, atque inter progenitores Servatoris nostri dignanter adsumpta propter morum, non corporis, nobilitatem: nobisque omnibus genere ethnico natis maximum obiectum est exemplum, fore ut si paria huic feminae faciamus, parem gratiam a Deo referamus.

2. Recte igitur qui alienigenarum vocationem atque adoptionem nunciaturus erat, hanc in genealogia mulierem posuit; nos ex alienigenis ortos quodammodo per eam erudiens fore ut, si patrios mores deseramus, iure optimo consentanea meritis bona consequamur: neque enim diutius alienigenis adnumerabimur, neque his oriundi appellabimur, sed ex vero Israhele ac populo qui est hereditas Domini. Rursus necessario Ruthae meminit evangelista, dum in historia sua causas tradit, quae legis tollebant interdictum eiusmodi: « Moabitae » non intrabunt in ecclesiam Dei. » Femina enim moabitis ad conditionem transiit Rachelis et Liae, quarum utraque aedificavit domum Israhelis. Cur autem non decuisset genealogiam servatoris nostri Iesu Christi mentio Ruthae? de qua et illud dictum fuit « facere virtutem in Ephratha, erit nomen in » Bethleem. » Prophetias enim esse has per-

spicuas quispiam dicet; videlicet e Bethleemo nomen Christi Iesu, cuius genealogiam texit Matthaeus, per universas gentes diffusum cernens, virtutemque in Ephratha patratam: ob quam virtutem omnes gentes Christum Dei a Ruthae genere deductum agnoscentes, eiusdem causa a patriis ritibus aeque ac Rutha recesserunt, seque Deo Israhelis, item ut illa, tradiderunt. Quas ob res haud temere mihi videtur ad Christi genealogiam mentio Ruthae adiecta.

X. Cur Ioacimum nomine Iechoniae appellaverit evangelista.

1. Binominis hic erat. Sed quoniam apud Hieremiam prophetam is, qui Iechonias appellatur, maledicto appetitur his verbis: « Ludibrio habitus est Iechonias tamquam vas » cuius non est usus. Quamobrem abiectus est » ipse et genus eius: terra terra, audi sermonem Domini, pone hunc virum proscriptum, quia non constituetur de genere eius » super thronum Davidis, qui diutius in Iuda » imperet; » et quoniam horum causa praedicto regi contigit ut babylonicam cum populo captivitatem subiret, merito inclytus evangelista, Redemptoris omnium Servatorisque scribens generationem, huius quoque meminit contempti et proiecti cum sua stirpe in babylonicam terram, ideoque proscripti et captivi: hinc videlicet docens, qui ad praedicandam captivis libertatem missus fuerat a patre, hunc esse Iesum Christum, de quo librum scribit, et ad quem spectat quod apud prophetam recitatur oraculum: «Spiritus Domini super me, » eo quod unxit me: ad annunciandum pauperibus misit me, praedicandamque captivis libertatem. » De quo alio item loco ait propheta: « ipse aedificabit urbem meam, atque a captivitate populum meum revocabit. »

2. Tempestive igitur Iechoniae et huius animae, atque iis qui similem illi passi fuerant ignominiam et animarum captivitatem, Redemptoris adventum nunciat Matthaeus, qui filii Dei genealogiam, itemque aliorum sontium peccatorumque hominum, scribit. Unus enim idemque sermo est, qui Davidis crimen circa Uriae uxorem, et Iudae fornicationem, et alienigenam seu moabitidem

ἄν τις φαίη τυγχάνειν, τὸ ἐκ Βηθλεὲμ ὄνομα τὸ παρὰ τῷ Ματθαίῳ γενεαλογουμένῳ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐξακουστὸν εἰς πᾶν γένος ἀνθρώπων θεωρῶν, καὶ τὴν ἐν Ἐφραθᾷ γενομένην δύναμιν· δι' ἧς δυνάμεως πάντα τὰ ἔθνη τὸν ἐκ τῆς Ῥοὺθ γενεαλογούμενον Χριστὸν τοῦ θεοῦ ἐπιγνόντα, δι' αὐτοῦ τῆς μὲν πατρῴας ἀπέστη, τῆς Ῥοὺθ παραπλησίως, τῷ δὲ θεῷ τοῦ Ἰσραὴλ ἑαυτὰ ἐπιδέδωκεν, ὁμοίως αὐτῇ πάλιν· ὧν ἕνεκά μοι δοκεῖ οὐκ ἀσυλλόγιστος ἡ παράθεσις τῆς Ῥοὺθ ἐν τῇ τοῦ Ματθαίου περιειλῆφθαι γενεαλογίᾳ.

X. Διὰ τί τὸν Ἰωακεὶμ Ἰεχονίαν ὀνομάζει ὁ εὐαγγελιστής.

α'. Διώνυμος οὗτος ἦν· ἀλλ' ἐπεὶ κατὰ τὸν προφήτην Ἱερεμίαν Ἰεχονίας ὀνομασθεὶς διακέκληται, δι' ὧν φησιν, * « ἠτιμώθη Ἰεχονίας ὡς » σκεῦος οὗ οὐκ ἔστιν αὐτοῦ χρεία· διότι ἀπερ» ρίφη αὐτὸς καὶ τὸ σπέρμα αὐτοῦ· γῆ γῆ, ἄκουε » λόγον κυρίου· γράψον τὸν ἄνδρα τοῦτον ἐκκή» ρυκτον, ὅτι οὐ μὴ ἀναστῇ ἐκ τοῦ σπέρματος » αὐτοῦ καθήμενος ἐπὶ θρόνου Δαβίδ, ἄρχων » ἔτι ἐν τῷ Ἰούδα· » καὶ ἐπειδὴ τούτων ἕνεκα συνέβη τὴν εἰς Βαβυλῶνα αἰχμαλωσίαν ἅμα τῷ λαῷ ὑποστῆναι τὸν εἰρημένον, εἰκότως ὁ θαυμάσιος εὐαγγελιστὴς τοῦ λυτρωτοῦ καὶ σωτῆρος ἁπάντων ὑπογράφων τὴν γένεσιν, καὶ τοῦδε ἐμνήσθη τοῦ ἠτιμωμένου τοῦ ἀπορριφέντος ἅμα τῷ σπέρματι εἰς τὴν Βαβυλωνίων γῆν, τοῦ ἐκκηρύκτου γενομένου, τοῦ αἰχμαλώτου· διδάσκων ὅτι κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν ἀπεσταλμένος ὑπὸ τοῦ πατρὸς, οὗτος ἦν Ἰησοῦς Χριστὸς, οὗ τὴν βίβλον ἀναγράφει, εἰς ὃν ἀναφέρεται τὸ φάσκον ἐν τῷ προφήτῃ λόγιον *· « πνεῦμα κυρίου » ἐπ' ἐμὲ, οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με, εὐαγγελίσασθαι » πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με, κηρύξαι αἰχμαλώ» τοις ἄφεσιν· » περὶ οὗ καὶ ἐν ἑτέρῳ φησὶν ὁ αὐτὸς προφήτης *· « οὗτος οἰκοδομήσει τὴν πό» λιν μου, καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν τοῦ λαοῦ μου » ἐπιστρέψει. »

* Hier. XXII. 28

* Is. LXI. 1.
* Luc. IV. 18.

* Is. XLV. 13.

β'. Κατὰ καιρὸν τοιγαροῦν αὐτῷ τε Ἰεχονίᾳ καὶ τῇ τούτου ψυχῇ, τοῖς τε τὴν ἴσην αὐτῷ πεπονθόσιν ἀτιμίαν τε καὶ ψυχῶν αἰχμαλωσίαν, τὴν τοῦ λυτρωτοῦ παρουσίαν εὐαγγελίζεται Ματθαῖος ὁ τὴν γένεσιν τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ, καὶ δὴ τῶν ἄλλων ὑπαιτίων καὶ ἁμαρτωλῶν ἀνδρῶν καταγαγών· εἷς γάρ ἦν καὶ ὁ αὐτὸς λόγος, δι' ὃν καὶ τῆς τοῦ Δαβὶδ περὶ τὴν τοῦ Οὐρίου γυναῖκα παρανομίας, τῆς τε τοῦ Ἰούδα πορνείας,

τῆς τε ἀλλοφύλου καὶ μωαβίτιδος Ῥοὺθ ἐμνήσθη· ὁ αὐτὸς δὲ τυγχάνει καθ' ὃν καὶ τελώναις καὶ ἁμαρτωλοῖς συμβιοῦντα, καὶ αἴσχιστά γε ὑπὸ ἀνθρώπων ὑπομένοντα, καὶ τέλος ἅμα τοῖς κακούργοις σταυρούμενον αὐτὸν εἰσάγει· ἦν δ' οὗτος ὁ λόγος καθ' ὃν εἴρηται * « ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ » θεοῦ ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου· » ἐχρῆν γὰρ τὸν μέλλοντα καθάρσιον γίνεσθαι τῶν πάλαι πώποτε πεπλημμεληκότων καὶ τῶν γε μετὰ ταῦτα γενησομένων, ἀντίψυχόν τε τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν, διὰ πάντων τῶν εἰρημένων διελθεῖν καὶ τὰς κατὰ τῶν ἁμαρτωλῶν καὶ ἀσεβῶν τιμωρίας αὐτὸν ἀναμάρτητον ὄντα ὑπομεῖναι, ὡς ἂν πληρωθείη εἰς αὐτὸν τὰ θεσπίσματα, τά τε ἄλλα· καὶ δι' ὃν φησιν ὁ θαυμάσιος Ἡσαΐας *· « οὗτος » τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν αἴρει, καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυ- » νᾶται· αὐτὸς ἐτραυματίσθη διὰ τὰς ἁμαρτίας » ἡμῶν, καὶ μεμαλάκισται διὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν· » τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἰάθημεν. »

* Ioh. I. 29.

* Is. LIII. 4.

γ'. Εἰ δὲ λέγει ὁ προφήτης περὶ τοῦ Ἰεχονίου τῇ γῇ * « γράψον τὸν ἄνδρα τοῦτον ἐκκήρυκτον, » ὅτι οὐ μὴ ἀναστῇ ἐκ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ κα- » θήμενος ἐπὶ θρόνου Δαβὶδ, ἄρχων ἔτι ἐν τῷ » Ἰούδα » οὐ πάντως ἀναιρεῖ τὸ στήσεσθαι αὐτοῦ σπέρμα, ἀλλὰ τοῦ βασιλεῦσαι τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους ἐκ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ· ὃ καὶ γέγονεν ἀληθές· λέγει γοῦν ἠτιμώθη Ἰεχονίας ὡς σκεῦος οὗ οὐκ ἔστιν αὐτοῦ χρεία, διότι ἀπερρίφη αὐτὸς καὶ τὸ σπέρμα αὐτοῦ εἰς γῆν ἣν οὐκ ᾔδει· ἄντικρυς τὴν Βαβυλῶνος γῆν θεσπίζων· πλὴν ἀλλ' ὁ ἐλθὼν κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τὰς τῶν ἁμαρτιῶν σειρὰς, τῶν τε πάλαι ὑπὸ τὸν θάνατον πεπεδημένων ψυχῶν τοὺς τε δεσμοὺς λῦσαι ἀπεσταλμένος, ἐπὶ τὴν πάντων τούτων ἐλήλυθε σωτηρίαν· διό φησιν ὁ Δαβὶδ περὶ αὐτοῦ θεσπίζων *· « ἀπέστειλε τὸν λόγον αὐτοῦ, καὶ » ἰάσατο αὐτοὺς ἐκ τῶν διαφθορῶν αὐτῶν· ἐξο- » μολογείσθω τῷ κυρίῳ τὰ ἐλέη αὐτοῦ καὶ θαυ- » μάσια αὐτοῦ τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων· ὅτι συν- » έτριψε πύλας χαλκᾶς, καὶ μοχλοὺς σιδηροῦς » συνέκλασε· καὶ ἀντελάβετο αὐτῶν ἐξ ὁδοῦ » ἀνομίας αὐτῶν· ἐταπεινώθησαν, καὶ ἐξήγαγεν » αὐτοὺς ἐκ σκότους καὶ σκιᾶς θανάτου, καὶ » τοὺς δεσμοὺς αὐτῶν διέῤῥηξε· » ταῦτα γὰρ περὶ τῆς ἐκ τοῦ θανάτου διὰ Χριστοῦ γενομένης ἀπολυτρώσεως λέγεται, ὡς συνᾴδει καὶ τὸ φάσκον λόγιον *· « κατέπιεν ὁ θάνατος ἰσχύσας. » Καὶ πάλιν· ἀφεῖλεν ὁ θεὸς πᾶν δάκρυον ἀπὸ » παντὸς προσώπου. » Τηρητέον δὲ ὅτι μὴ διαπίπτει ὁ χρησμὸς ὁ φήσας, « οὐ μὴ ἀναστῇ ἐκ

* Hier. XXII. 30.

* Ps. CVI. 20.

* Is. XXV. 8.

Rutham, memorat. Idem sermo Iesum cum publicanis peccatoribusque viventem, et turpissima ab hominibus perpessum, et denique cum maleficis crucifixum exhibet. Erat vero is sermo quo dictum est: « ecce agnus Dei, » qui tollit peccatum mundi. » Oportebat enim eum, qui futurus erat expiator veterum quorumvis criminum ac futurorum, quique animam positurus erat pro hominum animabus; hunc, inquam, oportebat ea mala omnia perpeti, et peccatorum impiorumque poenas ipsum innocuum sustinere, donec oracula de eo dicta, et reliqua exitum haberent. De eodem quoque mirificus ait Isaias: « hic nostra peccata per- » fert, et pro nobis patitur: ipse vulneratus » est propter iniquitates nostras, infirmatus » est propter scelera nostra, livore eius sa- » nati nos omnes fuimus. »

3. Quod si propheta de Iechonia ait terrae: » pone hunc virum proscriptum, quia » non surget de genere eius qui sedeat su- » per thronum Davidis, regnetque in Iuda: » haud prorsus negat superfuturum huius genus, sed neminem regnaturum adfirmat de stirpe eius in gente iudaica: quod revera ita se habuit. Itaque dicit: « ludibrio habitus est » Iechonias, ceu vas cuius nullus est usus. » Quamobrem proiectus est ipse et genus eius » in incognitam sibi regionem: » quibus verbis perspicue babylonicam terram designat. Iamvero qui ad libertatem captivis nunciandam, et peccatorum catenas atque animarum olim morte devinctarum solvenda vincula missus fuit, is sane ad horum omnium salutem patrandam venit. Quare de ipso vaticinatur David: « misit verbum suum et sanavit eos » ab interitionibus suis. Confitemini Domino » misericordiae eius et mirabilia eius filiis ho- » minum. Quia contrivit portas aereas, et ve- » ctes ferreos confregit. Et suscepit eos de » via iniquitatis eorum. Humiliati sunt: sed » eduxit eos de tenebris et umbra mortis, » et vincula eorum disrupit » Haec nimirum de redemptione a morte per Christum dicuntur; cui rei consonat aliud oraculum: « de- » voravit mors praevalens. » Rursusque: « ab- » stulit Deus omnem lacrymam ab omni fa- » cie. » Porro animadvertendum est, non excidere vaticinium quod ait: « non surget

de genere Iechoniae qui sedeat super thronum Davidis, qui ulterius in Iuda imperet: » quia nemo reapse de tribu Iudae post Iechoniam davidici regni fuit successor. Etenim post babylonicam captivitatem subdita fuit pontificibus universa gens usque ad servatoris nostri Iesu Christi adventum: quo in terris versante, tetrarchae erant Herodes atque Philippus, praeses Pilatus, dominusque omnium Caesar imperator

σπέρματος Ἰεχονίου καθήμενος ἐπὶ θρόνου Δαβὶδ, ἄρχων ἔτι ἐν τῷ Ἰούδᾳ· » ἐπεὶ μηδεὶς ἐκ τῆς τοῦ Ἰούδα φυλῆς μετὰ Ἰεχονίαν τῆς τοῦ Δαβὶδ βασιλείας κατέστη διάδοχος· μετὰ γοῦν τὴν ἀπὸ Βαβυλῶνος αἰχμαλωσίαν, ὑπὸ τοῖς ἀρχιερεῦσι διετέλεσε τὸ πᾶν ἔθνος ἀρχόμενον μέχρι τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ παρουσίας· ἦσαν γοῦν κατ' αὐτὸν τετράρχαι οἱ περὶ τὸν Ἡρώδην καὶ Φίλιππον, ἡγεμών τε Πιλάτος, καὶ ἐπὶ πᾶσι βασιλεύς.

XI. Cur evangelista utatur distinctionibus in genealogia, haud simul contexens generationes ab Abrahamo ad Christum quadraginta duas, sed dividens successiones per ea quae scribit segmenta.

XI. Διὰ τί ταῖς ἐν τῇ γενεαλογίᾳ κέχρηται ὑποδιαστολαῖς, μὴ ὁμοῦ συνάψας ἀπὸ Ἀβραὰμ ἕως τὸν Χριστὸν γενεὰς τεσσαράκοντα δύο, διελὼν δὲ τὰς διαδοχὰς καθ' οὓς ἐξέθετο ἀφορισμούς.

Hoc facit propter diversas populi constitutiones, quae ex historia exploratae sunt. Alia quippe fuit constitutio ab Abrahamo ad Davidem; rursusque alia a Davide usque ad captivitatem; quam subsequitur tertia usque ad Christum. Namque ab Abrahamo ad Davidem constat Hebraeis non fuisse reges, sed genti post Moysem et Iosuam imperavisse eos, quos iudices appellabant: et erat quidam peculiaris mos horum successionis. Sed neque fortasse Hierosolyma adhuc erant aedificata, neque certe ibidem templum. Quare sapienter evangelista sine historiae perturbatione in Davide substitit, dum Abrahami posteros separatim enumeraret. Deinde rursus, quoniam a Davide usque ad captivitatem Hebraei propriis usi sunt regibus, partim Davidis successoribus, partim iis qui populi segregatae parti imperitaverunt; quo tractu temporis Hierosolymis templum a conditu suo usque ad captivitatem perseveravit; merito evangelista hos quoque separans sub peculiari classe conclusit. Iamvero quia post captivitatem usque ad Christum nullum iam erat Davidis regnum, sed a Iudae tribu in genus sacerdotale principatus deciderat, quae dominatio a Cyri temporibus ad Christi nativitatem mansit; idcirco et hos successores separata in classe recensuit. Atque hae causae fuerunt, propter quas haud temere evangelista tres fecit distinctiones.

Διὰ τὰς διαφόρους καταστάσεις τοῦ λαοῦ τὰς ἐκ τῆς ἱστορίας παρισταμένας· ἄλλη μὲν γὰρ ἦν ἡ ἀπὸ Ἀβραὰμ καὶ ἐπὶ Δαβὶδ, καὶ πάλιν ἑτέρα ἡ ἀπὸ Δαβὶδ, ἥτε μέχρι τῆς αἰχμαλωσίας, ὡς πάλιν ἡ ἀπὸ ταύτης μέχρι τοῦ Χριστοῦ· ἀπὸ μὲν γὰρ Ἀβραὰμ ἐπὶ τὸν Δαβὶδ οὐ φαίνονται ὑπὸ βασιλέας πολιτευσάμενοι· ἦρξαν δὲ τοῦ ἔθνους μετὰ Μωϋσέα καὶ Ἰησοῦν οἱ ἐπικληθέντες παρ' αὐτοῖς κριταί· καὶ ἦν τις ἴδιος τρόπος τῆς τούτων καταβάσεως· ἀλλ' οὐδὲ τὰ Ἱεροσόλυμα πως συνειστήκει, οὐδέ γε ὁ ἐν αὐτοῖς νεώς· διόπερ ἐπιστημόνως ὁ εὐαγγελιστὴς μὴ συγχέων τὴν ἱστορίαν, μέχρι Δαβὶδ ἔστη, τοὺς ἀπὸ Ἀβραὰμ ἰδίως καταριθμήσας· εἶτ' οὖν πάλιν ἐπειδήπερ ἀπὸ Δαβὶδ καὶ μέχρι τῆς αἰχμαλωσίας οἰκείοις κέχρηνται βασιλεῦσι τοῖς τε ἀπὸ Δαβὶδ ἄρξασι καὶ τοῖς ἐν τῇ διαστάσει τοῦ λαοῦ γενομένοις· τό τε ἐν τῇ Ἱερουσαλὴμ ἱερὸν ἐξ ἐκείνου καὶ μέχρι τῆς αἰχμαλωσίας διήρκεσεν, εἰκότως καὶ τούτους πάλιν ἰδίως ἀφορίσας, ὑφ' ἕνα συνήγαγεν ἀριθμόν· ὥσπερ οὖν καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας μέχρι τοῦ Χριστοῦ, παρ' οἷς οὐκέτι μὲν ἡ τοῦ Δαβὶδ συνέστη βασιλεία, μεταπεπτώκει δὲ τὰ τῆς ἡγεμονίας ἀπὸ τῆς τοῦ Ἰούδα φυλῆς ἐπὶ τὸ τῶν ἱερέων γένος, οἳ δὴ καὶ ἦρξαν αὐτῶν ἀπὸ τῶν Κύρου χρόνων καὶ ἐπὶ τὴν τοῦ Χριστοῦ γένεσιν· ὅθεν καὶ τούτους ἰδίως ἀφορίσας, καθ' ἑαυτοὺς ἠρίθμησεν· οὐκ ἀσυλλογίστως ἄρα τὰς τρεῖς πεποίηται διαστολὰς διὰ τὰς ἀποδοθείσας αἰτίας.

XII. Διὰ τί ἀπὸ τῶν Δαβὶδ χρόνων ἐπὶ Ἰεχονίαν καὶ τὴν εἰς Βαβυλῶνα αἰχμαλωσίαν ἑπτὰ καὶ δέκα βασιλευσάντων, δεκατέσσαρας εἶναι φησὶ γενεὰς ὁ εὐαγγελιστής.

α΄. Εἰ μὲν διαδοχὰς ἀναγράφειν αὐτῷ προὔκειτο, καὶ εὐλόγως τίς ἐμέμψατο ὡς παρεκθεμένῳ τὴν τῶν βασιλέων διαδοχήν· ἐν γὰρ ταῖς βασιλείαις καὶ ἐν τοῖς παραλειπομένοις * συμφώνως μετὰ Ἰωρὰμ τὸν τοῦ Ἰωσαφὰτ, τριῶν ἐφεξῆς βασιλευσάντων Ὀχοζία καὶ Ἰωὰς καὶ Ἀμεσία, εἶτα μετ' αὐτοὺς Ὀζία καὶ Ἰωάθαμ καὶ Ἄχαζ, παρελθὼν τοὺς προτέρους τοὺς τρεῖς ὁ εὐαγγελιστὴς, μετὰ Ἰωρὰμ τὸν τοῦ Ἰωσαφὰτ ἑξῆς συνάπτει τὸν Ὀζίαν καὶ τὸν Ἰωάθαμ καὶ τὸν Ἄχαζ, τοὺς εἰρημένους μεταξὺ παρελθών· τοῦτο δ' εἰ πεποιήκει σκοπὸν θέμενος τὴν τῶν βασιλέων διαδοχὴν ἐκθέσθαι, χρῆν ὡς ἡμαρτημένην ἐκθέσθαι τὴν παρ' αὐτῷ γραφήν· ἐπειδὴ δὲ οὐ διαδοχὰς ἀλλὰ γενεὰς ἀριθμῆσαι προὔθετο, τοῦτο γὰρ ὁ λόγος αὐτῷ βούλεται φήσαντι « πᾶσαι οὖν αἱ γενεαὶ ἀπὸ Ἀβραὰμ μέχρι Δαβὶδ, γενεαὶ δεκατέσσαρες· καὶ πάλιν ἀπὸ Δαβὶδ μέχρι Ἰεχονίου καὶ τῆς μετοικησίας Βαβυλῶνος, γενεαὶ δεκατέσσαρες » ἀλλ' οὐ διαδοχαὶ δεκατέσσαρες, εἰκότως πάσης ἀπολύοιτ' ἂν κατηγορίας· ἐπεὶ διὰ τί μὴ διαδοχὰς ὠνόμασε, τῆς δὲ ἐν ταῖς βασιλείαις καὶ παραλειπομένοις ἱστορίας διαδοχὰς ἀλλ' οὐ γενεὰς ἱστορούσης, οὐκ ἂν γένοιτο ἐναντίωμα ἐκ τῆς ἀμφοτέρων παραθέσεως.

β΄. Γενεὰν γὰρ χρόνον ἀνθρώπου ζωῆς οὐχ οἷόν τέ ἐστιν ὀνομάζειν, ἐπεὶ συμβαίνει πολλάκις τοὺς μὲν ἐπὶ βραχὺ βιῶναι, καὶ θᾶττον ἀποσβεσθῆναι κατὰ τὴν τοῦ παιδὸς ἡλικίαν, τοὺς δὲ μέχρι τοῦ μειρακίου φθάσαι, τοὺς δὲ ἐπὶ τὸν νεανίαν προελθεῖν, τοὺς δὲ ἐπὶ τὸν ἄνδρα, τοὺς δὲ καὶ ἐπ' ἔσχατον γῆρας παρατεῖναι τὴν ζωήν· ποίαν οὖν τις ἀριθμήσει γενεάν; εἰ ὁ μὲν φέρει μέχρι δεκάτου ἔτους, ὁ δὲ μέχρις εἰκοστοῦ, ὁ δὲ μέχρις πεντηκοστοῦ, ἄλλος δὲ μέχρις ἑβδομηκοστοῦ, ὁ δὲ καὶ τὰ ἑκατὸν ὑπερβὰς οὐ μόνον ἐπὶ τῶν παλαιῶν ἀλλὰ καὶ καθ' ἡμᾶς ὁρᾶται· πῶς οὖν οἴονται τὴν ἀνθρώπου ζωὴν γενεὰν ὀνομάζειν; ἀλλ' οὐδὲ μέχρι τῆς παιδοποιΐας· οἱ μὲν γὰρ πρὸ τῶν εἴκοσι ἐτῶν γήμαντες πεπαιδοποίηνται, οἱ δὲ οὐδὲ ὑπὲρ τὰ τριάκο[illegible]νόμενοι· καὶ τῶν ἡλικιῶν δὲ ἴδοι [illegible] ἐπὶ πρώτους υἱοὺς

XII. Cur quum a Davidis temporibus usque ad Iechoniam seu ad babylonicam captivitatem septemdecim reges fuerint, generationes quatuordecim dicat evangelista.

1. Si successiones scribere propositum Matthaeo fuisset, speciose hunc aliquis reprehenderet, ceu qui regum seriem abrupisset. Constanti enim adfirmatione in regum libris et in paralipomenis post Ioramum Iosaphati filium tres continenter regnant, Ochozias, Ioasus, et Amesias: quibus succedunt Ozias, Ioathamus et Achazus. Nihilominus, praetermissis evangelista tribus prioribus, Ioramo Iosaphati filio statim subnectit Oziam, Iothamum, atque Achazum, intermedios illos praeteriens. Id si, inquam, fecisset cum regum seriem texere decrevisset, scriptura eius mendosa quodammodo videretur. Nunc revera haud successiones sed generationes enumerare sibi proposuit: hoc enim significat sermo dicentis: « omnes itaque generationes ab Abrahamo usque ad Davidem, generationes quatuordecim: rursusque a Davide usque ad Iechoniam seu ad babylonicam transmigrationem, generationes quatuordecim » non successiones quatuordecim; merito igitur omni reprehensione carebit. Iam quia Matthaeus successionumnom ine non est usus; regum autem historia et paralipomena successiones narrant non generationes, nulla in horum comparatione pugna apparet.

2. Age vero generationis nomine appellare non licet hominis aetatem, quoniam saepe accidit aliis quidem breviter vivere celeriterque extingui aetate infantili; aliis usque ad pueritiam venire; aliis ad iuventam; aliis ad virilem aetatem: aliis denique ad extremam usque senectam vitam producere. Quam vero aestimare licet generationem? siquidem alius vivit usque ad decimum annum, alius ad vicesimum, alius ad quinquagesimum, alius usque ad septuagesimum; alius denique vel centesimum superavisse annum non apud veteres solum, verum etiam apud nos conspicitur. Cur igitur existimant hominis vitam appellandam esse generationem? Sed neque tempus usque ad prolem primo susceptam sic appellare licet: namque alii ante aetatis annum vigesimum nubentes gignunt: alii ne post trigesimum quidem aeta-

* Cod. fem. genere. Sic ante, et infra.

tis annum: et coaetaneos quoque videas, alios quidem in prima genitura adhuc consistentes, alios iam in quartam progressos; ita ut quinquagesimo anno alii nepotes videant: alii vero ne septuaginta quidem annorum spatio prolem ullam nanciscantur. Quo pacto igitur numerandae essent generationes, a macrobiis an ab oligochroniis? a mature, an a sero gignentibus? ab iis qui in prima genitura versantur, an ab iis quibus iam plures liberi sunt? Quibus ita perpensis divus evangelista, haud successiones scribere studens, sed generationes secundum rationem sibi exploratam enumerans, successionum historiam neglexit; tot vero homines ad genealogiam adsumpsit, quot ei sufficiebant ad quatuordecim generationes explendas. Sic eius veridicus sermo est, neque omnino contrarius historiarum traditioni.

XIII. Cur quum a Iechonia ad Iosephum duodecim in genealogia sint, evangelista quatuordecim rursus dicat.

1. Rei causa eadem est: non enim successiones sed generationes, ut dixi, conscribere volebat. Saepe vero contingit, ut in macrobiis atque longaevis, quicumque fuerit succedentium numerus, nihilominus ipse generationum numerus plenus habeatur. Quam ob rem sicuti in classe patrumfamilias a Davide ad captivitatem, quum paulo maior succedentium numerus esset, pauciores tamen ab evangelista proditae sunt generationes; namque in ·XVII· virorum successionibus generationes ·XIV· dictae sunt; eodem nunc quoque consilio in hominum successionibus ·XII·, expletae dicuntur generationes ·XIV·, quia videlicet ·XII· illi, ut credere par est, macrobii fuerunt atque longaevi, ita ut suffecerint ad ·XIV· implendas generationes. Ad quaestionem haec prima responsio est.

2. Sed enim alia quoque ratione inita invenies, si diligenter historiam consideraveris, quatuordecim in hac ipsa historia appellatos; si, praeter duodecim, numeraveris Iesum Christum ipsum Iosephi filium existimatum; hisque adiunxeris etiam Iechoniam, illum scilicet qui Babylonem translatus fuit, non alte-

στάντας, τοὺς δὲ ἐπὶ τετραγονίαν ἐλάσαντας· ὥστε ἐν πεντήκοντα ἔτεσι, τοὺς μὲν ἐκγόνους θεάσασθαι, ἑτέρους δὲ ἐν ἑβδομήκοντα μηδενὸς ἀξιωθῆναι παιδός· πῶς οὖν ἀριθμητέον τὰς γενεάς; πότερον ἐκ τῶν μακροβίων ἢ τῶν ὀλιγοβίων; καὶ ἐκ τῶν ταχὺ πεπαιδοποιημένων, ἢ τῶν βραδέων; καὶ ἐκ τῶν ἐπὶ πρώτοις υἱοῖς σαλευσάντων, ἢ ἐκ τῶν ἐπὶ πλείοσι διαδοχαῖς; ὧν οὕτως ἐξητασμένων ὁ θεῖος εὐαγγελιστὴς οὐ διαδοχὰς προθέμενος εἰπεῖν, γενεὰς δὲ, καθ᾽ οὓς αὐτὸς ἠπίστατο λόγους 1) ἀπαριθμούμενος, τῆς μὲν ἐν ταῖς ἱστορίαις διαδοχῆς ἧττον πεφρόντικε, τοσούτους ἀναλαμβάνει εἰς τὴν γενεαλογίαν, ὅσοι ἀπήρκουν αὐτῷ εἰς ἐκπλήρωσιν τῶν δεκατεσσάρων γενεῶν· οὕτως τε αὐτῷ ὑγιὴς ἀποσώζεται ὁ λόγος, καὶ οὐδαμῶς ἐναντίος τῇ τῶν ἱστοριῶν γραφῇ.

XIII. Διὰ τί τῶν μετὰ Ἰεχονίαν ἐπὶ τὸν Ἰωσὴφ γενεαλογουμένων δύο καὶ δέκα ὄντων, ὁ εὐαγγελιστὴς δεκατέσσαρας πάλιν εἶναι φησίν.

α΄. Διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν· οὐ γὰρ διαδοχὰς, γενεὰς δὲ, ὡς ἔφην, ἀναγράφειν ἐβούλετο· συμβαίνει δὲ πολλάκις ἐν μακροβίοις καὶ πολυέτεσι, τὰς μὲν γεγονέναι τῶν ἀνδρῶν τὰς διαδοχὰς, τὸν δὲ τῶν γενεῶν ἀριθμὸν ἀποδεδόσθαι πλήρη· ᾗ δὴ οὖν λόγῳ ἐν τοῖς ἀπὸ τοῦ Δαβὶδ καὶ ἐπὶ τὴν αἰχμαλωσίαν πλείοσιν οὖσι τὸν ἀριθμὸν τοῖς ἐν τῇ διαδοχῇ φερομένοις, ὀλιγώτεραι ἀπεδόθησαν αἱ γενεαί· ἐν γὰρ διαδοχαῖς ἀνδρῶν ἑπτὰ καὶ δέκα, γενεαὶ εἴρηνται δεκατέσσαρες· κατὰ τὸν αὐτὸν λογισμὸν καὶ νῦν ἐπ᾽ ἀνδρῶν διαδοχαῖς δώδεκα, αἱ δεκατέσσαρες ἂν ἐπληροῦντο γενεαὶ, μακροβίων ὡς εἰκὸς πολυχρονίων αὐτῶν δὴ τῶν δώδεκα γεγενημένων, καὶ ἀρκούντων εἰς ἀναπλήρωσιν τῶν δεκατεσσάρων γενεῶν. Μία μὲν ἀπόδοσις τοῦ ζητηθέντος ἥδε.

β΄. Καθ᾽ ἑτέραν δὲ διάνοιαν εὕροις ἂν ἀκριβώσας κατὰ τὴν ἱστορίαν δεκατέσσαρας ὠνομασμένους καὶ ἐν τῇ παρούσῃ διαδοχῇ, εἰ πρὸς τοῖς δώδεκα συναριθμήσειας αὐτὸν Ἰησοῦν Χριστὸν υἱὸν τοῦ Ἰωσὴφ χρηματίσαντα· προσθείης τε τούτοις καὶ τὸν Ἰεχονίαν τὸν ἐν Βαβυλῶνι γεγενημένον, οὐχὶ τὸν πρὸ τῆς μετ-

1) Matthaeum putat Eusebius *generationis* vocabulo certum quendam ac sollemnem intelligere annorum numerum. Profecto de temporali γενεᾶς spatio controversia inter veteres satis nota est, quam ego ipse attigi in adnotationibus ad nova fragmenta Dionysii halic. cap. XIII. n. 4. Script. vet. T. II. p. 474.

οἰκεσίας ἐν τῇ Ἱερουσαλὴμ βασιλεύσαντα· δύο γὰρ ὁμώνυμοι γεγόνασιν Ἰωακεὶμ μετὰ Ἰωσίαν, ὅ γε αὐτοῦ τοῦ Ἰωσίου υἱός, ὃς μετὰ τοῦτον ἐβασίλευσεν ἐν Ἱερουσαλὴμ, καὶ ὁ τούτου παῖς ἕτερος Ἰωακείμ· οὗτοι δὲ καὶ Ἰεχονίαι ἐχρηματισαν, ἐξελληνισθέντες αὐτοῖς τοῦ ὀνόματος· ὁ τοίνυν πρῶτος Ἰωακεὶμ ὁ καὶ Ἰεχονίας υἱὸς ὢν Ἰωσίου, ταῖς πρὸ τῆς αἰχμαλωσίας συγκατελεγέσθω γενεαῖς· ὁ δὲ τούτου παῖς ὁ δεύτερος Ἰωακεὶμ καὶ αὐτὸς Ἰεχονίας, υἱὸς ὢν τοῦ πρώτου Ἰωακεὶμ, τοῦ δὲ Ἰωσίου ἔκγονος, ἐν τοῖς μετὰ τὴν αἰχμαλωσίαν καὶ εἰς τὸν Χριστὸν γενεαλογουμένοις ἀριθμούμενος, τέλειον ἀποδείη ἂν τὸν τῶν δεκατεσσάρων γενεῶν ἀριθμόν 1).

γ'. Περὶ δὲ τοῦ δύο γεγονέναι Ἰωακεὶμ, μαρτυρήσει ἡ τῶν Βασιλειῶν γραφὴ, τοῦτον ἔχουσα τὸν τρόπον *· « καὶ ἐβασίλευσε Φαραὼ Νεχαὼ » ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ τὸν Ἐλιακεὶμ υἱὸν Ἰωσία » βασιλέως Ἰούδα, ἀντὶ Ἰωσία τοῦ πατρὸς αὐ» τοῦ· καὶ ἐπέστρεψε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰωακείμ. » οἷς ἑξῆς ἐπιλέγει· « υἱὸς εἰκοσιπέντε ἐτῶν Ἰωα» κεὶμ ἐν τῷ βασιλεύειν αὐτόν· καὶ ἕνδεκα ἔτη » ἐβασίλευσεν ἐν Ἱερουσαλήμ· » οἷς μεθ' ἕτερα ἐπιλέγει· « καὶ τὰ λοιπὰ τῶν λόγων Ἰωα» κεὶμ, καὶ πάντα ὅσα ἐποίησεν, οὐκ ἰδοὺ γε» γραμμένα ἐπὶ βιβλίῳ λόγων τῶν ἡμερῶν τοῖς » βασιλεῦσιν Ἰούδα; καὶ ἐκοιμήθη Ἰωακεὶμ μετὰ » τῶν πατέρων αὐτοῦ, καὶ ἐβασίλευσεν Ἰωακεὶμ » υἱὸς αὐτοῦ ἀντ' αὐτοῦ· υἱὸς ὀκτὼ καὶ δέκα ἐτῶν » Ἰωακεὶμ ἐν τῷ βασιλεύειν αὐτόν· καὶ τρίμηνον » ἐβασίλευσεν ἐν Ἱερουσαλήμ· καὶ ὄνομα τῇ μη» τρὶ αὐτοῦ Ἐσθά· καὶ ἐποίησε τὸ πονηρὸν ἐν ὀφ» θαλμοῖς κυρίου κατὰ πάντα ὅσα ἐποίησεν ὁ πα» τὴρ αὐτοῦ. Ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἀνέβη Ναβου» χοδονόσορ βασιλεὺς Βαβυλῶνος εἰς Ἱερουσα» λήμ· καὶ ἦλθεν ἡ πόλις ἐν περιοχῇ· καὶ εἰσῆλ» θεν ὁ βασιλεὺς Βαβυλῶνος ἐν τῇ πόλει, καὶ οἱ » παῖδες αὐτοῦ ἐπολιόρκουν αὐτήν· καὶ ἐξῆλθεν » Ἰωακεὶμ βασιλεὺς Ἰούδα ἐπὶ βασιλέα Βαβυ» λῶνος, αὐτὸς καὶ οἱ παῖδες αὐτοῦ, καὶ ἡ μή» τηρ, καὶ εὐνοῦχοι αὐτοῦ· καὶ τοὺς ἰσχυροὺς » τῆς γῆς ἀπήγαγεν ἀποικεσίαν ἐξ Ἱερουσαλὴμ » εἰς Βαβυλῶνα ». Οὗτος δὴ οὖν ὁ δεύτερος Ἰωακεὶμ εἰς Βαβυλῶνα ἀπαχθεὶς, οὗτος ἦν αὐτὸς ὁ πρὸς τοῦ Ἱερεμίου Ἰεχονίας ὠνομασμένος, ἔκγονος τυγχάνων τοῦ Ἰωσία, ἀλλ' οὐχ υἱός· διὸ εἰκότως ἂν συναριθμοῖτο ἐν τῇ τρίτῃ γενεαλογίᾳ

* IV. Reg. XXIII. 31.

rum qui ante babylonicam captivitatem Hierosolymis imperavit. Duo quippe fuerunt homonymi; Ioacimus videlicet post Iosiam, qui fuit eiusdem Iosiae filius et Hierosolymis regni successor; rursum alter Ioacimus praedicti homonymi filius. Hi Iechoniae quoque appellati fuerunt, nomine eorum ad graecam formam inclinato. Prior itaque Ioacimus, idemque Iechonias, filius Iosiae, in generationibus ante captivitatem concludatur. Huius autem filius, alter Ioacimus, idemque pariter Iechonias, prioris Ioacimi filius, Iosiae nepos, si cum iis recenseatur qui inter captivitatem et Christum fuerunt, plenus existet quatuordecim generationum numerus.

3. Porro duos fuisse Ioacimos, regnorum testatur scriptura his verbis: « regemque con» stituit Pharao Nechao Eliacimum Iosiae fi» lium pro Iosia patre eius, vertitque no» men eius Ioacimum. » Quibus deinde addit: « filius viginti quinque annorum erat » Ioacimus, et annis undecim regnavit Hie» rosolymis. » Rursus deinceps praedicta historia: « reliqua autem sermonum Ioacimi et » omnia quae fecit, nonne ecce scripta sunt » in libro sermonum dierum regum Iudae? » Et dormivit Ioacimus cum patribus suis: » regnavitque Ioacimus filius eius pro eo. » Filius octodecim annorum erat Ioacimus » cum regnare coepit, tribusque mensibus » regnavit Hierosolymis. Nomen matris eius » Estha. Et fecit malum coram Domino, » iuxta omnia quae fecerat pater eius. Tem» pore illo venit Nabuchodonosorus rex Ba» bylonis contra Hierosolyma, et urbs fuit » obsessa. Accessitque Nabuchodonosorus rex » Babylonis ad civitatem, servique eius op» pugnabant eam. Egressusque est Ioacimus » rex Iudae ad regem Babylonis, ipse et » servi eius et mater et optimates et eu» nuchi. Translataeque sunt bellicae regni vi» res Hierosolymis Babylonem captivae. » Alter igitur hic est Ioacimus, qui Babylonem deportatus fuit. Is idem erat, quem Iechoniam Hieremias appellat, Iosiae nepos non filius. Idcirco is merito connumerabitur in tertia classe generationum quatuordecim, quae a Iechonia ad Christum excur-

1) Tractus hic refertur etiam in Nicetae catena cod. vat. A. f. 67. hoc initio: εἰ γὰρ καὶ δώδεκα δοκοῦσιν εἶναι οἱ ἐν τῇ τρίτῃ διαδοχῇ γενεαλογούμενοι, ἀλλ' εὕροις ἂν ἀκριβώσας etc. ut apud hanc nostram epitomen sequitur

runt: interim dum pater eius, Iosia genitus, cum suo parente in superioribus generationibus numeratur. Atque ita nobis etiam postremarum quotuordecim generationum integer conficitur numerus.

τῶν ἀπὸ Ἰεχονίου μέχρι τοῦ Χριστοῦ γενεῶν δεκατεσσάρων· τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ὃς ἦν τοῦ Ἰωσία παῖς, σὺν τῷ πατρὶ ἐν ταῖς ἀνωτέρω γενεαῖς καταριθμουμένου· καὶ οὕτως ἡμῖν καὶ ὁ τῶν ὑστάτων δεκατεσσάρων γενεῶν ἀριθμὸς συνίσταται πλήρης.

XIIII. Cur Fabri filius Servator noster maluerit quam nobilis alicuius illustrisque viri videri.

XIIII. Διὰ τί τοῦ τέκτονος υἱὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν ἐχρημάτισεν, ἀλλ' οὐ τινὸς ἐπισήμου καὶ ἐνδόξου ἀνδρός.

Non ad suum divinum regnum ostentandum venit; ideoque nec gloriose nec pompatice nobis adfuit. Porro iter illi in caelum fuit eiusmodi, ut vitam hominum expiaret, dum se ex hominum grege agnum Dei morti devotum et piacularem pro nobis omnibus traderet. Quamobrem ut sine ullo impedimento ad hunc finem tenderet, plurimam prodigiorum suorum partem celandam tenebrisque operiendam curabat, modo vetans quominus res gestae suae in vulgi notitiam efferrentur, modo loca deserta sequens atque in montibus commorationes. Quin etiam divinam suam transfigurationem ne cunctis quidem discipulis suis, sed tribus tantum ostendit; hisque adeo mandavit, necui visum dicerent, donec filius hominis a mortuis resurgeret. Neque pro nobis ea passus esset, quae scripta sunt, si magnifici regis specie divinoque cum comitatu aut exercitu adventavisset, simul divina prodigia edens, seque universa natura potiorem demonstrans. Recte, igitur secundum apostolum, se ipsum exinanivit, formam servi accipiens, pauperisque Iosephi non recusavit filius videri. Sic enim veridica apparet sententia de illo loquens: « cum esset dives, » propter nos egenus factus est, ut illius » inopia nos divites fieremus. »

Οὐ τὴν ἔνθεον αὐτοῦ βασιλείαν ἐπιδείξων ἐλήλυθεν· ἐπεὶ μὴ δὲ φαντικῶς καὶ ἐπιδεικτικῶς ἡμῖν παρῆει· ἡ δὲ ὁδὸς αὐτῷ τῆς εἰς οὐρανοὺς ἀφίξεως ἐπὶ τούτῳ ἐγίνετο, ἐφ' ᾧ τε τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον περικαθάραιτο, τὸν ἐκ τῆς τῶν ἀνθρώπων ἀγέλης ἀμνὸν τοῦ θεοῦ ἀντίψυχον καὶ καθάρσιον ὑπὲρ πάντων ἡμῶν αὐτὸς ἑαυτὸν ἐπιδούς· ἵν' οὖν ἀπαραποδίστως εἰς τέλος ἀχθείη τοῦτο, τὰ πλεῖστα τῶν αὐτοῦ θαυμάτων ἀπέκρυπτέ τε καὶ ἐπεσκίαζε, ποτὲ μὲν παραινῶν μὴ εἰς πάντας ἐκφέρειν τὰ ὑπ' αὐτοῦ πραττόμενα, ποτὲ δὲ τὰς ἐρημίας διώκων καὶ τὰς ἐν τοῖς ὄρεσι διατριβάς· καὶ τὴν ἔνθεον αὐτοῦ μεταμόρφωσιν οὐδὲ τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς ἅπασιν, μόνοις δὲ τρισὶν, ἐπεδείκνυτο· αὐτοῖς τε τούτοις παρεκελεύετο μηδενὶ φάναι τὸ ὅραμα, ἕως ἂν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐκ νεκρῶν ἐγερθῇ· οὐκ ἂν δὲ ἔπαθεν ὑπὲρ ἡμῶν τὰ ἀναγεγραμμένα, εἰ οἷά τις ἔνδοξος βασιλεὺς μετὰ δορυφορίας ἐνθέου καὶ παρατάξεως ἐπῄει· ὁμοῦ καὶ τὰς ἐνθέους ἐνεργῶν παραδοξοποιΐας, ὁμοῦ καὶ κρείττονα ἑαυτὸν ἐπιδεικνὺς πάσης φύσεως· εἰκότως οὖν κατὰ τὸν ἀπόστολον *, ἑαυτὸν ἐκένωσε μορφὴν δούλου λαβών· καὶ τοῦ πένητος Ἰωσὴφ υἱὸς οὐκ ἀπηνήνατο χρηματίσαι· ἵνα καὶ οὕτως ἐπαληθεύσῃ τὸ φάσκον περὶ αὐτοῦ λόγιον * « ὅτι πλούσιος ὢν, » δι' ἡμᾶς ἐπτώχευσεν, ἵνα ἡμεῖς τῇ αὐτοῦ πτωχείᾳ πλουτήσωμεν. »

* Philip. II 7.

* II. Cor. VIII. 7.

XV. Quonam pacto dicatur Iesus super Davidis thronum sedisse.

XV. Πῶς ἐπὶ τὸν θρόνον λέγεται Δαβὶδ κεκαθικέναι 1).

1. Multifariam intelligitur Davidis thronus. Uno quidem modo, veluti si quis significari dicat illum, in quo rex residet, ebore puta lignisque compactum, auroque et regiis lapidibus exornatum. Alio modo, quo imperium ipsum atque universi populi du-

α'. Διαφόρως νοεῖται ὁ θρόνος Δαβίδ· καθ' ἕνα μὲν τρόπον, καθ' ὃν εἴποι ἄν τις δηλοῦσθαι τὸν ἐφ' ᾧ ἐκαθέζετο βασιλεύων, τάχα που ἐξ ἐλέφαντος καὶ ξύλων πεποιημένον, χρυσῷ τε καὶ λίθοις βασιλικοῖς κεκοσμημένον· καθ' ἕτερον δὲ καθ' ὃν τὴν ἀρχὴν αὐτὴν καὶ τὴν κατὰ παντὸς τοῦ

1) Cum hac 'XV' quaestione conferatur ipse Eusebius demonstr. evang. lib. VII. p. 353.

ἔθνους ἡγεμονίαν, θρόνον βασιλείας εἰώθαμεν ἀποκαλεῖν· τρίτος ἂν παρὰ τοὺς εἰρημένους λεχθείη τρόπους, καθ' ὃν ὁ ἐπηγγελμένος ὑπὸ τοῦ θεοῦ τῷ Δαβὶδ θρόνος ὀνομασθείη ὁ αὐτοῦ, οὐκ ἐφ' ὃν αὐτὸς ἐκαθέσθη, ἀλλ' ὃν διὰ τῶν πρὸς αὐτὸν θεσπρεπῶν οἱ θεῖοι λόγοι περιέχουσι· γέγραπται γὰρ ἐν ὀγδοηκοστῷ ὀγδόῳ ψαλμῷ· « ὤμοσα Δαβὶδ τῷ δούλῳ μου, ἕως τοῦ αἰῶνος » ἑτοιμάσω τὸ σπέρμα σου· καὶ οἰκοδομήσω εἰς » γενεὰν καὶ γενεὰν τὸν θρόνον σου· » καὶ πάλιν· « καὶ θήσομαι εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος τὸ » σπέρμα αὐτοῦ, καὶ τὸν θρόνον αὐτοῦ ὡς τὰς » ἡμέρας τοῦ οὐρανοῦ. » καὶ πάλιν· « ἅπαξ ὤμο- » σα ἐν τῷ ἁγίῳ μου, εἰ τῷ Δαβὶδ ψεύσομαι, » τὸ σπέρμα αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα μένει, καὶ » ὁ θρόνος αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος ἐναντίον μου, καὶ » ὡς ἡ σελήνη κατηρτισμένη εἰς τὸν αἰῶνα, » καὶ ὁ μάρτυς ἐν οὐρανῷ πιστός. »

β'. Ἐπεὶ τοίνυν θρόνον ὡς τὰς ἡμέρας τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ὡς τὸν αἰῶνα διαμένοντα δώσειν ἐπήγγελτο διὰ τῶν εἰρημένων ὁ θεὸς τῷ Δαβὶδ, πολλὴ μέν τις ἦν διὰ ταῦτα τῷ παντὶ Ἰουδαίων ἔθνει προσδοκία περὶ τοῦ δηλωθέντος θρόνου· βραχὺν δὲ χρόνον τοῦ Δαβὶδ ἡγησαμένου, καὶ Σολομῶνος μετ' αὐτὸν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῶν διαδόχων τῆς αὐτῶν βασιλείας εἰς Ἰεχονίαν καὶ τὴν εἰς Βαβυλῶνα αἰχμαλωσίαν καταστρεψάντων, ὡς ἐξ ἐκείνου λελύσθαι τὸν θρόνον τῆς βασιλείας Δαβὶδ, ἐδόκει τὰ τῆς τῶν θείων χρησμῶν ἐπαγγελίας μὴ συνίστασθαι· τοῦτο οὖν αὐτὸ τῷ θείῳ πνεύματι πάλιν ὁ αὐτὸς ψαλμὸς προαγορεύει ἑξῆς τοῖς προπαρατεθεῖσι λέγων· « ποῦ εἰσὶ τὰ ἐλέη σου τὰ ἀρχαῖα » κύριε ἃ ὤμοσας τῷ Δαβὶδ ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου; » Καὶ τήν γε καθαίρεσιν τῆς βασιλείας αὐτοῦ, καὶ τῆς διαδοχῆς αὐτοῦ, τοῦ θρόνου τε τὴν καταστροφὴν διαῤῥήδην ὑποσημαίνει πάλιν ἑξῆς διὰ τούτων· « σὺ δὲ ἀπώσω καὶ ἐξουδένωσας, κύριε· ἀνε- » βάλου τὸν Χριστόν σου, κατέστρεψας τὴν δια- » θήκην τοῦ δούλου σου, ἐβεβήλωσας εἰς τὴν » γῆν τὸ ἁγίασμα αὐτοῦ· » καὶ ἐπιφέρει, « τὸν » θρόνον αὐτοῦ εἰς τὴν γῆν κατέῤῥηξας. »

γ'. Ταῦτα πάντα κατὰ τὸ αὐτὸ συνάγει τὸ πνεῦμα, μονονουχὶ βουλόμενον ἡμᾶς διδάξαι, ὅτι οὐ περὶ τῆς βασιλείας τῆς αἰσθητῆς, οὐδὲ περὶ τοῦ θρόνου τοῦ σωματικώτερον νοουμένου αἱ πρὸς Δαβὶδ ἦσαν ἐπαγγελίαι· αἱ μὲν γὰρ περί τινος αἰωνίου θρόνου, ἀπεικαζομένου ἡλίῳ καὶ οὐρανῷ, διαμένοντός τε εἰς αἰῶνα, προεθέσπιζον· ἡ δέ γε τοῦ Δαβὶδ βασιλεία ἡ αἰσθητὴ, χρόνῳ λέλυτο οὐκ εἰς μακρόν· εἰκότως τοιγαροῦν

catum, thronum regni solemus vocare. Tertius, praeter praedictos, modus est, quo ille a Deo Davidi promissus thronus, dici potest thronus eius, non in quo ipse sederit, sed quem per caelestia ad eum vaticinia divinae litterae continent. Scriptum est enim in octogesimo octavo psalmo: « iuravi Da- » vidi servo meo; usque in saeculum prae- » parabo semen tuum; et thronum tuum » aedificabo in generationem et generatio- » nem. Et rursus: ponamque in saeculum » saeculi semen eius, et thronum eius si- » cut dies caeli. Et denuo: semel iuravi » in sancto meo, si Davidi mentiar; semen » eius manet in aeternum. Thronus eius tam- » quam sol in conspectu meo, et sicut lu- » na perfecta in aeternum; et testis in caelo » fidelis. »

2. Igitur quia thronum, tamquam dies caeli et tamquam solem et lunam, in saecula duraturum promiserat Davidi verbis praedictis Deus, propterea multa erat in universa Iudaeorum gente significati throni expectatio. Quumque brevi tempore principatum gessisset David, et post hunc Salomon, et reges horum successores in Iechonia ac babylonica captivitate cessavissent; ita ut post id tempus regius Davidis thronus subversus fuerit; videbantur non sibi constare divinorum oraculorum promissiones. Quamobrem eodem divino Spiritu rursum praedictus psalmus, praeter ante dicta, sic loquitur: « ubi sunt misericordiae tuae antiquae, Domine, « quas iurasti Davidi in veritate tua? » Tum etiam regni eius ac successionis excidium thronique eversionem aperte innuit in sequentibus: « tu vero repulisti et despexisti, Do- » mine; distulisti Christum tuum; evertisti » testamentum servi tui; profanasti in terra sanctuarium eius» Additque: «et thronum eius in terram collisisti. ».

3. Haec omnia summatim colligit divinus Spiritus, propemodum docere nos volens, haud visibile regnum Davidi fuisse promissum neque thronum corporaliter intelligendum. Illae quippe promissiones thronum quendam aeternum vaticinantur soli et lunae caeloque similem, quique perpetuus maneat. Atqui Davidis visibile regnum brevi tempore deletum est. Quamobrem iure quum mox di-

xisset, thronum davidici regni visibilis fuisse subversum « thronum eius in terram collisisti; » tum vero throni eius gratia, quem divina oracula aeternum caelestemque aiunt, preces addit: «ubi sunt misericordiae tuae antiquae, Domine, quas iurasti Davidi in veritate tua? » quibus verbis petere videtur ut promissiones sacramento firmatae exitum nanciscantur.

4. Hic nimirum thronus ille est, quem se daturum Davidi Deus iuravit, tamquam dies caeli et veluti solem in conspectu Dei: is est qui dicitur sicut luna perfecta in aeternum, et quem gens universa firmari exoptabat. Atque hunc magnus angelus Gabrihel virgini significat datum ei iri qui ex ipsa nasceretur. Quare sic illam alloquitur: « et vocabis nomen eius Iesum: hic erit magnus et filius Altissimi vocabitur: et dabit illi dominus Deus sedem Davidis patris eius. » Mox quem thronum intelligat, pandit: « et regnabit in domo Iacob in aeternum; et regni eius non erit finis: » quae Gabrihelis dicta oraculis consonant. Olim quidem Davidi sedes aeterni regni ac caelestis promissa fuit; nunc angelus eum qui de virgine gignendus erat occupaturum ait Davidis thronum; nunciatum scilicet, neque tamen datum: is autem caelestis erat et sine fine mansurus. Erat igitur hic exitus maximi vaticinii Davidi editi omnique populo expectati, quodque Gabrihel testatur in servatore nostro Iesu Christo veridicum evasisse « regnabit in aeternum, et regni eius non erit finis. » Quare et ipse Servator ac dominus noster quum rogaretur, num ipse esset rex Iudaeorum, respondit: regnum meum non est de hoc mundo. Nihil enim mortale aut temporale conferebat ei regni sedes: sed ipse erat in universo hominum coetu lucis instar splendens, veluti sol et sicut luna perfecta in aeternum, intellectuales animas per suam divinam caelestemque doctrinam illustrans

5. Quod si ait, et super Iacob regnabit; cave putes, Iudaeorum gentem per Iacobum significari. Profecto qui haec narrat Lucas evangelista, quandoquidem post Servatoris

τοῦ θρόνου τῆς αἰσθητῆς βασιλείας Δαβὶδ τὴν καθαίρεσιν ὑπογράψας, καὶ εἰπὼν τὸν θρόνον αὐτοῦ εἰς τὴν γῆν κατέῤῥηξας, περὶ τοῦ διὰ τῶν θείων χρησμῶν ἐπηγγελμένου αἰωνίου καὶ οὐρανίου θρόνου ἑξῆς τὴν εὐχὴν ποιεῖται λέγων· « ποῦ » εἰσι τὰ ἐλέη σου τὰ ἀρχαῖα κύριε, ἃ ὤμοσας » τῷ Δαβὶδ ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου; » μονονουχὶ τὰς ἐκβάσεις τῶν μεθ' ὅρκου διαβεβαιώσεως ἐπηγγελμένων αὐτῷ τέλους τυχεῖν ἀξιῶν.

Haec quoque superioribus implicita quaestionibus, parem illis explanationem sortietur. Etenim nos demonstravimus, haud easdem esse sed alias quae ante sabbatum ipsa parasceves die, qua Dominus passus est, ad eam curam incubuerunt, alias vero quae post sabbatum: perspicue enim has Lucas testatur ipsa die passionis id egisse, nullius mulieris memorato nomine, sed simpliciter mulieribus memoratis, quae cum Iesu venerant de Galilaea. Marcus autem tres solas nominatim scripsit, aromatum simul curam gerentes, haud die parasceves, sed iam sabbato praeterlapso. Has porro diversas esse ab illis Lucae, sequentia quoque demonstrant. Hae nimirum apud Marcum mulieres iuvenem vident in dextra parte sedentem, qui et illis ait: nolite timere; Iesum quaeritis nazarenum; surrexit, non est hic. Illis autem apud Lucam duo viri adstiterunt in veste fulgente, et alia verba dicunt: cur quaeritis viventem, inter mortuos? et reliqua. Et

illae apud Marcum monitae mandata nunciare discipulis, nemini quidquam dixerunt. At illae Lucae profectae nunciaverunt discipulis undecim. Quare ex his omnibus colligitur, haud easdem fuisse mulieres, ideoque nec uno tempore ea quae in scriptis sunt, esse peracta.

τὰ ἑξῆς· καὶ αἱ μὲν παρὰ τῷ Μάρκῳ ἀκούσασαι τοῖς μαθηταῖς ἐπαγγεῖλαι τὰ παρηγγελμένα, οὐδενὶ οὐδὲν εἶπον, αἱ δὲ παρὰ τῷ Λουκᾷ πορευθεῖσαι ἀπήγγειλαν τοῖς ἕνδεκα· ὡς διὰ τούτων ἁπάντων συνάγεσθαι, μὴ τὰς αὐτὰς εἶναι· διὸ μηδὲ ὑφ' ἕνα καιρὸν πεποιηκέναι τὰ ἀναγεγραμμένα.

IX.

« Haec illis loquentibus stetit Iesus in medio eorum, dixitque eis: pax vobis. » Heic ambiget aliquis, quomodo undecim discipulis simul congregatis, interveniens Dominus, secundum Lucam atque Iohannem id concorditer adfirmantes, nequaquam ab utroque paria fare et dicere scriptum fuerit.

Quod eandem visionem ambo evangelistae scribant una eademque et hora die et oblatam, in primis comprobandum est. Quod tibi exploratum fiet, si diligenter scripturam consideraveris. Nam cum Iohannes antea dixisset: una vero sabbatorum venit Maria Magdalena annuntians discipulis, se vidisse Dominum, et haec sibi dixisse; deinde subnectit dicens: cum sero esset die illa, congregatis discipulis, venit Iesus, stetitque in medio, et dixit eis: pax vobis. Quamobrem ex his manifeste constat, eadem dominica resurrectionis die, vespertino tempore acta esse quae Iohannes scribit. Item apud Lucam idem dies et hora invenietur. Ait enim ipse: una autem sabbati valde diluculo venerunt ad monumentum mulieres. Deinde quod visis angelis reversae nunciaverint discipulis quae viderant. Petrus autem festinanter ad monumentum occurrit, et linteamina videt. Atque haec valde diluculo contigerunt, resurrectionis die. Dicit mox continenter scriptura: et ecce duo ex ipsis ibant ipsa die in castellum. Erant autem Cleopas cum socio: quibuscum Iesus Emmauntem ingressus, accipiens panem benedixit; quo illis porrecto, disparuit. Deinde subdit: « et surgentes eadem hora regressi » sunt in Hierusalem, et invenerunt congre» gatos undecim. » Postea colloquentibus illis, stetit Iesus in medio eorum, et dixit eis; pax vobis, et reliqua. Demonstratum est itaque etiam a Luca, eandem fuisse diem; eandemque item horam fuisse inde comprobatur, quod Cleopas cum socio una die et

Θ.

« Ταῦτα δὲ αὐτῶν λαλούντων αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς » ἔστη ἐν μέσῳ αὐτῶν, καὶ λέγει αὐτοῖς εἰρήνη ὑμῖν· » Ἐνταῦθα τις ἀπορήσειε πῶς τοῖς ἕνδεκα μαθηταῖς ὁμοῦ συνηγμένοις μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐπιστὰς ὁ κύριος κατὰ τὸν Λουκᾶν καὶ κατὰ Ἰωάννην συμφώνως ταῦτα ἀπομνημονεύσαντας, οὐκέτι παρ' ἀμφοτέροις ταὐτὰ πράττων οὐδὲ φάσκων ἀναγέγραπται. Cod. A. f. 316. b.

Ὅτι τὴν αὐτὴν ὀπτασίαν οἱ δύο συνέγραψαν εὐαγγελισταὶ κατὰ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ὥραν τε καὶ ἡμέραν γενομένην, παραστῆσαι δεῖ πρότερον· τοῦτο δ' ἂν γένοιτο φανερὸν ἐπιτηρήσαντί σοι ἀκριβῶς τὴν γραφήν· ὁ μὲν γὰρ Ἰωάννης προειπὼν, τῇ δὲ μιᾷ τῶν σαββάτων ἔρχεται Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ ἀπαγγέλλουσα τοῖς μαθηταῖς ὅτι ἑώρακε τὸν κύριον καὶ ταῦτα εἶπεν αὐτῇ, ἑξῆς ἐπισυνάπτει λέγων, οὔσης ὀψίας ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ συνηγμένων τῶν μαθητῶν, ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἔστη εἰς τὸ μέσον καὶ εἶπεν, εἰρήνη ὑμῖν· ὡς εἶναι σαφὲς ἐκ τούτων ὅτι κατ' αὐτὴν τὴν κυριακὴν ἡμέραν τῆς ἀναστάσεως ὀψίας ἦν πεπραγμένα τὰ παρὰ τῷ Ἰωάννῃ· καὶ κατὰ τὸν Λουκᾶν ἡ αὐτὴ ἡμέρα καὶ ὥρα εὑρεθήσεται· λέγει γοῦν καὶ αὐτός· τῇ δὲ μιᾷ τῶν σαββάτων ὄρθρου βαθέος, ἐπὶ τὸ μνῆμα ἦλθον αἱ γυναῖκες· εἶθ' ἑξῆς ὅτι ἰδοῦσαι ἀγγέλους, ἐπανῆλθον καὶ ἀπήγγειλαν τοῖς μαθηταῖς ἃ τεθέαντο. Πέτρος δὲ σπεύσας ἐπὶ τὸ μνῆμα ἀπαντᾷ, καὶ τὰ ὀθόνια θεωρεῖ· καὶ ταῦτα μὲν ὄρθρου βαθέος ἐγίνετο, τῇ ἀναστασίμῳ ἡμέρᾳ· λέγει δὲ ἑξῆς ἐπισυνάπτουσα ἡ γραφή· καὶ ἰδοὺ δύο ἐξ αὐτῶν ἐν αὐτῇ ἡμέρᾳ ἦσαν πορευόμενοι εἰς κώμην· οὗτοι δὲ ἦσαν οἱ περὶ τὸν Κλεόπαν· οἷς συνεισελθὼν εἰς τὴν Ἐμμαοῦν, λαβὼν ἄρτον εὐλόγησε, καὶ ἐπιδιδοὺς αὐτοῖς ἀφανὴς ἐγένετο· εἶτ' ἐπιλέγει, καὶ ἀναστάντες ὑπέστρεψαν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ εἰς Ἱερουσαλὴμ, καὶ εὗρον ἠθροισμένους τοὺς ἕνδεκα· εἶτα ὁμιλούντων αὐτῶν ἔστη ὁ Ἰησοῦς ἐν μέσῳ, καὶ λέγει αὐτοῖς εἰρήνη ὑμῖν, καὶ τὰ ἑξῆς· δέδεικται τοίνυν καὶ ἀπὸ τοῦ Λουκᾶ, ὡς ἡ αὐτὴ ἐτύγχανεν ἡμέρα, καὶ ἡ αὐτὴ δὲ ὥρα συνίσταται ἀπὸ τοῦ ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ τοὺς περὶ Κλεόπαν εἰς τὴν Ἐμμαοῦν γενέσθαι, κἀκεῖθεν ἐπανελη-

λυθέναι εἰς τὴν Ἱερουσαλὴμ, ἤδη που πάντως ἑσπέρας καταλαβούσης· εἶτα τὴν ἐπιφάνειαν γεγονέναι.

Ἐπειδὴ τοίνυν ἡ αὐτὴ παρ' ἀμφοτέροις πέφηνεν ὀπτασία, φέρε ἴδωμεν ὅπως ἕτερα μὲν παρὰ τῷ Λουκᾷ εἴρηται πράξας καὶ λαλήσας ὁ σωτὴρ, ἕτερα δὲ παρὰ τῷ Ἰωάννῃ· ὁμοίως μὲν οὖν παρ' ἀμφοτέροις λέλεκται, ὡς ἄρα μέσος αὐτῶν στὰς εἶπεν αὐτοῖς εἰρήνη ὑμῖν· ἀφωρισμένως δὲ παρὰ τῷ Λουκᾷ πρόσκειται ὅτι ἐδόκουν πνεῦμα θεωρεῖν, καὶ τὰ ἑξῆς· ἀλλ' εἰ καὶ μὴ τοσαῦτα εἴρηται παρὰ τῷ Ἰωάννῃ, ἀλλὰ τὰ ἑξῆς πάλιν παρ' ἀμφοτέροις συνᾴδει· παρὰ μὲν γὰρ τῷ Ἰωάννῃ μετὰ τὸ εἰρήνη ὑμῖν, ἐπιλέγεται, καὶ τοῦτο εἰπὼν ἔδειξεν αὐτοῖς τὰς χεῖρας καὶ τὴν πλευρὰν αὐτοῦ· οὐ φέρεται δὲ ἡ αἰτία παρὰ τῷ Ἰωάννῃ, ὡς ἂν ἤδη λελεγμένη παρὰ τῷ Λουκᾷ· ἦν δὲ αὕτη τὸ νομίζειν αὐτοὺς πνεῦμα θεωρεῖν· ὅτι γε μὴν ἔδειξεν αὐτοῖς τὰς χεῖρας καὶ τὴν πλευρὰν αὐτοῦ μαρτυρήσας ὁ Ἰωάννης, σύμφωνος ἂν εἴη τῷ καὶ τὴν αἰτίαν παραθεμένῳ· τούτοις ἑξῆς ὁ μὲν Λουκᾶς φησὶν, ἔτι δὲ ἀπιστούντων αὐτῶν ἀπὸ τῆς χαρᾶς καὶ θαυμαζόντων, εἶπεν αὐτοῖς, ἔχετέ τι βρώσιμον ἐνθάδε; οἱ δὲ ἀπέδωκαν αὐτῷ ἰχθύος ὀπτοῦ μέρος· ταῦτα δὲ Ἰωάννης οὐ συνέγραψεν· ἔνθα γενομένους ἐπιστῆσαι προσήκει τὸν νοῦν, ὡς καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς, τὰς σεμνοτέρας καὶ θειοτέρας πράξεις τε καὶ διδασκαλίας τοῦ σωτῆρος ἡμῶν, διὰ τοῦ Ἰωάννου τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀπεμνημόνευσε, τὰ δὲ ἀνθρωπινώτερα διὰ τῶν λοιπῶν συνέγραψεν· ὃ δὴ καὶ νῦν πεποίηκεν· ὡς γὰρ ἐνόμισαν οἱ μαθηταὶ ἰδόντες τὸν σωτῆρα, μὴ αὐτὸν θεωρεῖν ἀλλὰ πνεῦμα, καὶ ὡς ἠπίστουν αὐτῷ, καὶ μετὰ τὸ δεῖξαι αὐτοῖς τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας ἀναγκαίως, ἔτι ἀπιστούντων αὐτῶν, αἰτήσας τί βρώσιμον, ἔφαγεν ἐνώπιον αὐτῶν· ταῦτα δὲ σωματικώτερα ὄντα, καὶ πολλὴν ἀπιστίαν τῶν ἀποστόλων κατηγοροῦντα, αὐτοῦ τε τοῦ σωτῆρος συμπεριφορὰν, πείθοντος αὐτοὺς καὶ σαφῶς παριστῶντος ὡς ἄρα αὐτὸς εἴη, τῷ Λουκᾷ ὡς ἂν ὑποδευτέρῳ 1) γράφειν τὸ πνεῦμα ὑπέβαλε· τὰ δὲ κρείττονα καὶ δυνάμεως ἐνθέου παραστατικὰ, διὰ τοῦ Ἰωάννου παρίστη, γράφοντος καὶ αὐτοῦ ἑξῆς ταῦτα, ἐχάρησαν οὖν οἱ μαθηταὶ ἰδόντες τὸν κύριον· εἶπεν οὖν αὐτοῖς πάλιν εἰρήνη ὑμῖν· καθὼς ἀπέσταλκέ με ὁ πατὴρ, κἀγὼ πέμπω ὑμᾶς· καὶ τοῦτο εἰπὼν ἀνεφύσησε, καὶ τὰ ἑξῆς· ἔχοι δ' ἂν ἀκολουθίαν ὁ παρ' ἀμφοτέροις λόγος, εἰ τὰ παρὰ τῷ Λουκᾷ, πρῶτα πεπράχθαι

Emmaunte fuerit, et indidem Hierosolyma redierit, serotino prorsus tempore. Exin factam apparitionem.

Quoniam itaque eadem apud utrumque evangelistam fit apparitio, age videamus quomodo alia dicatur loqui Servator et agere apud Lucam, alia apud Iohannem. Aeque igitur apud ambos dictum est, medium stantem inter eos Iesum dixisse: pax vobis. Singulatim vero apud Lucam additur existimasse eos spiritum se videre, et reliqua. Etiamsi vero haec apud Iohannem non dicuntur, rursus tamen sequentia apud utrumque consonant. Apud Iohannem quidem post verba « pax vobis » additur: et hoc dicto ostendit eis manus ac latus suum. Non tamen ponitur apud Iohannem causa, quae iam a Luca dicta fuerat. Erat autem haec, quod ipsi existimarent se spiritum videre. Atqui dum manus latusque suum ostendisse Iesum testatur Iohannes, consonat utique illi qui rei causam attulit. Post haec, Lucas quidem ait, adhuc non credentibus illis prae gaudio, et mirantibus, dixisse illis: habetis hic aliquid quod manducetur? Illos autem partem assi piscis ei obtulisse. Ad hunc locum progressi mentem debemus intendere, ut etiam alibi, augustiores ac diviniores actus Servatoris nostri atque doctrinas Spiritum sanctum per Iohannem memorare solere; humaniores autem per reliquos evangelistas scripsisse; quod et hoc loco reapse fecit. Quia enim discipuli conspecto Servatore, putabant non ipsum sed spiritum se videre, et quia nondum ei credebant, etiamsi manus pedesque ostenderat, necessario propter eorum pervicacem incredulitatem, postulatam escam coram illis manducavit. Haec magis corporalia cum sint, gravemque apostolorum incredulitatem accusent, et ipsius Servatoris indulgentiam arguant, persuadentis eis ac demonstrantis se esse, Lucae utpote secundi ordinis homini scribenda Spiritus commisit: sed nobiliora et divinam virtutem comprobantia, per Iohannem exhibuit, qui et ipse mox scribit: gavisi sunt ergo discipuli, viso Domino. Dixit ergo eis iterum: pax vobis. Sicut misit me pater, et ego mitto vos. Et quum haec dixisset insufflavit, et reliqua. Habebit autem

1) Minoris ordinis Lucas et Marcus, quatenus hi non fuerunt Domini Iesu spectatores et auditores.

nexum utriusque evangelistae oratio, si quae dicit Lucas, prius acta reputemus; mox narrata abs Iohanne copulemus. Adhuc enim illis non credentibus, escam postulavit; neque piscis esu contentus, sermones suos confirmat, priorem eis quae est apud Lucam doctrinam refricans. Postquam vero credentes, ipsum vere esse sibi persuaserant, iamque gaudio diffluerent, tunc secundo eis pacem, meliorem scilicet prima impertitus est; atque ut apostolatui parati essent mandavit, similes propemodum sui futuros ob operis similitudinem spondens. Mox consentanee Spiritum sanctum in eos inspiravit, utpote illius indigos ad mox dicendam denunciationem. Haec autem erat, posse illos peccata dimittere per sancti Spiritus virtutem. Atque ita ex ambobus evangelistis unus communis perficietur sermo; dum dicta apud Lucam, tacentur apud Iohannem; vicissimque in Iohannis scriptura traduntur, quae silentio Lucas premit: primo loco, ut diximus, quae sunt Lucae collocatis; deinde quae Iohannes ait, subnexis; eandem mentem sensumque, quae sunt apud utrumque, servantibus. Atque haec ita se habent.

λογισαίμεθα, εἶθ' οὕτως μετ' ἐκεῖνα συνάψομεν τὰ παρὰ τῷ Ἰωάννῃ· ἔτι μὲν γὰρ ἀπιστούντων αὐτῶν καὶ τροφὴν ᾔτει, καὶ μὴ ἀρκεσθεὶς τῇ βρώσει τοῦ ἰχθύος, καὶ λόγους αὐτοὺς στηρίζει, τῆς προτέρας αὐτοὺς ὑπομιμνήσκων διδασκαλίας κατὰ τὸν Λουκᾶν· ὅτε δὲ λοιπὸν πεισθέντες ἐπληροφορήθησαν αὐτὸν εἶναι ἀληθῶς, καὶ λοιπὸν χαρᾶς ἦσαν μεστοί, τότε δευτέραν αὐτοῖς εἰρήνην ἑτέραν καὶ κρείττονα παρὰ τὴν προτέραν δίδωσι, καὶ παρακελεύεται ἑτοίμους εἶναι εἰς τὴν ἀποστολὴν, μονονουχὶ ὁμοίους αὐτῷ καὶ αὐτοὺς ἔσεσθαι διὰ τοῦ ὁμοίου ἔργου ἐπαγγειλάμενος· εἶθ' ἑξῆς καὶ ἀκολούθως ἐμπνεῖ αὐτοῖς τοῦ ἁγίου πνεύματος, ὡς ἂν δεομένοις τούτου εἰς τὴν ἑξῆς ἐπιφερομένην ἐπαγγελίαν· αὕτη δὲ ἦν τὸ δύνασθαι ἀφιέναι ἁμαρτίας διὰ τῆς τοῦ ἁγίου πνεύματος δυνάμεως· καὶ οὕτως ἐξ ἀμφοτέρων τῶν εὐαγγελιστῶν εἷς κοινωνὸς ἀπαρτισθήσεται λόγος, τῶν μὲν παρὰ τῷ Λουκᾷ λελεγμένων, σιωπηθέντων παρὰ τῷ Ἰωάννῃ· τῶν δὲ ὑπὸ τοῦ Ἰωάννου γραφῇ παραδοθέντων, σιγῇ ταμιευθέντων παρὰ τῷ Λουκᾷ· καὶ πρώτων μὲν τῶν παρὰ τῷ Λουκᾷ λελεγμένων, ἑξῆς δὲ ἐκείνοις συναπτομένων τῶν παρὰ τῷ Ἰωάννῃ· οὕτω τε ἕνα νοῦν καὶ μίαν διάνοιαν σωζόντων τῶν παρ' ἀμφοτέροις· ταῦτα μὲν ταύτῃ.

X.

Quomodo apud Matthaeum quidem angelus visus mulieribus mandavit nunciare discipulis Iesum resurrexisse, illosque praecessurum in Galilaeam, ibique fore conspicuum. Similiter apud Marcum quoque a iuvene, quem in dextra parte sedentem viderunt, haec mulieribus dicta fuere. Apud Lucam vero in ipsa urbe Hierusalem congregatis discipulis undecim, et de resurrectionis negotio invicem referentibus, stetit Iesus in medio eorum, eosdemque adlocutus est, assique piscis partem coram ipsis comedit. Apud Iohannem denique in ipsa item Hierusalem non semel sed etiam iterum apparuit undecim, primo quidem ipsa resurrectionis die, sero: deinde post dies octo. Quomodo ergo secundum Lucam atque Iohannem toties eo a discipulis in ipsa Hierusalem viso, secundum Marcum atque Matthaeum mandatum iisdem per mulieres fuit ut in Galilaeam abirent, utpote illic eum visuris, non autem in urbe Hierusalem spectatoris?

I.

Cod. A. f. 316. b.

Πῶς δὲ παρὰ μὲν τῷ Ματθαίῳ ἄγγελος ὀφθεὶς ταῖς γυναιξὶ παρήγγειλεν ἀπαγγεῖλαι τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ὅτι ἠγέρθη ἀπὸ τῶν νεκρῶν, καὶ προάγει ὑμᾶς εἰς τὴν Γαλιλαίαν, ἐκεῖ αὐτὸν ὄψεσθε· ὁμοίως δὲ καὶ παρὰ τῷ Μάρκῳ ὁ νεανίσκος, ὃν εἶδον καθήμενον ἐν τοῖς δεξιοῖς, ταῦτα εἶπε ταῖς γυναιξί· παρὰ δὲ τῷ Λουκᾷ ἐν αὐτῇ τῇ Ἱερουσαλὴμ, ἠθροισμένων κατὰ τὸ αὐτὸ τῶν μαθητῶν τῶν ἕνδεκα, καὶ τὰ περὶ τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ ἀλλήλοις ὑφηγουμένων, ἔστη μέσος αὐτῶν, καὶ προσδιαλέγεται, καὶ ἰχθύος ὀπτοῦ μέρος ἐνώπιον αὐτῶν ἔφαγε· καὶ κατὰ τὸν Ἰωάννην δὲ ἐν αὐτῇ τῇ Ἱερουσαλὴμ πάλιν, οὐχ ἅπαξ ἀλλὰ καὶ δεύτερον ὤφθη τοῖς ἕνδεκα, πρῶτον μὲν καὶ αὐτὴν τὴν ἡμέραν τῆς ἀναστάσεως, ὀψίας· εἶτα μεθ' ἡμέρας ὀκτώ· πῶς οὖν κατὰ τὸν Λουκᾶν καὶ τὸν Ἰωάννην τοσαυτάκις ὀφθέντος αὐτοῦ τοῖς μαθηταῖς ἐν αὐτῇ τῇ Ἱερουσαλὴμ, κατὰ τὸν Μάρκον καὶ τὸν Ματθαῖον κελεύονται οἱ αὐτοὶ διὰ τῶν γυναικῶν εἰς τὴν Γαλιλαίαν ἀπελθεῖν, ὡς ἐκεῖ αὐτὸν ὀψόμενοι, ἀλλ' οὐ μέλλοντες αὐτὸν θεᾶσθαι ἐν τῇ Ἱερουσαλήμ;

Cod. A. f. 317.

Ἔτι εἰ μὲν τοὺς ἕνδεκα μόνους μαθητὰς τοῦ σωτῆρος ἡ τῶν εὐαγγελίων ἠπίστατο γραφὴ, καὶ οὕτως εἴπεν ἄν τις μηδὲν τὸν λόγον λείπειν, εἰ τέως μὲν ἀπιστοῦντας ταῖς τῶν γυναικῶν ἐπαγγελίαις τοὺς αὐτοῦ μαθητὰς θεραπεύων, ἅπαξ καὶ δεύτερον αὐτοῖς λαθραίως κρυπταζομένοις ἐν Ἱερουσαλὴμ ἐφάνη· ἔν γε μὴν τῇ Γαλιλαίᾳ οὐκέτ' ἐπικεκρυμμένως οὐδὲ ἅπαξ οὐδὲ δεύτερον, ἀλλ' οὐδ' ἐγκεκλεισμένοις διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων, σὺν πολλῇ δὲ τῇ παῤῥησίᾳ τὴν θεοφάνειαν αὐτοῦ, καὶ τῆς θεότητος τὴν ἔνδειξιν ἐποιεῖτο, παριστῶν αὐτοῖς ἑαυτὸν ζῶντα μετὰ τὸ παθεῖν, ἐν πολλοῖς τεκμηρίοις, δι' ἡμερῶν τεσσαράκοντα ὀπτανόμενός τε καὶ λέγων τὰ περὶ τῆς βασιλείας τοῦ θεοῦ, καὶ συναυλιζόμενος, ὥς φησιν ὁ Λουκᾶς ἐν ταῖς πράξεσι· καὶ αὕτη μὲν πρώτη λύσις. Ἐπεὶ δὲ τῶν μαθητῶν οἱ μὲν ἔκκριτοι καὶ πρῶτοι τὸν τῶν δώδεκα συνεπλήρουν χορὸν, δεύτερον δὲ παρὰ τούτους ἐτύγχανε τάγμα τὸ τῶν ἑβδομήκοντα, περὶ ὧν φησι Λουκᾶς ἐν τῷ εὐαγγελίῳ *· « μετὰ δὲ ταῦτα ἀνέδειξεν ὁ κύριος καὶ » ἑτέρους ἑβδομήκοντα· » τούτων δὲ ἐκτὸς, ὑπῆρχον καὶ ἕτεροι πλείους γνώριμοι τοῦ σωτῆρος, οὓς καὶ ἔφησεν ὁ ἱερὸς ἀπόστολος λέγων *· « ἔπειτα ὤφθη ἐπάνω πεντακοσίοις ἀδελφοῖς » καὶ αὐτοὶ δὲ οὗτοι τοῦ τῶν μαθητῶν ὀνόματος ἠξιωμένοι ἦσαν, εἰς οὐχ οἷόν τε ἦν ὁμοῦ πᾶσι κατὰ ταυτὸ συνηθροισμένοις ἐν τῇ Ἱερουσαλὴμ ὀφθῆναι αὐτὸν μετὰ τὴν ἀνάστασιν, εἰκότως δύο μὲν τῶν εὐαγγελιστῶν, ὅ τε Λουκᾶς καὶ ὁ Ἰωάννης, μόνοις τοῖς ἕνδεκα ὦφθαι αὐτὸν ἀναγράφουσιν ἐν τῇ Ἱερουσαλήμ· δύο δὲ τούτων οἱ λοιποὶ οὐ τοῖς ἕνδεκα μόνον σπεύδειν εἰς τὴν Γαλιλαίαν, ἀλλ' ἁπλῶς τοῖς μαθηταῖς ἅπασι καὶ ἀδελφοῖς ἔφασαν παρακελεύσασθαι αὐτόν τε τὸν σωτῆρα, καὶ τὸν προφανέντα αὐτοῦ ἄγγελον, ἀορίστως καὶ ἀπολύτως τοὺς πάντας δηλώσαντες· ἀμείνων δὲ καὶ ἀληθεστέρα ἡ πρώτη λύσις· πλείους τοίνυν αἱ ὀπτασίαι καὶ διάφοροι γεγένηνται τοῖς μαθηταῖς μετὰ τὴν ἀνάστασιν· καὶ οἱ μὲν τάδε εἰρηκέναι αὐτὸν φασιν, οἱ δὲ τάδε καὶ πεπραχέναι· ἔστι δὲ ὅτε καὶ περὶ τοῦ κεφαλαίου λέγοντες, ἀναπληροῖ τὰ ὑπὸ τοῦ προτέρου ἐλλειφθέντα ὁ δεύτερος.

* Luc. X. 1. gr.

* I. Cor. XV. 6.

Praeterea, si undecim solos Servatoris discipulos evangeliorum scriptura agnosceret, sic quoque diceret nulla re hunc sermonem deficere, si catenus mulierum sermonibus non credentes discipulos suos confirmans, semel et iterum ipsis in urbe Hierusalem latentibus apparuit: at in Galilaea nequaquam occulte, neque semel aut iterum, neque ob metum a Iudaeis conclusos, multa cum fiducia apparitione sua deitatisque ostensione dignatus est, semet viventem ostendens post passionem multis cum signis, per quadraginta dies conspicuus et loquens de regno Dei atque conversans; ut in actibus apostolorum Lucas ait. Atque haec prima esto solutio. Quoniam vero apostolorum selecti quidem et summates numerum duodecim explebant; alius autem praeter hos ordo erat discipulorum septuaginta, de quibus dicit Lucas in evangelio: post haec elegit Dominus et alios septuaginta; extra quem numerum erant alii complures Servatori adhaerentes, quos innuit etiam sacer apostolus dicens: « deinde visus est plus quam quingen- » tis fratribus » qui et ipsi discipulorum nomine honestati fuerant, quibus fieri non poterat, ut simul omnibus congregatis semet in urbe Hierusalem ostenderet Dominus post resurrectionem: ideo recte evangelistae duo Lucas et Iohannes solis undecim apparuisse ipsum in urbe Hierusalem scribunt. Reliqui vero duo, non undecim proficisci in Galilaeam, sed omnino cunctis fratribus ait fuisse mandatum ab ipso Servatore et ab angelo antea viso, indefinite inquam et absolute mandatum omnibus aiunt. Ceteroqui melior veriorque est prior solutio. Multoties igitur ac multimodis apparuit discipulis Iesus post resurrectionem. Atque alii aiunt Christum promisisse has visiones, alii vero et praestitisse. Quandoque etiam in rei alicuius narratione, si quid prior historicus praetermisit, id alter supplet.

ΙΑ.

* Cod. A. f. 317.

Φαίη δ' ἄν τις πῶς ὁ μὲν Ματθαῖος πορευθέντας τοὺς ἕνδεκα εἰς τὸ ὄρος τῆς Γαλιλαίας ἑωρακέναι φησὶ τὸν Ἰησοῦν, ὁ δὲ Ἰωάννης μετὰ τὰς δύο ὀπτασίας τὰς εν τῇ Ἱερουσαλὴμ τὸ τρίτον

XI.

Dicet etiam aliquis, quomodo Matthaeus profectos undecim in Galilaeae montem dicat vidisse Iesum, Iohannes autem post duas intra Hierusalem apparitiones, tertio visum

esse Iesum non in Galilaeae monte sed apud mare Galilaeae narret.

Tertio Servatorem apparuisse vere discipulis, ego quoque confiteor; primo, ipsa resurrectionis die, cum mane illum Maria Magdalene vidit. Atque hanc primam visionem Lucas quoque narrat. Secundo, post dies octo, nimirum altera die dominica, qua iterum apparens Servator incredulitatem Thomae sanavit, ostenso ei latere ac manibus. Quia vero iussi fuerant in Galilaeam simul proficisci, feceruntque discipuli undecim mandatum cum reliquis; dum singuli colliguntur, nondum undecim congregatis, sed adhuc expectatis, tertio Iesus apud mare Galilaeae, haud cunctis undecim, sed iis septem tantummodo apparuit quos Iohannes commemorat: hique erant Petrus ac Thomas et Nathanahel, et filii duo Zebedaei, aliique praeterea discipuli duo. Tertio itaque his revera apparuit, nondum undecim congregatis. Quapropter haud omnino excludens reliquos a Servatoris visione Iohannes, post primam alteramque visionem, tertiam adnotavit praedictis tantummodo oblatam iuxta mare Galilaeae. Nihilque obstat quominus posthinc, quarto etiam et quinto et saepius semet spectandum dederit: ideoque Iohannes nullo termino Servatoris actus circumscribit: immo pergens porro ait, alia quoque multa Iesum fecisse. Post hanc ergo praedictis septem discipulis tertiam apparitionem, haud a veritate abludes si quartam dicas illam quam undecim in monte praebitam Matthaeus scriptum reliquit. Post hos vero, absque errore adfirmabis a cunctis una congregatis, undecim videlicet et aliis septuaginta, Iesum fuisse conspectum. Immo Paulus a multo pluribus visum Servatorem post resurrectionem narrat, quam rem ab aliis auditu acceperat. Visus est, inquit, Cephae, deinde duodecim, postea quingentis, tum Iacobo, exin apostolis cunctis, novissime autem omnium etiam mihi. Viden quot hominibus et quoties post resurrectionem apparuerit? Sic etiam latentibus intra Hierusalem apparuit; et ante hos Cleopae socioque Emmauntem euntibus; et primo virorum quidem Simoni, feminarum autem Magdalenae. Hinc Lucas in actibus, quoniam saepe Iesus se discipulis manifestaverat, considerate dicit: per dies qua-

ὦφθαι αὐτὸν οὐκ ἐν τῷ ὄρει τῆς Γαλιλαίας, ἀλλὰ παρὰ τὴν θάλασσαν τῆς Γαλιλαίας ἱστορεῖ.

Τρίτον μὲν ἀληθῶς τοῦτο σύμφημι καὶ αὐτὸς τὸν σωτῆρα ὦφθαι τοῖς μαθηταῖς, τὸ μὲν πρῶτον κατ' αὐτὴν τὴν ἡμέραν τῆς ἀναστάσεως, καθ' ἣν Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ πρωΐας αὐτὸν ἑώρακε· ταύτην δὲ τὴν πρώτην ὀπτασίαν καὶ Λουκᾶς ἱστορεῖ· δεύτερον δὲ μεθ' ἡμέρας ὀκτὼ, δηλαδὴ τῇ ἑτέρᾳ κυριακῇ, καθ' ἣν αὖθις ἐπιφανεὶς ὁ σωτὴρ τὸν Θωμᾶν τῆς ἀπιστίας θεραπεύει, δείξας αὐτῷ τὴν πλευρὰν καὶ τὰς χεῖρας· ἐπεὶ δὲ κεκελευσμένοι ἦσαν ἐπὶ τὴν Γαλιλαίαν ὁμοῦ ἀπαντᾷν, ἔπραττόν τε μετὰ τῶν λοιπῶν οἱ ἕνδεκα τὸ κελευσθὲν, καὶ ὁ καθεῖς αὐτῶν ἐπισυνήγετο, μήπω τῶν ἕνδεκα ἠθροισμένων, ἀλλ' ἔτι μελλόντων, τὸ τρίτον παρὰ τὴν θάλασσαν τῆς Γαλιλαίας, οὐ τοῖς ἕνδεκα φαίνεται, ἀλλὰ μόνοις ἑπτὰ τοῖς ὑπὸ Ἰωάννου δεδηλωμένοις· οὗτοι δὲ ἦσαν Πέτρος καὶ Θωμᾶς καὶ Ναθαναὴλ, δύο τε οἱ υἱοὶ Ζεβεδαίου, καὶ ἄλλοι ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ δύο· τοῦτο δὴ οὖν τρίτον τούτοις ἀληθῶς ὤφθη, οὔπω ἕνδεκα συνηγμένων· διόπερ ἀκριβῶς οὐκ ἀποκλείων καὶ τοὺς λοιποὺς ὁ Ἰωάννης τῆς τοῦ σωτῆρος ὀπτασίας, ἐπεσημήνατο μετὰ τὴν πρώτην καὶ δευτέραν ὀπτασίαν, τὴν τρίτην μόνοις τοῖς κατωνομασμένοις πεποιῆσθαι αὐτὸν ἐπὶ τῆς θαλάσσης τῆς Γαλιλαίας· οὐκ ἀπεικὸς δὲ μετὰ ταῦτα καὶ τέταρτον καὶ πέμπτον καὶ ἄλλοτε καὶ πολλάκις ὦφθαι αὐτόν· διὸ οὐδὲ περιγράφει ὁ Ἰωάννης πάσας τοῦ σωτῆρος τὰς πράξεις· προϊὼν δὲ ἑξῆς φησὶ, καὶ ἄλλα πολλὰ ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς· μετὰ γοῦν τὸ ὦφθαι αὐτὸν τοῦτο τρίτον τοῖς εἰρημένοις ἑπτὰ, τετάρτην ὀπτασίαν οὐκ ἂν ἁμάρτοις τὴν παρὰ τῷ Ματθαίῳ φήσας εἶναι, ἣν ἐν τῷ ὄρει τοῖς ἕνδεκα πεποιῆσθαι ἀνέγραψε· καὶ μετὰ τούτους οὐκ ἂν σφαλείης ὁμοῦ κατὰ ταυτὸν συνηγμένοις ἅμα τοῖς ἕνδεκα καὶ τοῖς ἑβδομήκοντα αὐτὸν ὦφθαι εἰπών· ὁ δὲ Παῦλος καὶ ἔτι τούτων πλείοσιν ἑωρᾶσθαι τὸν σωτῆρα μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἱστορεῖ, τοῦτο παρ' ἑτέρων μαθών· ὤφθη γάρ φησι Κηφᾷ, εἶτα τοῖς δώδεκα *, ἔπειτα πεντακοσίοις, ἔπειτα Ἰακώβῳ, ἔπειτα τοῖς ἀποστόλοις πᾶσιν, ἔσχατον δὲ πάντων φησὶ κἀμοί *· ὁρᾷς ὁσάκις καὶ ὅσοις ὤφθη μετὰ τὴν ἀνάστασιν; οὕτω καὶ τοῖς ἐν Ἱερουσαλὴμ κρυπτομένοις ὤφθη· καὶ πρὸ αὐτῶν τοῖς περὶ Κλεόπαν ἀπιοῦσιν ἐπὶ Ἐμμαοῦν· καὶ πρό γε πάντων, ἀνδρῶν μὲν Σίμωνι, γυναικῶν δὲ τῇ Μαγδαληνῇ· ἔνθεν ὁ Λουκᾶς ἐν ταῖς πράξεσιν ἐπεὶ πολλάκις ἑαυτὸν ἐδείκνυ τοῖς μαθηταῖς, ἐπιτηρεῖ λέγων, ὡς ἄρα δι' ἡμερῶν τεσσαράκοντα

* Ita cod.

* I. Cor. XV. 5-8.

ἐπιφαινόμενος αὐτοῖς καὶ συναυλιζόμενος, τὰ περὶ τῆς βασιλείας τοῦ θεοῦ παρεδίδου μαθήματα, παρῄνει τε ὁρμᾶν εἰς τὴν Ἱερουσαλήμ, κἀκεῖ κηρύττειν Ἰουδαίοις πρώτοις τὸν λόγον· μηδὲ πρότερον ἀναχωρεῖν τῆς πόλεως, ἀλλὰ περιμένειν τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ πατρός, περὶ ἧς μικρὸν ὕστερον διαληψόμεθα 1).

draginta apparens eis atque conversans, regni Dei disciplinam tradebat; monuitque ut Hierusalem pergerent, ibique praedicarent Iudaeis ante omnes doctrinam; neque urbe abscederent, sed expectarent promissionem patris; de qua nos paulo post disseremus.

SUPPLEMENTA MINORA.

Ex chronicis ineditis Georgii Hamartoli et Iohannis siculi 2).

α΄. Εὐσέβιος ἐν τοῖς πρὸς Μαρῖνον τοιάδε φησί. Καὶ γὰρ ἡ τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησία δύο βίους νομοθετεῖ καὶ τρόπους· τὸν μὲν ὑπερφυῆ καὶ τῆς κοινῆς ἀνθρωπίνης πολιτείας ἐπέκεινα, οὐ γάμους, οὐ παιδοποιΐας, οὐ περιουσίας ὕπαρξιν παραδεχόμενον, ἀλλ' ὅλον δι' ὅλου τῆς κοινῆς καὶ συνήθους τῶν βιωτικῶν ἀνθρώπων ἀγωγῆς παρηλλαγμένον, καὶ μόνῃ τῇ τοῦ θεοῦ θεραπείᾳ προσῳκειωμένον, καθ' ὑπερβολὴν ἔρωτος οὐρανίου· οἱ γὰρ τόνδε μετιόντες τὸν τρόπον τεθνάναι δοκοῦντες, τὸν θνητὸν βίον καὶ αὐτὸ μόνον τὸ σῶμα περιφέροντες ἐπὶ γῆς, φρονήματι δὲ τὴν ψυχὴν εἰς οὐρανοὺς μετενηνεγμένοι, οἷά τινες οὐράνιοι, τὸν τῶν ἀνθρώπων ἐφορῶσι βίον, ὑπὲρ τοῦ παντὸς γένους ἀφιερωμένοι τῷ ἐπὶ πάντων θεῷ· οὐ βουθυσίαις καὶ αἵμασιν, οὐδὲ σπονδαῖς καὶ κνίσαις, ἀλλὰ δόγμασιν ὀρθοῖς ἀληθοῦς εὐσεβείας καὶ ψυχῆς διαθέσει κεκαθαρμένης, καὶ προσέτι τοῖς κατ' ἀρετὴν ἔργοις τε καὶ λόγοις· οἷς τὸ θεῖον ἐξιλεούμενοι, τὴν ὑπὲρ αὐτῶν καὶ τῶν ὁμογενῶν ἀποτελοῦσιν ἱερουργίαν· καὶ ὁ μὲν ἐντελὴς καὶ πρῶτος τῆς κατὰ χριστιανισμὸν πολιτείας τρόπος, τοιόσδε καθέστηκεν· ὁ δὲ δεύτερος καὶ ὑποβεβηκώς, ἀνθρωπινώτερος, καὶ τῷ πρώτῳ λίαν ἀσύγκριτος· ὃς καὶ γάμοις συγκατιέναι σώφροσι καὶ παιδοποιΐαις, οἰκονομίας τε τῆς κατὰ τὸ δίκαιον ἐπιμελεῖσθαι, καὶ στρατευομένους, καὶ τὰ πρακτέα ὑποτίθεσθαι, ἀγρῶν τε, καὶ ἐμπορίας, καὶ τῆς ἄλλης πολιτικωτέρας ἀγωγῆς, μετὰ τοῦ θεοσεβοῦς φροντίζειν· οἷς καὶ ἀσκήσεων καιροί, μαθητείας τε καὶ τῶν θείων λογίων ἀκροάσεως ἡμέραι ἀφωρίσθησαν, καὶ δεύτερος εὐσεβείας ἀπενεμήθη βαθμός, κατάλληλον τῷ τοιῷδε βίῳ παρέχων τὴν ὠφέλειαν 3).

1. Eusebius in opere ad Marinum sic ait. Duo constituta sunt in Christi ecclesia vitarum genera; unum quidem eximium, et communem hominum consuetudinem excedens, quod neque nuptiis neque liberis operam dat, neque opum retinet possessionem, totoque ut ita dicam caelo a communi et vulgari saecularium hominum more differt, atque unice Dei famulatui vacat, eximio caelestium rerum amore impulsum. Reapse qui hoc vitae genus sectantur, velut iam mortui, mortificatam vitam et tantum corpore praeditam in terra circumferentes, spiritu autem iam in caelum translato, caelicolarum instar humanas res spectant, quum sint ipsi pro communi salute Deo consecrati; neque cruentis victimis vel libamentis aut adipibus, sed rectis religionis verae dogmatibus animique habitu et operibus verbisque rectis purificati: quibus rebus Deum sibi conciliantes, pro se et ceteris sacerdotio funguntur. Atque hoc perfectum primariumque est christianae vitae genus. Alterum porro vitae genus deterius est, atque humana fragilitate laborans, idque omnino cum superiore comparari nequit: siquidem et modestis indulget nuptiis liberorumque procreationi, et rei familiaris cum aequitate curam gerit, et militibus officia imperat, et agriculturam, mercaturam, ac cetera publica negotia non sine pietate exercet. Hi ceteroquin homines certa habent religiosi cultus et eruditionis tempora, et divinorum eloquiorum auditioni vacant: atque his secundus adtributus est pietatis gradus, qui congruam huic vitae utilitatem praebet.

1) Nempe inferius n. 9. 10. ubi Christi sermones et dona ante ascensionem.

2) Perpetuus admirator Eusebii Georgius certe fuit; nam et eius chronicon non semel citat, et quidem cum insigni laude auctoris v. gr. cod. vat. f. 19. 40. b. 124. b. Ὁ πολυμαθὴς καὶ πολυΐστωρ Εὐσέβιος διακριβεστάτην τῶν χρόνων ἀναγραφὴν ποιησάμενος. Item: ὁ πολυμαθὴς etc. ἐκ τοῖς χρονικοῖς κανόσι.

3) Habent fragmentum hoc brevius Suidas voc. Εὐσέβιος, et Cedrenus ed. paris. p. 201.

Ex graeco scholiaste ad Marcum apud Rich. Simonium in historia critica interpretum novi testamenti cap. VI.

2. Propheticum dictum hoc Malachiae est, non Isaiae. Mendum ergo librarii est, ut ait Eusebius caesariensis in libro ad Marinum de apparente in evangeliis dissonantia circa resurrectionem.

β'. Τοῦτο τὸ προφητικὸν ῥητὸν Μαλαχίου ἐστὶν, οὐχ Ἡσαΐου 1)· γραφέως τοίνυν ἐστὶ σφάλμα, ὥς φησιν Εὐσέβιος ὁ Καισαρείας ἐν τῷ πρὸς Μαρῖνον περὶ τῆς δοκούσης ἐν τοῖς εὐαγγελίοις περὶ τῆς ἀναστάσεως διαφωνίας.

Ex Possini catena in Marcum p. 343. ubi de Cyrenaeo crucem Domini baiulante.

3. Neque enim Iudaeorum quisquam in urbe dignus erat, ut ait Eusebius capite XIII. ad Marinum, qui trophaeum de diabolo, crucem scilicet, ferret. Quare delectus ille est qui ex agro veniebat, neque ullo modo in Christi necem conspiraverat.

γ'. Οὐ γὰρ ἦν ἄξιός τις ἐν τῇ πόλει Ἰουδαίων, ὥς φησιν Εὐσέβιος κεφαλαίῳ ιγ' a) πρὸς Μαρῖνον, τὸ κατὰ τοῦ διαβόλου τρόπαιον τὸν σταυρὸν βαστάσαι· ἀλλ' ὁ ἐξ ἀγροῦ, ὃς μηδὲν ἐπικεκοινώνηκε τῇ κατὰ Χριστοῦ μιαιφονίᾳ 2).

Ex Corderii catena in Iohannem p. 436.

4. Eusebius caesariensis, qui Pamphili appellatur, in quaestionibus ad Marinum de Servatoris passione ac resurrectione, hoc quoque expendit, quod divus scilicet evangelista Marcus ait, hora tertia Christum Deum ac Servatorem cruci fuisse suffixum; theologus autem summus Iohannes hora sexta ait Pilatum sedisse pro tribunali in loco qui appellabatur lithostrotos ad dicendam adversus Iesum sententiam Porro Eusebius contendit, amanuensis id esse erratum, quod ii qui principio evangelia exscripserunt haud senserint. Nam quum littera gamma (Γ) *tertiam* significet horam; episemon (ϛ) autem *sextam;* quumque hi characteres permultam habeant inter se similitudinem; mendose elementum gamma,

δ'. Εὐσέβιος ὁ καισαρεὺς ὁ Παμφίλου προσαγορευόμενος, ἐν ταῖς πρὸς Μαρῖνον ἐπὶ τοῦ b) σωτηρίου c) πάθους καὶ τῆς ἀναστάσεως ζητήσεσι καὶ ἐπιλύσεσι, καὶ ταῦτα προὔθηκεν εἰς ἐξέτασιν, τὸ τὸν μὲν θεῖον εὐαγγελιστὴν Μάρκον εἰπεῖν ὥραν εἶναι τρίτην καθ' ἣν ἐσταυρώθη Χριστὸς ὁ θεὸς καὶ σωτὴρ ἡμῶν· τὸν δὲ θεολογικώτατον Ἰωάννην κατὰ τὴν ἕκτην ὥραν 3) γράψαι προκαθεσθῆναι τὸν Πιλάτον ἐπὶ τοῦ βήματος ἐν τῷ λιθοστρώτῳ τῷ καλουμένῳ, καὶ ἀνακρίνειν τὸν Ἰησοῦν· καί φησι γραφικὸν εἶναι τοῦτο σφάλμα, παρεραθὲν παρὰ τῶν ἐξ ἀρχῆς ἀπογραψαμένων τὰ εὐαγγέλια· τοῦ μὲν γὰρ γάμμα στοιχείου τὴν τρίτην ὥραν σημαίνοντος, τοῦ δὲ ἐπισήμου τὴν ἕκτην, καὶ πολλὴν ἐμφέρειαν ἐχόντων πρὸς ἀλλήλους τούτων τῶν χαρακτήρων, κατὰ

a) Notandus est vigilanter lectori hic numerus, quo docemur quodammodo (nisi est mendum κεφαλ' ιγ. pro καισαρεύς) quanta pars operis eusebiani ad Marinum nobis desit ante illas postremas de resurrectione quaestiones. Certe Eusebium hoc libro ad Marinum complexum fuisse quaestiones non solum circa resurrectionem, verum etiam circa passionem, perspicue cognoscimus ex sequente corderianae catenae loco. Nisi forte suspicari placet, Eusebii istud de Cyrenaeo dictum obiter potius occurrere in postrema quavis quaestione. Neque sane intelligere licet eo numero Marci capitulum, quod quidem in vetere stichometria est CCVIIII, in nova divisione est XV. Certe ubi in nostra hac editione p. 25[illegible]. dicit Eusebius in libri exordio ἠρώτας δὲ πρῶτον, cavebit admodum eruditus lector ne intelligat primam fuisse libri ad Marinum quaestionem illam quae sequitur *de sero sabbatorum.* Breviator quippe, resecata, ut videtur, ingenti priore parte, ad postrema operis capita properavit. — b) Tam editio, quam codex vat. habent ἐπὶ ταῖς τοῦ. — c) Vocabulum σωτήριος apud Eusebium nostrum non tam adiectivo sensu *salutaris*, quam substantivo obliquo *Servatoris*, plerumque esse intelligendum, pluribus in locis patet. Id facit etiam Ambrosius apud nos p. 2[illegible]. qui ait *Domini salutaris*, pro *domini Salvatoris.*

1) Sermo est de prophetico loco apud Matth. III. et Marc. I. *parate viam Domini rectas facite semitas eius.* Eusebium vero nostrum legisse se declarat Hieronymus in comm. ad Matth.: *quum testimonium de Malachia Isaiaque contextum sit, quaerit Porphyrius quomodo velut ab uno Isaia exemplum putemus assumtum? cui ecclesiastici viri plenissime responderunt. Nos autem nomen Isaiae putamus additum scriptorum vitio.* Eamdem quaestionem versat Hieronymus epist. LVII. 9

2) Eusebii hunc locum exprimit Ambrosius in comm. ad Luc. lib. X. 107: *non iudaeus est qui crucem portat, sed alienigena atque peregrinus.*

3) Quaestionem hanc de tertia et sexta hora legebam etiam in codice quodam vaticano, olim card. Sirleti; unde aliquam emendationem accersivi; quamquam ne hic ipse quidem codex sine ullo mendo est. Eadem quaestio legitur in parisiacis quoque codicibus, teste Harlesio in Fabricii bibliotheca T. VII. p. 402.

πλάνην τὸ γάμμα στοιχεῖον τὸ τῆς τρίτης ὥρας δηλωτικὸν, κυρτωθείσης τῆς ἀποτεταμμένης εἰς μῆκος εὐθείας, εἰς τὴν τοῦ ἐπισήμου μεταχωρῆσαι σημασίαν, τοῦ τῆς ἕκτης ὥρας δηλωτικοῦ· τῶν γὰρ τριῶν εὐαγγελιστῶν, τοῦ τε Ματθαίου καὶ Μάρκου καὶ τοῦ Λουκᾶ συμφώνως λεγόντων ὡς ἀπὸ ἕκτης ὥρας σκότος ἐγένετο ἐφ᾽ ὅλην τὴν γῆν ἕως ὥρας ἐννάτης *a*), πρόδηλον ὡς ὁ κύριος καὶ θεὸς Ἰησοῦς πρὸ τῆς ἕκτης ὥρας *b*), πρὸ τοῦ γενέσθαι τὸ σκότος, ἐσταύρωτο, δηλαδὴ κατὰ τὴν τρίτην ὥραν, ὡς ὁ Μάρκος ἱστόρησε· καὶ τοῦ Ἰωάννου τὸν ὅμοιον τρόπον τὴν ὥραν τρίτην εἶναι ἐπισημηναμένου, καὶ τῶν ἀπογραψαμένων τὸ γάμμα μεταθέντων εἰς τὸ ἐπίσημον.

quo demonstratur hora tertia (curvata, quae porrigebatur in extensum, recta) ad episemi figuram redactum fuit, quod sextam indicat horam. Sane quum evangelistae tres, Matthaeus, Marcus atque Lucas concorditer adfirment, ab hora sexta tenebras factas esse in universa terra usque ad nonam; patet omnino, dominum ac Deum Iesum ante horam sextam, priusquam scilicet fierent tenebrae, in crucem esse sublatum, nempe circa horam tertiam, ut Marcus narrat. Quare et Iohannes aeque tertiam horam prodidit; quamquam postea amanuenses gamma in episemon commutaverunt.

Ex Possini catena in Marcum p. 364.

ε΄. Ἐφάνη πρῶτον Μαρίᾳ τῇ Μαγδαληνῇ· ταύτην Εὐσέβιος ἐν τοῖς πρὸς Μαρῖνον ἑτέραν λέγει Μαρίαν παρὰ τὴν θεασαμένην τὸν νεανίσκον· ἢ καὶ ἀμφότεραι ἐκ τῆς Μαγδαληνῆς ἦσαν.

5. Apparuit primo Mariae Magdalenae. Hanc Eusebius in opere ad Marinum diversam esse ait Mariam ab illa quae iuvenem vidit. Vel etiam ambae Magdalo oriundae erant.

Ex Ioh. Xiphilino patriarcha in homilia inedita
quam habuit in dominica de mulieribus aromata ferentibus cod. vat. p. 160.

ς΄. Εὐσέβιος φησὶν ὁ Καισαρείας ὡς Μαρία μὲν ἡ Μαγδαληνὴ καὶ Μαρία ἡ Ἰακώβου, ἡτοίμασαν ἀρώματα· οὐκ αὗται δέ εἰσιν αἱ πρωῒ ἐλθοῦσαι ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου, ἀλλ᾽ ἄλλαι ἀνώνυμοι· πολλαὶ γὰρ ἦσαν αἱ συναναβᾶσαι τῷ σωτῆρι ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας· ὅθεν οὐδὲ νύκτα παραγίνονται, ἀλλὰ πρωΐ· καὶ ἀκούσασαι ἀπαγγεῖλαι τοῖς μαθηταῖς καὶ τῷ Πέτρῳ ἔφυγον, καὶ οὐδενὶ οὐδὲν εἶπον· ἐφοβοῦντο γάρ· ὡς γὰρ μετὰ ἀνατολὴν ἡλίου ἐπιστᾶσαι, οὐδὲ τὸν σωτῆρα θεάσασθαι καταξιοῦνται· οὐδὲ οἷόν τε ἦν τὴν Μαγδαληνὴν μετὰ τοσαύτας θέας, ἡλίου ἀνατείλαντος ἀπορεῖν καὶ ἀγνοεῖν τίς ἀποκυλίσει τὸν λίθον.

6. Eusebius vero caesariensis ait, Mariam quidem Magdalenem, et Mariam Iacobi unguenta paravisse; neque tamen easdem esse quae mane venerunt orto iam sole, sed anonymas alias: multae enim ex Galilaea cum Servatore ascenderant. Quamobrem hae neque noctu illuc adfuerunt, sed mane; eaedemque mandato audito ut discipulis Petroque rem nunciarent, fugerunt nemini quicquam dicturae, quia extimuerant. Proinde etiam quia post solis ortum advenerant, videre Servatorem haud dignae fuerunt. Neque demum fieri potuit, ut Magdalene post tot tantasque visiones, sole orto, adhuc dubitaret, nesciens quisnam lapidem foret revoluturus.

Ex Anastasio sinaita quaest. CLIII.

ζ΄. Εὐσεβίου ἐκ τῶν πρὸς Μαρῖνον 1). Τρεῖς γοῦν τὰς πάσας Μαρίας τῷ πάθει τοῦ Χριστοῦ μετὰ τῶν ἄλλων γυναικῶν εὑρίσκομεν· πρώτην μὲν θεοτόκον, δευτέραν δὲ τὴν ἀδελφὴν αὐτῆς Μαρίαν τὴν τοῦ Κλεωπᾶ, καὶ τρίτην τὴν Μαγδαληνήν· τινὲς δὲ φασὶν ἐξ αὐτῶν δύο εἶναι Μαγδαληνάς· μίαν μὲν, τὴν ὀψὲ σαββάτων

7. Eusebii ex opere ad Marinum. Tres igitur omnino Marias passioni Christi cum feminis aliis praesentes deprehendimus; primam Deiparam, secundam huius sororem Mariam Cleopae, tertiam Magdalenem. Quidam vero interpretes aiunt duas esse Magdalenas, unam quae sero sabbatorum apud Matthaeum, al-

a) Male cod. ἀναστάσεως pro ἐννάτης. — *b*) Deest in cod. ὥρας.

1) Hanc quoque quaestiunculam cum codice columnensi, nunc vaticano, utiliter contuli.

teram quae apud Iohannem mane ad monumentum venit. Eandem hanc esse, de qua et Marcus loquitur, et de qua daemonia septem eiecta fuerant. Namque aliam, inquit Eusebius, non hanc, Magdalenem prae oculis habens Marcus ait: « quum autem surrexisset, » mane una sabbatorum apparuit primo Mariae Magdalenae, de qua septem daemonia eiecerat. » Atque haec videtur quae audiit, ne me tangas, non quae apud Matthaeum. Nam ut verissimum sit, illam quoque Magdalo fuisse oriundam, haud tamen paria probra de ea narrat scriptura. Quod si unam eandemque Magdalenem quis dicat, adhuc tamen veridica sunt sacra evangelia, neque ullo modo inter se discrepant; siquidem eandem exhibent Mariam Magdalenem et non tangentem primo Iesum cum erat incredula, et deinde tangentem statim ac iussa est gaudere cum alia Maria. Quippe illum postremo ut Deum adoravit, non hominis instar habuit, velut initio cum flebat eratque incredula.

παρὰ τῷ Ματθαίῳ· ἑτέραν δὲ τὴν παρὰ τῷ Ἰωάννῃ πρωΐας ἐπὶ τὸ μνημεῖον ἐλθοῦσαν, ταύτην δὲ εἶναι τὴν καὶ Μάρκῳ δηλουμένην, ἀφ' ἧς ἐκβεβλήκει ἑπτὰ δαιμόνια· ὡς γὰρ οὔσης καὶ ἑτέρας, φησὶν, οὐ τοιαύτης Μαγδαληνῆς, ἐτήρησεν ὁ Μάρκος τοῦτο εἰπών· ἀναστὰς δὲ, πρωῒ τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων ἐφάνη Μαρίᾳ πρῶτον τῇ Μαγδαληνῇ, ἀφ' ἧς ἐκβεβλήκει ἑπτὰ δαιμόνια· καὶ ταύτην ἴσως εἶναι τὴν ἀκούσασαν, μή μου ἅπτου, ἀλλ' οὐ τὴν παρὰ τῷ Ματθαίῳ· εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα κἀκείνη ἀπὸ τῆς Μαγδαληνῆς ὡρμᾶτο, ἀλλ' οὐ τὰ ὅμοια καὶ αὐτῆς ἡ θεία κατηγορεῖ γραφή· εἰ δὲ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν Μαγδαληνὴν a) φήσειέν τις, καὶ οὕτως ἀληθεύοι ἂν τὰ ἱερὰ εὐαγγέλια, κατ' οὐδένα λόγον διαφωνοῦντα· τὴν αὐτὴν δὲ Μαρίαν τὴν Μαγδαληνὴν εἰσάγονται μὴ ἁπτομένην πρότερον τοῦ κυρίου, ὅτε ἔκλαιε καὶ ἠπίστει· καὶ ἁπτομένην αὐτοῦ, ὅτε χαίρειν μετὰ τῆς ἄλλης Μαρίας ὑπ' αὐτοῦ κελεύεται· ἐπειδὴ γὰρ ὡς θεὸν αὐτὸν προσεκύνησεν ἔσχατον, καὶ οὐχ ὡς ἄνθρωπον, ὡς πρότερον ὅτε ἔκλαιε καὶ ἠπίστει.

Ex eodem Anastasio ibidem.

8. Eusebii ex opere ad Marinum. Iam quod ambigitur, quomodo Matthaeus visum narret discipulis Dominum in Galilaeae monte, Iohannes autem circa mare Tiberiadis; aio equidem, haud semel et iterum, sed multoties Iesum esse conspectum. Quare minime errabis si quartam visionem esse illam putaveris, quae apud Matthaeum fit. Hanc quippe haud circa mare Galilaeae spectantibus eum, sed in monte discipulis undecim contigisse scribit Matthaeus: « undecim autem » discipuli perrexerunt in montem, prout » condixerat illis Iesus, quem ibi conspectum adoraverunt. » Post haec sine errore dices, iisdem undecim discipulis congregatis, nec non aliis septuaginta, Iesum apparuisse. Immo apostolus multo adhuc pluribus visum esse Dominum post resurrectionem his verbis narrat: « quia surrexit tertia » die secundum scripturas, visusque Petro » est, tum duodecim, deinde plus quingentis fratribus simul. » Viden quoties et quot hominibus post resurrectionem conspectus fuerit? Sic enim apparuit latitantibus intra Hie-

η'. Εὐσεβίου ἐκ τῶν πρὸς Μαρῖνον· Περὶ δὲ τοῦ ἐπαπορεῖν πάλιν πῶς παρὰ τῷ Ματθαίῳ εἰς τὴν Γαλιλαίαν ὦφθαι τὸν κύριον τοῖς μαθηταῖς ἐν τῷ ὄρει, παρὰ δὲ τῷ Ἰωάννῃ παρὰ τὴν θάλασσαν τῆς Τιβεριάδος, ἐροῦμεν ὅτι οὐ μόνον ἅπαξ καὶ δὶς, ἀλλὰ καὶ πολλάκις, ὦφθαι αὐτόν· διὸ τετάρτην ὀπτασίαν οὐχ ἁμάρτοις τὴν παρὰ τῷ Ματθαίῳ φήσας εἶναι, ἣν οὐ παρὰ τὴν θάλασσαν τῆς Γαλιλαίας, οὐδὲ τοῖς ὀπτανομένοις, ἀλλ' ἐν τῷ ὄρει τοῖς ἕνδεκα πεποιῆσθαι ἀνέγραψεν ὁ Ματθαῖος, εἰπών· οἱ δὲ ἕνδεκα μαθηταὶ ἐπορεύθησαν εἰς τὸ ὄρος, οὗ ἐτάξατο αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· καὶ ἰδόντες αὐτὸν προσεκύνησαν· καὶ μετὰ τοῦτο οὐκ ἂν σφαλείης εἰπὼν ὁμοῦ κατ' αὐτὸ συνηγμένοις αὐτοῖς τοῖς ἕνδεκα μαθηταῖς ἅμα καὶ τοῖς ἑβδομήκοντα ὦφθαι αὐτόν· ὁ δὲ ἀπόστολος καὶ ἔτι τούτων πλείοσιν ἑωρᾶσθαι τὸν κύριον μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἱστορεῖ λέγων * « ὅτι » ἐγήγερται τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ κατὰ τὰς γραφὰς, » καὶ ὤφθη Κηφᾷ, ἔπειτα τοῖς δώδεκα, ἔπειτα » ὤφθη ἐπάνω πεντακοσίοις ἀδελφοῖς ἐφάπαξ· » ὁρᾷς ὁσάκις καὶ ὅσοις ὤφθη μετὰ τὴν ἀνάστασιν; οὕτω καὶ τοῖς ἐν Ἱερουσαλὴμ κρυπταζομένοις διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων, καὶ πρό γε

* I. Cor. XV. 4.

a) Deest in codice columnensi Μαγδαληνήν.

πάντων ἀνδρῶν Σίμωνι τῷ Πέτρῳ, γυναικῶν δὲ ταῖς ἀμφὶ τὴν Μαγδαληνήν· ὅθεν καὶ ὁ Λουκᾶς φησὶ « δι' ἡμερῶν τεσσαράκοντα ἐπτανόμε» νος καὶ συναυλιζόμενος αὐτοῖς, τὰ τῆς βασι» λείας τοῦ Θεοῦ παρεδίδου μαθήματα. »

rosolyma propter metum a Iudaeis; et primo virorum Simoni Petro, feminarum autem Magdalenae. Quare et Lucas ait « per dies qua» draginta apparens eis, cum iisque conver» sans doctrinam de regno Dei tradidit. »

Ex eodem Anastasio quaest. CXLVIII.

θ'. Εὐσεβίου ἐκ τοῦ πρὸς Μαρῖνον a). Καὶ τὸ μὲν ὑπὸ Χριστοῦ ἐμπνευσθὲν πνεῦμα ἅγιον τοῖς ἀποστόλοις, λυτικὸν καὶ συγχωρητικὸν ἦν b) πάσης ἁμαρτίας· τὸ δὲ ἐπηγγελμένον τὸ βαπτισθήσεσθαι αὐτοὺς ἐν ἁγίῳ πνεύματι, καὶ μετασχεῖν δυνάμεως ἐνεργημάτων, ἐνεργητικῆς μὲν τῶν μελλόντων δι' αὐτῶν ἀποτελεῖσθαι θαυμάτων, ἐνστατικῆς δὲ καὶ καρτερικῆς τῶν μελλόντων αὐτοῖς ἐπανίστασθαι κινδύνων· πρὸ γὰρ ταύτης τῆς δυνάμεως κηρύττειν αὐτοὺς τοῖς ἔθνεσιν οὐκ ἐβούλετο, ἀλλ' ἐκδέχεσθαι καὶ περιμένειν αὐτὴν ἐξ ὕψους μετασχεῖν· τοῦτο δὲ καὶ ὁ ἀπόστολος τὸ χάρισμα ἰδίως ἀφορίζων τῶν λοιπῶν ἐνεργειῶν τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐδίδασκε λέγων *· « ἄλλῳ δὲ ἐνεργήματα δυνάμεων »· καὶ ἡ προφητεία φησὶ *· « κύριος δώσει ῥῆμα τοῖς εὐαγ» γελιζομένοις δυνάμει πολλῇ· » ἧς δυνάμεως ὅτε μήπω μετεῖχον, ἠρνήσαντο αὐτὸν οἱ πάντες καὶ ἐσκανδαλίσθησαν κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους· ὅτε δὲ μετέσχον αὐτῆς, πάντες ταῖς ὑπὲρ Χριστοῦ μαρτυρίαις τε καὶ ὁμολογίαις διέπρεψαν· ἀνακαινίζων γὰρ τὸν ἄνθρωπον ὁ κύριος, καὶ ἣν ἀπώλεσε χάριν ἐκ τοῦ ἐμφυσήματος τοῦ Θεοῦ, ταύτην πάλιν ἀποδιδούς, ἐνεφύσησεν εἰς τὰ πρόσωπα τῶν μαθητῶν λέγων « λάβετε πνεῦμα ἅγιον. »

* I. Cor. XII. 10.
* Ps. LXVII. 12.

9. Eusebii ex opere ad Marinum. Spiritus sanctus a Christo in apostolos per flatum immissus, peccati omnis solvendi dimittendique vim habebat. Iam promissio, fore ut baptizarentur sancto Spiritu, significabat compotes eos futuros facultatis rerum gerendarum, cuius ope patraturi erant miracula, vimque etiam recepturi atque constantiam adversus ea quae instabant pericula. Ante enim hanc acceptam virtutem noluit eos gentibus praedicare; sed praestolari iussit atque manere, donec eam ex alto reciperent. Donum hoc etiam apostolus satis a reliquis sancti Spiritus operationibus discernere se significat dum ait: « alii opera» tiones virtutum. » Tum prophetia dicit: « Do» minus dabit verbum evangelizantibus vir» tute multa. » Qua virtute cum nondum erant potiti, negaverunt eum omnes, et scandalo passionis tempore lapsi sunt: illa autem impetrata, cuncti protinus confessionibus testimoniisque pro Christo editis inclaruerunt. Renovat enim hominem Deus: ita ut quam gratiam homo amiserat, Dei olim inspiratione conlatam, eidem hanc rursus Deus attribuerit, in faciem discipulorum inspirans his verbis: « accipite Spiritum sanctum. »

Ex Macarii Chrysocephali 1) florilegio apud Villoisonum anecdot. T. II. p. 74.

ι'. Εὐσέβιος δὲ ὁ Παμφίλου ἐν τῇ πρὸς Μαρῖνον ἐπιστολῇ 2) οὕτως ἐξηγεῖται τὸ προτεθέν, ὅτι διαιρέσεις χαρισμάτων εἰσὶ κατὰ τὸν ἀπόστολον, τὸ δὲ αὐτὸ πνεῦμα· καὶ πάλιν· ἑκάστῳ δίδοται ἡ φανέρωσις πρὸς τὸ συμφέρον· ᾧ μὲν γὰρ διὰ τοῦ πνεύματος δίδοται λόγος σοφίας, ἄλλῳ δὲ λόγος γνώσεως κατὰ τὸ αὐτὸ πνεῦμα· ἑτέρῳ δὲ πίστις ἐν τῷ αὐτῷ πνεύματι, ἄλλῳ δὲ ἐνεργήματα c) δυνάμεων, ἄλλῳ δὲ προφητεῖαι, ἄλλῳ δὲ διακρίσεις πνευμάτων, ἑτέρῳ δὲ γένη γλωσ-

10. Eusebius Pamphili in epistola ad Marinum quaestionem sic explicat, quod nempe divisiones gratiarum sunt, ut ait apostolus, idem autem Spiritus. Rursusque, quod unicuique lumen prout opus fuerit adtribuitur; alii quidem sermo scientiae secundum eundem Spiritum; alii fides in eodem Spiritu, alii prodigiorum virtus, alii prophetiae, alii discretiones spirituum, alii linguarum multitudo: quae tamen omnia operatur unus

a) Verba ἐκ τοῦ πρὸς Μαρῖνον desunt in codice columnensi. — b) Deest ἦν in codice. Sed tamen cetera pleraque meliora sunt in codice quam in gretseriana Anastasii editione, quae pluribus heu mendis laborat. — c) Xiph. ἐνεργήματι.

1) Est hic idem Macarius Chrysocephalus, qui mihi S. Cyrilli fragmenta commentariorum ad Lucam non contemnenda obtulit. Eiusdem Macarii locos dogmaticos protuli identidem in meis ad Nicephorum scholiis.

2) Xiphilinus in dominica Thomae cod. vat. p. 149. recitat hoc ipsum Eusebii fragmentum

idemque Spiritus, dividens singulis prout vult. Demonstrat enim apostolus unius eiusdemque spiritus multas esse virtutes, diversorum operum effectrices. Cogita igitur utrum nunc Christus singularem aliquam gratiam discipulis contulerit, haud quidem ad mortuos suscitandos prodigiaque efficienda, sed ad dimittenda peccata. Sunt enim, ut diximus, diversa Spiritus dona. Quamobrem nunc addidit : quorum remiseritis peccata, remittuntur, etc. quibus verbis ostendit a se hoc genus gratiarum nunc illis esse conlatum. Post eiusdem vero ascensionem, Spiritus superveniens miraculorum quoque et omnimodae gratiae vim virtutemque ipsis adtulit. Quare nunc sine articulo (πνεῦμα pro τὸ πνεῦμα) ait: accipite Spiritum sanctum; significans; partem se quandam efficacis Spiritus adtribuere. De ipso autem Spiritu ait, accipietis virtutem supervenientis in vos Spiritus.

σων· πάντα δὲ ταῦτα ἐνεργεῖ ἓν μὲν καὶ τὸ αὐτὸ πνεῦμα, διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ καθὼς βούλεται· σαφῶς γὰρ διὰ τοῦ ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ πνεύματος, πολλὰς εἶναι παρέστησε δυνάμεις, διαφόρων πραγμάτων ἐνεργητικάς· ὅρα τοίνυν μήπως ἐνταῦθα ἐξουσίαν τινὰ μερικὴν καὶ χάριν πνευματικὴν δέδωκεν αὐτοῖς· οὐχ ὥστε νεκροὺς ἐγείρειν, καὶ δυνάμεις ποιεῖν, ἀλλ' ὥστε ἀφιέναι ἁμαρτήματα· διάφορα γὰρ τὰ χαρίσματα τοῦ πνεύματος· διὸ καὶ συνάπτει λέγων, ἄν τινων ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀφίενται αὐτοῖς· καὶ τὰ ἑξῆς· δεικνὺς ὅτι τοῦτο τὸ εἶδος τῶν πνευματικῶν χαρισμάτων αὐτοῖς ἐδωρήσατο· μετὰ δὲ τὴν ἀνάληψιν αὐτὸ τὸ πνεῦμα κατελθὸν, καὶ τῶν σημείων καὶ παντὸς ἑτέρου χαρίσματος τὰς δυνάμεις δὴ a) καὶ ἐνεργείας αὐτοῖς ἐχορήγησε· διὰ τοῦτο ἐνταῦθα μὲν ἄνευ ἄρθρου εἶπε, λάβετε πνεῦμα ἅγιον, δηλῶν ὅτι μερικήν τινα τοῦ πνεύματος ἐνέργειαν δίδωσιν αὐτοῖς· περὶ b) δὲ ἐκείνου φησί· λήψεσθε δύναμιν ἐπελθόντος τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐφ' ὑμᾶς 1).

Deinde prosequitur apud Xiphilinum Eusebius iisdem verbis quibus in praecedente fragmento apud Anastasium; nempe πρὸ γὰρ ταύτης τῆς δυνάμεως *etc. usque ad* καὶ ἐμελογίαις διέπρεψαν.

a) Deest δὴ apud Xiphilinum. — b) Xiphilinus παρά.

1) Hactenus supplementa posuimus ex iis tantummodo locis, in quibus opus Eusebii nominatim ad Marinum laudatur. Ceteroquin quanta pars eusebianarum quaestionum tum ad Stephanum tum ad Marinum in commentario S. Ambrosii ad Lucae evangelium supersit, item quanta in Hieronymi ad Matthaeum commentario occurrat, in subsequentibus paginis, partim saltem, demonstrabimus. Legendus quoque Augustinus de consensu evangelistarum, et in quaestionibus evangelicis; item anonymum opus quaestionum veteris et novi testamenti; nec non seu falsus Chrysostomus seu Titus bostrensis; tum Hesychius hierosolymitanus, ac Iohannes thessalonicensis, in quaestionibus aeque evangelicis; qui auctores omnes eusebiano a fonte multifariam et affatim hausisse videntur. Sed enim nos multo plures eusebianarum quaestionum credibiliter expilatores, vel certe imitatores, in praefatione recensuimus. Porro ab his veterum lucubrationibus medii quoque et infimi aevi interpretes solutiones suas prout libitum fuit derivaverunt.

EX QUAESTIONIBUS EUSEBII EXCERPTA

APUD SS. AMBROSIUM ET HIERONYMUM.

Euseb. quaest. p. 220. seqq.

Lib. II. 1-2. Latent quidem divina mysteria; sed tamen ex ceteris factis atque praeceptis Domini salutaris possumus intelligere et hoc perpensioris fuisse consilii, quod ea potissimum electa est ut Dominum pareret, quae erat desponsata viro. Cur autem non ante quam desponsaretur, impleta est? fortasse ne diceretur, quod conceperat ex adulterio. Quin etiam locupletior testis pudoris maritus adhibetur; qui posset et delere iniuriam, et vindicare opprobrium, si non agnosceret sacramentum. Quid quod etiam fides Mariae verbis maior adsciscitur, et mendacii causa removetur? Videretur enim culpam obumbrare voluisse mendacio innupta praegnans. Causam autem mentiendi indesponsata non habuit; cum coniugii praemium et gratia nuptiarum, partus sit feminarum. Non mediocris quoque causa est, ut virginitas Mariae falleret principem mundi, qui cum desponsatam viro cerneret, partum non potuit habere suspectum. Fallendi autem principis mundi fuisse consilium, ipsius Domini verba declarant, cum apostoli iubentur tacere de Christo, cum sanati prohibentur gloriari de remedio, cum daemones praecipiuntur silere de Dei filio.

Lib. III. 1. De generationibus dicturi, quarum nonnullam videmus in evangelio secundum Matthaeum, vel in Luca, cuius interpretationem habemus in manibus, esse distantiam; quoniam non est credibile adversantia sibi sanctos viros potuisse dicere, de gestis praesertim domini Salvatoris; quanto studio possumus, non dixisse eos discrepantia, demonstremus.

3. Cur Ioseph magis quam Mariae generatio describatur, cum Maria de Spiritu sancto generaverit Christum, et Ioseph a generatione Domini videatur alienus, dubitare possemus, nisi consuetudo nos instrueret scripturarum, quae semper viri originem quaerit. Sic enim habes. Phares fuit filius Iudae principis tribus: *hic generavit Hesron, et Hesron generavit Aram, et Aram generavit Hamminadab, et Hamminadab generavit Nahasson* etc. Viri enim persona quaeritur, qui etiam in senatu et reliquis curiis civitatum generis adserit dignitatem. Quam deforme autem, si relicta viri origine, origo feminae quaereretur, ut videretur patrem non habuisse ille totius mundi populis praedicandus?

Quaest. p. 227.

4. Sed etiam alibi diverso ordine generationem doceamus esse decursam; ne hic quoque evangelistae discrepare videantur, qui veterem ordinem sunt secuti. Sic enim habes: *fuit homo ex Arath, et nomen eius Helcana, filius Hieremiel, filius Heli, filius Osi de monte Ephraim.* Vides et a patribus ad filios, et a filiis ad patres originis descriptionem veteri more contextam. Vides ubique familiam per virorum generationes esse decursam. Noli mirari si Matthaeus ab Abraham usque ad Ioseph, Lucas a Ioseph usque ad Adam, et ad Deum generationum ordinem percurrit. Noli mirari quod Ioseph origo descripta est. Etenim secundum carnem natus, usum debuit sequi carnis: et qui in saeculum venit, saeculi debuit more describi; maxime cum in Ioseph origine, etiam origo sit Mariae. Nam cum vir iustus fuerit Ioseph, utique ex tribu sua et ex patria sua accepit uxorem: nec potuit iustus facere contra id quod lege praescriptum est. Sic enim habes, quia unusquisque in hereditatem tribus suae patriae adhaerebunt filii Israhel, nec de tribu ad tribum transibunt: et omnis filia quae habet hereditatem tribuum filiorum Israhel, uni ex populo et ex tribu patris sui erit uxor. Itaque et census tempore adscendit Ioseph de domo et de patria David, ut profiteretur cum Maria uxore sua. Quae ex eadem domo et ex eadem patria professionem defert, utique eiusdem tribus et eiusdem patriae se esse designat.

Quaest. p. 219

Quaest. p. 221 et 277.

5. Cognata quoque Mariae inducitur Elisabeth: primo quod omnes Iudaei cognati, quemadmodum et apostolus docuit dicens: *optabam enim anathema esse ipse pro fratribus meis secundum carnem, qui sunt Israelitae.* Cognatae ergo, quia ambae israelitae erant: simul et cognatae quia ambae erant ex tribu Iuda. Didicisti ex tribu Iuda Mariam, disce et Elisabeth 1). *Nam exsurgens Maria in diebus illis, abiit in montana cum festinatione, in civitatem*, inquit, *Iudae, et intravit in domum Zachariae.* Cum enim intra tribus suas Moyses habitare unumquemque praescripserit; utique cum in civitate Iudae manserit, erat et in tribu Iuda; maxime cum ex genere Elisabeth fuerint sacerdotes, quorum Deus portio est. Simul quam pulcrum, ut cum illa praenuntium Christi, Christum ista generaverit: et altera de Spiritu sancto conceperit, altera sancto repleta Spiritu prophetaverit; secundum carnem quoque videantur fuisse cognatae, quae secundum Deum spiritualis cognationis consortio non carebant! Quod si omnis feminae caput vir, secundum sanctum apostolum, et sunt duo in carne una secundum legem divinam; utique ii qui una caro erant et unus spiritus, quomodo poterat fieri ut viderentur patriam et tribum habere divisam? Accedit illud quod etiam angelus Gabriel de Domino pronuntiaverat, quod *dabit illi Deus sedem David patris sui.* Certum est igitur etiam Mariam de David generatione manasse.

Quaest. p. 2.. sqq.

6. Simul etiam discimus nihil referre quo ordine generationis series exprimatur, cum iter hinc atque inde sit pervium. Cur autem sanctus Matthaeus ab Abraham generationem enumerare coeperit Christi, sanctus vero Lucas a Christo usque ad Deum perduxerit, explanandum videtur. Sed prius cur sanctus Matthaeus cum ab Abraham coeperit generationis ordinem, non ita posuerit: *liber generationis Abrahae*; sed, *liber generationis Iesu Christi filii David, filii Abraham.* Et cur hos duos potissimum nominaverit, nequaquam praetereundum puto. Non enim otiose fidelissimi auctores generis eliguntur; ut intelligamus quod in ipsa generatione carnis, spiritualis magis successio requiratur. Duo sunt enim isti viri, in quos manaverunt promissa divina.

7. Prior Abraham qui ante Moysis legem et ante populum Iudaeorum propria derelinquens, et cognoscens Deum, meruit fidei testimonium; quia *credidit Deo, et reputatum est ei ad iustitiam*: qui etiam a Deo accepit oraculum dicente sibi: *exi de terra tua* etc. *et benedicentur in te omnes tribus terrae.* Vides igitur congregatio-

1) Deflectit aliquantum Ambrosius ab Eusebio, cuius tamen verior sententia est dicentis Elisabetham de levitico genere, quia sacerdotis uxor erat. Sed enim de hac cognatione videsis sis rursus Eusebium in scholio ad Lucam, quod ex vaticano codice nos protulimus p. 277.

nes gentium et sacrosanctum ecclesiae coetum oraculo divino huic esse primo promissum. Et ideo is auctor generis debuit designari, qui instaurandae ecclesiae sponsionem primus emeruit.

Quaest. p. [illegible], et p. [illegible].

8. David quoque merito et ipse auctor generis declaratur, quia cum iureiurando responsum, quod ex ipso secundum carnem Christus futurus esset, accepit. Sic enim scriptum est: *iuravit Dominus David veritatem, et non paenitebit eum: ex fructu ventris tui ponam super sedem tuam* Et alibi: *semel iuravi in sancto meo, si David mentiar: semen eius in aeternum manebit, et sedes eius sicut sol in conspectu meo*. Et in paralipomenis etc. Per Esaiam quoque etc. 1).

9. Omnia convenire de Christo evidentibus signatur oraculis, nec posse divinae fructum potentiae ad Salomonis gratiam derivari, qui David filius fuit, cuius finis haud dubie cognoscitur. - Numquid in saeculum regnavit Salomon, qui annis tantummodo quadraginta regnavit? *Ego ero*, inquit, *ei in patrem, et ille mihi in filium*. Quis est iste proprius Dei filius, nisi cui dictum est: *filius meus es tu, ego hodie genui te?* - At vero Salomonem fortasse ideo errasse tam graviter, ne errarent homines, et ad ipsum crederetur manasse promissum, divinarum serie cognovimus lectionum. Aedificavit enim templum Astartae idolo propter amorem mulieris, et indignatus est Dominus in Salomonem. - Igitur vides quoniam promissi series Christum spopondit.

Quaest. p. 226.

10. Et ideo istos duos generis auctores evangelista delegit: unum qui promissum accepit de congregatione populorum; alterum qui de generatione Christi oraculum consecutus est. Et ideo licet ordine sit successionis posterior, prior tamen quam Abraham in Domini generatione describitur; quia plus est promissum accepisse de Christo, quam de ecclesia; quoniam ecclesia ipsa per Christum. Ergo unus princeps generis secundum carnem, alter princeps generis secundum spiritum · alter secundum seminis gratiam, alter secundum populorum fidem; potior enim qui salvat eo qui salvatur.

Quaest. p. 229. et [illegible]

11. Unde et Lucas ad Deum putavit originem eius referendam; quod verus Christi generator Deus sit, vel secundum veram generationem pater, vel secundum lavacri regenerationem mystici muneris auctor. Et ideo non a primo generationem eius coepit describere; sed postea quam baptismum eius explicuit, auctorem omnium Deum per baptismum cupiens demonstrare, Christum quoque a Deo manasse ordine successionis adseruit.

Quaest. p. 242.

12. Hic quoque aliqui solent inserere quaestiones, quod Matthaeus ab Abraham usque ad Christum quadraginta duas generationes enumeraverit, Lucas vero quinquaginta; et quod per alias personas Matthaeus, per alias Lucas generationem manasse descripserit: in quo iam potes illud probare quod diximus, quia cum alios Matthaeus maiores dominici generis, alios vero Lucas in ordine generationis texuerit, ab Abrahamo tamen et David reliquos auctores generis uterque signavit.

Quaest. p. 228. [illegible]

13. Quod vero per Salomonem Matthaeus generationem derivandam putavit, Lucas vero per Nathan; alter regalem, alter sacerdotalem familiam videtur ostendere. Quod non ita accipere debemus, quod alterum altero verius; sed alter alteri pari fide et veritate concordet. Fuit enim vere et secundum carnem regalis et sacerdotalis familiae: rex ex regibus, sacerdos ex sacerdotibus: licet oraculum non de carnalibus sed de caelestibus exprimatur.

Quaest. p. 216 seq.

14. Nec mireris si ab Abraham plures secundum Lucam successiones usque ad Christum sunt, pauciores secundum Matthaeum; cum per alias personas generationem fatearis esse decursam: potest enim fieri ut alii longaevam transegerint vitam, alterius vero generationis viri immatura aetate decesserint; cum videamus complures senes cum suis nepotibus vivere, alios vero vero viros statim filiis suis obire susceptis.

Quaest. p. 220. sqq.

15. Illud quoque advertimus, quod sanctus Matthaeus Iacob, qui fuit pater Ioseph, filium Mathan esse memoraverit. Lucas vero Ioseph, cui desponsata erat Maria, filium Heli. Heli autem filium Melchi esse descripserit. Quomodo unius duo patres, id est Heli et Iacob? quomodo etiam duo paterni avi Mathan et Melchi? Sed si vere quaeris, invenies, quod iuxta praescriptum legis veteris duo fratres diversos filios uterinos ex una uxore generaverint. Traditur enim Mathan, qui a Salomone genus duxit, Iacob generasse filium, et uxore superstite decessisse, quam postea Melchi accepit uxorem, ex qua generatus est Heli. Rursus Heli, fratre sine liberis decedente, copulatus est fratris uxori, et generavit filium Ioseph, qui iuxta legem Iacob filius dicitur; quoniam semen fratris defuncti frater iuxta legis veteris seriem suscitabat. Ita duorum filius dictus est.

Quaest. p. 242.

16. Non absurdum autem videtur, quod quater denas generationes dividendas sanctus Matthaeus putavit, ab Abraham usque ad David, a David usque ad transmigrationem Babylonis, a transmigratione Babylonis usque ad Christum, in quo vices mutationum pariter designavit. Ab Abraham enim usque ad David tempora, sine regibus fuit populus Iudaeorum; regnum enim iustum a David coepit 2): deinde per reges actum genus omne est Iudaeorum, et intemerata usque ad transmigrationem eorum regna manserunt. Post transmigrationem vero in occasum degenerantis populi nobilitas circumcisa vergebat.

17. Plerique etiam mirantur cur Thamar mulieris famosae, ut illis videtur Matthaeus commemorationem in dominica generatione contexendam putavit? Cur etiam Ruth? cur eius quoque mulieris quae Uriae uxor fuit, et occiso marito in David nuptias commigravit? cum praesertim Sarrae et Rebeccae et Rachel sanctarum feminarum nusquam fecerit mentionem.

Quaest. p. 231. seq.

18. Primum, si veris intendas animum, haec mulier (Thamar) non tam famosa quam iusta; non enim temporalis usum libidinis requisivit, sed successionis gratiam concupivit. Erat enim deforme liberos non habere. Promiserat eam filio suo Iudas, et diu pactarum foedera distulerat nuptiarum. Per moram promissi defunctus est sponsus. Dolens se sine filiis remansisse, dolum studio generationis commenta est, et Iudam consilio praevertit; ut se eidem offerret ornatam, postea quam defunctam eius cognovit uxorem. Vides utique mulieris vitam probari, quod non alienum praeripuit torum, non meretricio studio quasi meretrix adornata est: non enim vagam captavit libidinem, sed diu soceri fraudata promissis, ex ea familia quam delegerat, converso dolo, fructum voluit successionis adipisci. Quis itaque castior, illa quae tamdiu expectavit promissum, an ille qui amorem ferre non potuit oblatum? illa quae sponsi familiam non refugit, an iste qui meretricem putavit? illa quae horam sui corporis volentibus non permisit ad copulam, an iste qui quod studio coepit erroris, ad successionis gratiam castitate mulieris consummavit? Denique ipse confessus est dicens: iu-

1) Divinaveram olim in principe mea editione p. 102. adn. 1., fore ut si integrior Eusebius aliquando inveniretur, hi quoque paralipomenon et Esaiae loci apud eum apparerent; quod reapse nunc accidisse videmus in plenioribus Eusebii partibus p. 271.
2) Haec particula in Eusebio desideratur, videturque Ambrosii glossa.

stificata est Thamar magis quam ego; propter quod non dedi eam Selon filio meo. Denique numquam postea virum experta est; iste unius horae impatiens, qui annos a puella exegerat castitatis etc.

19. Sed non ita illam defendimus, ut istum accusemus: immo utrumque excusemus; non autem nos, sed mysterium quod copulae illius fructus expressit: generavit enim mulier Phares et Zaram filios, generavit geminos. Unde non otiose Matthaeus utrumque signavit, cum Phares tantummodo commemorationem posceret. *Phares* enim *genuit Esron; Esron genuit Aram:* deinde per ordinem singuli. Cur autem cum Isaac duos generaverit, Iacob plures, singulorum tantummodo quos successionis dominicae causa poscebat, fecit scripturae series mentionem, horum autem utrumque memoravit, nisi quia hic in utroque mysterium est?

20. Tractavimus moralem locum; tractemus historicum et mysticum. Cum generaret Thamar, legisti quia unus de utero eius praemisit manum, quam corripiens obstetrix, coccum ligavit dicens: *hic exiet prior.* Ut autem manum revocavit puer in matris uterum, statim exivit frater eius. Dixit autem obstetrix: *quid incisa est per te sepis? et vocavit nomen eius Phares. Et post ipsum exivit frater eius, in cuius manu erat coccum, et vocavit nomen eius Zaram.* Vides quanta aenigmata mysterium prodant etc.

21. Cur autem alter manum praemisit ex utero, alter genitali praecessit exortu, nisi quia per geminorum mysterium gemina describitur vita populorum? una secundum legem, altera secundum fidem: una secundum litteram, altera secundum gratiam. Prior gratia, quam lex; prior fides, quam littera: et ideo gratiae typus manum ante praemisit; quia gratiae actus ante praecessit, qui fuit in Iob, Melchisedech, Abraham, Isaac, et Iacob, qui per fidem sine lege vivebant. *Credidit Abraham Deo, et reputatum est ei ad iustitiam.* Praevenientes enim legem patriarchae sancti, praescriptorum vinculis absoluti, libera et consimili nobis gratia refulserunt.

22. Prior Zara, qui interpretatione significat oriens: lux enim pietatis veri splendor orientis est 1), illius utique qui dixit, oriens nomen est mihi: cuius in patriarchis primitus radius lucis illuxit. Hi enim primi vitae suae actum in hoc saeculo praemiserunt. - Sed media tamquam sepis obiecta legis est observatio, et quodammodo vita maiorum videtur incisa etc.

24. Itaque postea quam manum reduxit, quasi incisione facta sepis, exivit frater eius, quem quasi medium parietem sepis vel maceriae apostolus nominavit, atque ipse de incisione nomen accepit: Phares enim divisio est; unde pharisaei nuncupati, eo quod a multorum se coniunctionibus separarent. Beatius autem et multo melius fuisset non incidi sepem, sed unam eandem et indivisam permanere. Quod fieri potuit si ei vitae quae prior manum misit, hoc est actum ostendit suum, consequens fuisset eius vitae militia quae secuta est. Multo enim melius, si circumcisus populus vitam maiorum voluisset imitari: sic enim fuisset una sepis, una maceria, una aedificatio priorum ac sequentium. Sed quia primum illum vitae actum posterioris infirmitas non potuit implere, incisione sine dubio facta sepis eius sive maceriae, quae secundum Deum aedificata erat, tamquam medius paries interiectus est.

26. Ergo dominus Iesus, qui postea secundum carnem venit in lucem, veteris illius munitionem sepis instaurans, in maiorum nos actum et antiquam simplicitatem fidei reformavit. Unde de eo et propheta dixit: *vocaberis aedificator sepis.* Tulit enim illum obicem qui unitatem mentis et corporis, seriemque vitae simplicis dividebat; atque ipse factus est pax nostra, qui fecit utraque unum, et medium parietem sepis solvit. Quem parietem exponit apostolus inimicitias esse in carne. Has ergo inimicitias tulit Dominus, et pacem refudit, legemque mandatorum in decretis evacuavit. Dominus enim sabbati, superstitionem tulit sabbati corporalis, et quasi medium solvit legis parietem: qui nos ab ea pietate, quae secundum Deum est, decretorum difficultate prohibebat: eo quod iuxta Moysis legem non erat facile atque possibile gentibus militare Deo, cum inanis superstitio Iudaeorum purum affectum gentium a subeunda observatione revocaret.

29. Hic est Dominus, cuius in Zara typus ante praecessit, eo quod ex tribu et ex semine illius Zarae dominus Iesus secundum carnem non solum a femina, sed etiam sub lege generatus est, ut eos qui sub lege erant redimeret.

30. Ruth quoque sine dubio pari ratione minime praetermissam aestimare debemus: de qua sensisse videtur apostolus sanctus, cum alienigenarum vocationem gentium spiritu praevideret per evangelium esse celebrandam, dicens quod lex non sit iustis posita sed iniustis. - Haec enim cum sit alienigena et moabitis (praesertim cum lex Moysis prohiberet has nuptias Moabitasque excluderet ab ecclesia; sic enim scriptum est: *Moabitae non intrabunt in ecclesiam Domini usque ad tertiam et quartam generationem, et usque in saeculum*); quomodo intravit in ecclesiam, nisi quia sancta et immaculata moribus supra legem facta est? Si enim lex impiis et peccatoribus posita est, utique Ruth, quae definitionem legis excessit, et intravit in ecclesiam, et facta est israhelitis, et meruit inter maiores dominici generis computari, propter cognationem mentis electa non corporis, magnum nobis exemplum est, quia in illa nostrum omnium qui collecti ex gentibus sumus, ingrediendi in ecclesiam Domini figura praecessit. Hanc igitur aemulemur; ut quia haec moribus hanc praerogativam meruit adsciscendae societatis suae, sicut historia docet; nos quoque propter morum electionem in ecclesiam Domini, meritis suffragantibus, adlegemur.

Quaest. p. 212.

33. Recte igitur sanctus Matthaeus per evangelium gentes ad ecclesiam vocaturus, auctorem ipsum Dominum gentilis congregationis, alienigenarum generationem secundum carnem adnumerasse memoravit; ut iam tunc esset indicium quod illa generatio ederet gentium vocatorem, quem sequeremur omnes ex alienigenis congregati, relinquentes paterna. - Ergo Ruth, sicut Lia et Rachel, oblita populum suum et domum patris sui, solvens vinculum legis, ingressa est in ecclesiam.

35. Quam vero commemoratio eius dominicae prosapiae fuerit inserenda, declarat mysterii altioris expressio, qua prophetatum est ex genere eius in Ephratha Christum esse generandum, cum dicitur: *det tibi Dominus - facere virtutem in Ephratha, et sit nomen in Bethleem.* Quae est enim virtus, nisi quae per Christum gentium populos congregavit? quod autem nomen, nisi illud quod Bethleem patria Domini secundum carnem nascentis est facta?

37. David quia praesumptione virtutis elatus dixerat: *ego autem dixi in abundantia mea, non movebor in aeternum;* statim insolentiae huius poenam subiisse se memoravit dicens: *avertisti faciem tuam a me, et factus sum conturbatus.* - Si ergo David insolentiam damnat, humilitatem induit, recte in historia uxoris Uriae magisterium istud affectandae humilitatis adsciscitur.

Quaest. p. 220.

1) Paulo aliter videtur Ambrosius legisse verba Eusebii p. 237. n. 6. φωτὸς γὰρ εὐσεβείας αἱ πρῶται τῆς ἀνατολῆς αὐγαί.

Quaest. p. 241. 273.

39. Ergo cum David Bersabee historiam non praetermiserit in suis psalmis, ut in ea vel mysterium vel actum perfectae paenitentiae nos doceret, iure videmus etiam in generationibus dominicis non praetermissam. - Alterum mysterium ad ecclesiam pertinet quod dixit: *ecce audivimus eam in Ephratha.*

Quaest. p. 272. 273.

40. De Achab 1) autem satis claret, cui uxor Iezabel: et de Iechonia, de quo satis idoneus auctor est Hieremias, maximi reum esse delicti, cui etiam quod habuit nomen eripuit. Et ideo qui Ioacim in regnorum libris dicitur, Iechonias ab Hieremia est nominatus, dicente eo: *abiectus est Iechonias ut vas, non est usus in eo; propter quod proiectus est ipse et semen eius. Terra, terra, audi verbum Domini, scribe virum istum abdicatum; quia non exsurget ex semine eius sedens in throno David, princeps adhuc in Iuda.* Eo enim regnante, Iudaeam Babylonii vastaverunt, neque postea umquam de semine eius regnum quisquam in Iudaea potuit obtinere. Postea enim populus de captivitate dimissus, sub sacerdotibus et tetrarchis fuit. Unde etiam usque ad Christi generationem mansere tetrarchae; ne ipsi quidem, quantum historia docet, regalis dignitatem generis reservantes 2).

42. Tamen ipsum regem secundum honorem saeculi non accepimus Christum. Quomodo ergo *ex fructu ventris tui ponam super sedem tuam?* quomodo et angelus de eo dicit, quod *dabit illi dominus Deus sedem David patris sui, et regnabit in domo Iacob?* Quomodo regnare promittitur, nec ostenditur? aut quomodo ex semine Iechoniae nullus regnaturus dicitur per prophetam? Si enim Christus regnavit, ex semine autem Iechoniae Christus est, propheta mentitus est, mentita sunt et oracula. Sed illic futuros ex semine Iechoniae posteros non negatur; et ideo de semine eius est Christus: et quod regnavit Christus, non contra prophetiam est; non enim saeculari honore regnavit, nec in Iechoniae sedibus sedit, sed regnavit in sede David.

Quaest. p. 274.

43. Verum cum ipse Iechonias David sederit sedem, quemadmodum solvitur quod dictum est, quia David sedem Iechoniae posteri non sedebunt, cum eadem sedes fuisse videatur amborum? Itaque et nos sedem Davidis fuisse negare non possumus; non eandem tamen regis David sedem Christus, quam Iechonias, sedit: immo nec quisquam alius ex genere David sedem eius potuit sedere, quam Christus; quia nec in alio semen eius aeternum est, sed in Christo, sicut Deus ipse iuravit dicens: *semel iuravi sancto meo, si David mentiar, semen eius in aeternum manebit, et sedes eius sicut sol in conspectu meo.* Quem igitur dicit hic? non Salomonem utique, non Roboam, non Nathan, sed illum de quo solo potest dicere: *ipse invocabit me, pater meus es tu. Ponam in saeculum saeculi semen eius, et thronus eius sicut dies caeli.* Hic est, de quo dicit angelus ad Mariam: *et vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus, et filius altissimi vocabitur; et dabit illi dominus Deus sedem David patris sui, et regnabit in domo Iacob in aeternum, et regni eius non erit finis.*

Quaest. p. 251.

44. Excitemus Christum, ipsum interrogemus, ipse respondeat. Invenimus quia regnum Domini non est de hoc mundo; ipse enim dixit: *regnum meum non est de hoc mundo.* Qui dicit non esse de hoc mundo regnum suum, ostendit esse supra mundum.

Quaest. p. 246.

45. Illud quoque non praetermittendum putamus, quod a David temporibus usque ad Iechoniam, hoc est usque ad captivitatem, cum decem et septem fuerint reges Iudaeae, quatuordecim generationes sanctus Matthaeus posuerit: et rursus ab Iechonia usque ad Ioseph cum viritim generationes duodecim computentur, postea quatuordecim generationes descriptas esse memoraverit. Et primum oportet cognoscere posse plures esse successiones et pauciores generationes. Possunt enim diutius vivere aliqui et serius generare, aut certe penitus exsortes generationis existere. Itaque non quae regum, eadem generationum tempora. Unde et Matthaeus eos, quos ad generationem non putavit pertinere, praeteriit. Nam si propositum esset ei successiones describere, rationabiliter moveremur, cur cum in regnorum libris et paralipomenis conveniat, quod post Ioram Ochozias regnaverit, et Iodam et Amasias; Amasiae autem successerit Ozias; sanctus Matthaeus illos reges praeterierit, Ochoziam, Iodam et Amasiam, et post Ioram Iosaphat subiecerit. Sed non eum in regum successione, sed in generatione subiecit. Denique generationum relatorem se fuisse memoravit: potuit enim fieri ut et Ioram tardius generaverit, et Iosaphat serius perceperit regnum; atque ita Ioram patri suo, cui in potestatem non successit, in generatione successerit.

Quaest. p. 247.

46. Quod vero post Iechoniam duodecim generationes enumerasse videtur evangelista, si diligenter advertas, hic quoque quatuordecim generationum poteris invenire rationem. Duodecim enim usque ad Ioseph numerantur, non usque ad Christum: tertius decimus est Christus -. Duos Ioachim, hoc est duos Iechonias fuisse historia indicat; unum ante transmigrationem, alterum in ipsa transmigratione generatum, id est patrem et filium. Ergo pater inter generationes superiores est computatus, qui successit Iosiae; filius inter posteriores, qui successit patri, id est nepos Iosiae. Duos autem fuisse regnorum libri indicant: *et imperavit Pharao super Israhel (etc. ut apud Euseb.)* Vides igitur quod alius fuerit Osiae filius, alius nepos: filius ille, cui Hieremias nomen imposuit: nepos iste, qui patris vocatus est nomine. Et bene sanctus Matthaeus a propheta noluit discrepare; ut non Ioachim sed Iechoniam nominaret. Simul maiorem fructum dominicae pietatis adstruxit, si generis nobilitatem non in omnibus Dominus requisivit, sed de captivis et peccatoribus congrue nasci voluit, qui remissionem veniebat praedicare captivis 3).

Quaest. syr. p. 231.

48. Qui sunt isti Magi, nisi qui, ut historia quaedam docet, a Balaam genus ducunt, a quo propheticum est: *orietur stella ex Iacob?*

Quaest. p. 254.

50. Haec tibi, frater, de generatione Christi non incognita putavi prolixius persequenda, ne quis cum ista in evangelio minus adtento animo recenseret, aliquatenus fluctuaret etc.

1) Desideratur apud Eusebium mentio Achabi; idque accidisse puto, quia breviator hanc cum aliis partem eusebianam omiserit.

2) Exin exponit Ambrosius Herodis magni nativitatem patrisque historiam. Quare suspicor hanc quoque partem repetivisse Eusebium (a breviatore deinde omissam) in quaestionibus ex historia sua l. 7. sive ex Africano, uti repetiit quaest. IIII. ad Steph. partem illam de Iosephi genealogia.

3) Pergit Ambrosius quaerere ac respondere cur evangelista quorumdam meminerit, ut Iosephi, Iudae, Simeonis, Levini, Nathani, Noachi, Mathusalae, Enochi, Sethi, Adami; alios vero praetermiserit v. gr. Cainum. Quae omnia sumi ex Eusebio existimo, quamquam in breviatis eius quaestionum eclogis iam non occurrunt. Sic autem concludit librum Ambrosius, ut ad clausulam, qua Eusebius alloquitur Stephanum, sine dubio respiciat.

EX LIBRO X.

Quaest. p. 255 seqq. Item p. 283. seqq.

147. *Mane autem sabbati venerunt valde tempore ad monumentum.* Magna oritur hoc loco plerisque dubitatio; nam etsi non videntur evangelistae dixisse contraria, tamen diversa dixerunt. Siquidem Lucas *mane valde tempore;* Marcus *valde mane*; Matthaeus *vespere sabbati;* Iohannes *prima sabbati cum adhuc tenebrae essent*, mulieres ad monumentum venisse dixerunt. Deinde hic duos viros, Marcus unum iuvenem in albis sedentem, Matthaeus unum angelum, Iohannes duos angelos in albis sedentes visos esse memoraverunt. Postremo, quod vix enodabile videatur, Iohannes scripsit dictum Mariae Magdalenae: *noli me tangere; nondum enim adscendi ad patrem meum;* Matthaeus occurrisse Dominum scripsit Mariae Magdalenae et alteri Mariae, et illas accepisse et tenuisse pedes eius et adorasse, evidentissima descriptione digessit.

148. Quomodo ergo solvendum, nisi quatuor evangelistas de diversis quatuor putes dixisse temporibus; ut et personas alias mulierum, et alias coniicias visiones? Denique aliae cum unguento primo sabbati veniunt, aliae sine unguento vespere sabbati. Istarum nomen exprimitur, illae de Galilaea secutae Dominum designantur.

150. Primum igitur illud spectandum est, quod scriptum est: *vespere sabbati quae lucescit in prima sabbati*, resurrexisse Dominum. Sic enim habes, quia *vespere sabbati venit Maria Magdalene et altera Maria videre sepulcrum, et ecce terrae motus factus est magnus.* Non enim die sabbati, sed post sabbati diem, nocte utique resurrexit. Denique quae mane venerunt, licet valde tempore, tamen iam Dominum resurrexisse cognoverunt.

151. Sic igitur temperandum est, ut neque mane dominica quae est prima post sabbatum, neque sabbato resurrectio facta credatur. Nam quomodo triduum compleretur? non ergo vesperascente die, sed noctis vespere resurrexit. Denique graecus sero dixit, hoc est ὀψέ. Sero autem et horam signat in occasu diei, et cuiusque rei significat tarditatem. - Est et sero tempus noctis profundum.

152. Unde et mulieres ad monumentum accedendi habent facultatem, iam utique custodibus quiescentibus. - Postremo etiam principes sacerdotum congregati cum senioribus nocte id factum esse confirmant, dicentes custodibus: *dicite quia discipuli eius nocte venerunt, et furati sunt eum, nobis dormientibus* etc.

Quaest. p. 300.

153. Si plures Mariae, plures fortasse etiam Magdalenae, cum illud personae nomen sit, hoc locorum.

154. Denique alteram esse cognosce. Illa admittitur pedes Domini tenere, tangere Dominum ista prohibetur. Illa angelum videre meruit, haec primo quando venit neminem vidit. Illa discipulis Dominum resurrexisse nuntiavit, ista raptum esse significat. Illa gaudet, haec plorat. Illi in gloria sua iam Christus occurrit, haec adhuc mortuum quaerit. Illa Dominum vidit et credidit, haec non potuit agnoscere cum videret. Illa fideli adorabat in spiritu, haec dubio maestificabatur affectu.

Quaest. p. 301.

155. Merito nimirum prohibetur tangere Dominum; non enim corporali tactu Christum, sed fide tangimus: *nondum enim*, inquit, *adscendi ad patrem meum;* hoc est, nondum tibi adscendi, quae viventem cum mortuis quaeris.

161. Itaque quid intersit inter illam et hanc Mariam, scriptura distinguit. Illa occurrit ut Iesum videat, haec retrorsum convertitur: illa salutatur, haec redarguitur. Denique sic habes: *dicit ei Iesus, mulier.* Quae non credit, mulier est, et adhuc corporei sexus appellatione signata.

Quaest. p. 294. seqq. et p. 302.

180. Spiritum autem sanctum vel illis undecim quasi perfectioribus insufflavit, et reliquis postea tribuendum esse promittit; vel iisdem ibi insufflavit, hic spopondit. Nec videtur esse contrarium, cum divisiones sint gratiarum; *alii enim datur sermo sapientiae etc. alii operatio virtutum* etc. Ergo aliam insufflavit ibi operationem, hic aliam pollicetur; ibi enim remittendorum gratia tributa est peccatorum, quod esse videtur angustius, et ideo insufflatur a Christo -. Deus enim solus peccata dimittit. Lucas autem linguarum gratiam describit affusam. Denique ibi habes *accipite Spiritum sanctum.*

Quaest. p. 295. et p. 301.

182. Cur secundum Matthaeum et Marcum mandat discipulis, *praecedam vos in Galilaeam, ibi me videbitis:* secundum Lucam vero et Iohannem etiam intra conclave obtulit se videndum? Et quidem quod se videndum frequenter obtulerit, et plusquam quingentis fratribus et Petro et Iacobo, etiam apostolico probavimus testimonio. Et Lucas in actibus apostolorum docuit, quod discipulis *manifestaverit se vivere post passionem suam, in multis argumentis apparens his, et disputans de regno Dei.* Ergo quia saepius et diversis apparuit, cum in Galilaea quando sit visus, nequaquam praescriptum ac definitum tempus scriptum signaverit, in Hierusalem quando se obtulerit, et diem et horam expresserit; timidiores intra conclavia revisuntur, fortiores ad montem convenerunt.

183. Denique intra conclave, ostiis clausis, inducit Iohannes discipulos congregatos propter metum Iudaeorum: quos non undecim Lucas, sed plures scripsit fuisse: istos autem Matthaeus undecim solos in Galilaea convenisse non siluit: *undecim autem discipuli abierunt in Galilaeam, in montem ubi constituerat illis Iesus, et videntes eum adoraverunt.* Undecim quoque discumbentibus discipulis et Marcus in fine apparuisse scribit.

184. Unde hoc convenientius arbitror, quod Dominus quidem mandaverit discipulis ut in Galilaea se viderent; sed illis metu intra conclave residentibus, primo se obtulisse, postea vero confirmatis animis, undecim illos Galilaeam petisse. Vel certe (hoc quoque diligentibus scriptoribus placuisse reperio) nihil obstat si dicamus pauciores intra conclave, in monte complures fuisse.

EX HIERONYMI COMMENTARIO AD MATTHAEUM.

Quaest p. 272.

Filii David, filii Abraham etc. Ideo, ceteris praetermissis, horum filium nuncupavit, quia ad hos tantum est facta de Christo repromissio ad Abraham *etc.*

Quaest. VII. VIII. IX.

Notandum in genealogia Salvatoris nullam sanctarum assumi mulierum, sed eas quas scriptura reprehendit; ut qui propter peccatores venerat, de peccatoribus nascens, omnium peccata deleret. Unde et in consequentibus Ruth moabitis ponitur, et Bethsabee uxor Uriae.

Quaest. p. 217.

Cernis quod secundum fidem historiae tres reges in medio fuerint, quos hic evangelista praetermisit. - Quia evangelistae propositum erat tres tessarecedecades in diverso temporum statu ponere *etc.*

Si voluerimus Iechoniam in fine primae tessarecedecadis ponere, in sequenti non erunt quattuordecim sed tredecim. Sciamus igitur, Iechoniam priorem ipsum esse quem et Ioacim; secundum autem, filium, non patrem: quo-

1) Hactenus S. Ambrosius, tacito ut veteres saepe solent auctoris nomine, evangelicas Eusebii quaestiones excerpsit. De hoc autem Ambrosii more latius nos in praefatione diximus.

1) Habemus hanc Iuliani imp. obiectionem apud S. Cyrillum in opere contra eundem Iulianum libro VIII. circa initium.

rum prior per *c* et *m*, sequens per *ch* et *n* scribitur: quod scriptorum vitio et longitudine temporum, apud graecos latinosque confusum est.

Hoc loco obiecit nobis Iulianus Augustus 2) dissonantiam evangelistarum, cur evangelista Matthaeus Ioseph dixerit filium Iacob, et Lucas eum filium appellaverit Heli: non intelligens consuetudinem scripturarum, quod alter secundum naturam, alter secundum legem ei pater sit. Scimus enim hoc per Moysen Deo iubente praeceptum, ut si frater aut propinquus absque liberis mortuus fuerit, alius eius accipiat uxorem ad suscitandum semen fratris vel propinqui sui. Super hoc et Africanus temporum scriptor, et Eusebius caesariensis in libris *διαφωνίας εὐαγγελίων* plenius disputarunt.

Quaest. III. IV. cum suppl.

Numera a Iechonia usque ad Ioseph, et invenies generationes tredecim; quarta decima ergo generatio in ipsum Christum reputabitur.

Quaest. p. 247.

Quaerat diligens lector et dicat: quum Ioseph non sit pater domini Salvatoris, quid pertinet ad Dominum generationis ordo deductus usque ad Ioseph? cui respondebimus primum, non esse consuetudinis scripturarum, ut mulierum in generationibus ordo texatur. Deinde ex una tribu fuisse Ioseph et Mariam: unde ex lege eam accipere cogebatur ut propinquam: et quod simul censetur in Betleem, ut de una videlicet stirpe generati.

Quaest. I.

Quare non de simplici virgine sed de desponsata concipitur? Primum ut per generationem Ioseph, origo Mariae monstraretur: secundo ne lapidaretur a Iudaeis ut adultera: tertio ut in Aegyptum fugiens haberet solatium mariti. Martyr Ignatius etiam quartam addidit causam, cur a desponsata conceptus sit; ut partus, inquiens, eius celaretur diabolo, dum eum putat non de virgine sed de uxore generatum.

Quaest. I.

Non ab alio inventa est nisi a Ioseph, qui paene licentia maritali futurae uxoris omnia noverat.

Quaest p. 277.

Quomodo Ioseph quum crimen celet uxoris, iustus scribitur? sed hoc testimonium Mariae est, quod Ioseph sciens illius castitatem, et admirans quod evenerat, celat silentio, cuius mysterium nesciebat.

Quaest. p. 221.

Notandum quod Ioseph filius esse dicatur David, ut Maria quoque de stirpe David monstraretur.

Quaest. p. I. seqq.

Oritur in oriente stella, quam futuram Balaam, cuius successores Magi erant, vaticinio noverat.

Quaest. syr. pag. [illegible]

EX EODEM HIERONYMO CIRCA FINEM.

Quod diversa tempora istarum mulierum in evangeliis describuntur, non mendacii signum est, ut impii obiiciunt, sed sedulae visitationis officium, dum crebro abeunt ac recurrunt, et non patiuntur a sepulcro Domini diu abesse vel longius.

Quaest ad Mar.

Istae accedunt et tenent pedes eius, quia adoraverunt eum. Ceterum illa quae quaerebat viventem cum mortuis, et nesciebat adhuc filium Dei surrexisse, merito audit: *ne tangas me, nondum enim adscendi ad patrem meum.*

Quaest. p. 301.

MONITUM DE SEQUENTE THEOPHANIAE FRAGMENTO.

Rursus mihi iucunda res accidit, quod dum Eusebii locos, quotquot sunt in Nicetae ad Lucam catena ms., ex graecis latinos facerem, feliciter agnovi, postremum praedicti Eusebii locum, in penultimo scilicet atque ultimo codicis folio scriptum, pertinere totidem verbis ad Theophaniae librum IV. capp. 8. et 9, prout in anglica cl. Samuhelis Lei ex syriaco idiomate interpretatione legitur, ab initio paginae 224. usque ad initium item paginae 229. Nunc vero repertum a nobis originale graecum fragmentum, in nostra quidem Theophaniae editione graeca inter quintum sextumque numerum p. 121. collocandum erit. Porro Nicetam Theophaniae partes modo cum ipso operis titulo, modo tantum Eusebii adscripto nomine (ut heic fecit) recitare in catena ms. solitum, iam alibi non semel diximus. Quare et nos, ante cognitas seu anglicam seu syriacam operis editiones, locos nudo Eusebii nomine praeditos, Theophaniae adscribere non potuimus; quod nunc anglici libri beneficio effecimus: ut anglus vicissim editor, graeca nostra originalia in librum suum, cum ei commodum erit, libenter ut remur transferet. Nequid vero heic repetamus, lectores nostros ad disputata superius in monitis p. 108, et p. 157-159, itemque in adnotationibus sparsim dicta, ablegamus. Certe hinc apparet, citatum aliud a cl. Sam. Leo p. 224. in adn. fragmentum nostrum (apud nos p. 136. fin.) ad hunc Theophaniae locum, ut ipse vellet, trahi non posse.

EUSEBII CAESARIENSIS

THEOPHANIAE GENUINUM FRAGMENTUM

EX NICETAE CATENA MS. AD LUCAM.

Cod. A. f. 219. b. Theoph. lib. IV. 8. ed. angl. p. 234.

α'. Ἐπειδήπερ ἐν προφητείαις ἀναγράπτοις εἰς αὐτοῦ πρόσωπον εἴρηται προφητικῶς, αἴτησαι παρ' ἐμοῦ καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς, διὰ τοῦτο ὡς ἂν τῆς προφητικῆς μαρτυρίας ἔργῳ νῦν πληρωθείσης φησὶ τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς, κατὰ μὲν τὸν Ματθαῖον *, ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία ὡς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς· κατὰ δὲ τὸν Λουκᾶν *, ὅτι δεῖ κηρυχθῆναι ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ μετάνοιαν καὶ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν εἰς πάντα τὰ ἔθνη· τῶν μὲν γὰρ κατ' οὐρανὸν ἐξ αἰῶνος ἐπεῖχε τὴν βασιλείαν, τῶν δ' ἐπὶ γῆς νῦν αὐτῷ δεδόσθαι φησὶ τὴν ἀρχήν· πάλαι μὲν γάρ, ὡς Μωϋσῆς μαρτυρεῖ *, ἄγγελοι θεοῦ ἦσαν τοὺς ἐπὶ γῆς ἐγκεχειρισμένοι· διατραπείσης δὲ τῆς ἀνθρωπότητος ἐπὶ τὴν πολύθεον πλάνην, καὶ τῶν ἐπιστατούντων ἀγγέλων μηδὲν πρὸς τοῦτο ἐπικουρεῖν δυναμένων, αὐτὸς δὴ λοιπὸν ὁ τῶν ὅλων σωτὴρ διὰ τῆς αὐτοῦ θεοφανείας, μετὰ τὴν κατὰ τοῦ θανάτου νίκην διδάσκει, ὅτι μηκέτ' ἀγγέλοις, ἀλλ' αὐτῷ πρὸς τοῦ πατρὸς ἡ τῶν ἐπὶ γῆς ἐθνῶν ἐξουσία δέδοται· διὸ τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς οὐ πρότερον ἀλλὰ νῦν παρεκελεύσατο περιελθεῖν καὶ μαθητεῦσαι πάντα τὰ ἔθνη. Ἀναγκαίως δὲ προστίθησι τὸ μυστήριον τῆς ἀποκαθάρσεως· ἐχρῆν γὰρ τοὺς ἐξ ἐθνῶν ἐπιστραφέντας, παντὸς μολυσμοῦ καὶ μιάσματος διὰ τῆς αὐτοῦ δυνάμεως ἀποκαθαίρεσθαι ἐκ τῆς δαιμονικῆς καὶ ἰδωλολάτρου πλάνης, μιάσμασί τε παντοίοις ἐνεσχημένους, ἄρτι τὸ πρῶτον ἐξ ἀκολάστου καὶ παρανόμου βίου μεταβεβλημένους· τούτους δὲ καὶ διδάσκειν παραινεῖ μετὰ τὴν ἀποκάθαρσιν τὴν διὰ τῆς αὐτοῦ μυστικῆς διδασκαλίας οὐ τὰ ἰουδαϊκὰ παραγγέλματα οὐδὲ τὰ παρὰ Μωϋσεῖ νόμιμα, ἀλλ' ὅσα αὐτοῖς ἐνετείλατο φυλάττειν· ταῦτα δ' ἦν ἃ δὴ συμφώνως οἱ πάντες ἐκπεριελθόντες πάντα τὰ ἔθνη παραδεδώκασι ταῖς καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἐκκλησίαις· ἀναγκαίως δὲ αὐτοὺς προτρέπει, καὶ προθυμοτέρους ἀπεργάζεται ἐπὶ τὸ θηρεῦσαι περιελθεῖν τε πάντα τὰ ἔθνη, καὶ

* Matth. XXVIII. 18.

* Luc. XXIV. 47.

* Deut. XXXII. 8.

Cod. A. f. 220.

1. Quia in scriptis vaticiniis de ipsius persona prophetice dictum est: « postula a me, « et dabo tibi gentes hereditatem tuam, et « possessionem tuam terminos terrae » propterea tamquam si propheticum testimonium nunc iam in rem collatum fuisset, dicit discipulis suis, secundum Matthaeum quidem, data est mihi omnis potestas in caelo et in terra; secundum vero Lucam, ait praedicari oportere in nomine eius paenitentiam et remissionem, ad omnes gentes. Nam caelestium quidem ab aeterno dominationem tenebat; terrestrium autem, nunc sibi datum principatum dicit. Olim quippe, teste Moyse, angelis Dei commissa erat terrae incolarum cura: sed quum genus humanum ad polytheismi errorem deflexisset, nemoque ex praepositis angelis opem ullam hac in re praestare posset, ipse deinde omnium Servator divina sua manifestatione, post relatam de morte victoriam docet, haud iam diutius angelis, sed ipsi a patre potestatem in terrae gentes datam. Idcirco discipulis suis haud antea, sed nunc, mandavit circumire atque erudire omnes gentes. Necessario autem purgationis mysterium adiicit: oportebat enim conversos ex ethnicis, omni macula et inquinamento per ipsius virtutem purgari, diabolico nimirum et idololatrico errore et abominationibus cunctis olim devinctos; nunc autem primo ex impura scelestaque vita revocatos. Atque ut his suadeant admonet, post post purgationem, mystici magisterii vi peractam, haud iam praecepta iudaica, neque Moysis legitima, sed quae ipse iis praeciperet, observare. Haec videlicet uno ore cuncti dum per gentes discurrerent tradebant constitutis in universo orbe ecclesiis. Atque ut opus erat, hortatur, et alacriores efficit ad adeundas venatorum more gentes, et universum hominum genus eru-

diendum, addita promissione: ecce ego vobiscum sum. Secundum vero Lucam, Spiritum spondens. Haec autem promissionis verba re ipsa cumulavit: nam divina virtute cuique adstans, inspirans simul et cooperans, negotii successum confirmavit, eosque magistros apud omnes gentes traditae a se religionis constituit.

2. Hac illi promissione nixi, opere ipso illius verba complebant: protinus enim nihil morantes omni cum alacritate ad gentium magisterium discurrebant. Tum ipso rei eventu persuasi, oculisque eum viventem cernentes qui paulo antea extinctus fuerat, et quem cum iureiurando, propter ea quae acciderant, negaverant; hunc inquam spectantes evidenter personaliterque praesentem, et more solito adloquentem, et ea quae iam nos diximus promittentem: in tantum, ut a promisso se excidere haud posse cognoscerent, propter oblatam oculis apparitionem. Quae nisi ita se haberent, profecto ad praecepta illa torpuissent, rusticitatis suae et idioticae loquelae conscii, cuius causa officium fortasse detrectassent; recte cogitantes fieri haud posse ut homines lingua syri, et praeter artem piscatoriam omnium ignari, magistri constituerentur Graecorum simul et Romanorum, Aegyptiorum et Persarum, aliarumque gentium barbararum; legesque ferrent coram legumlatoribus regibusque, contrarias iis opinionibus quae de primariis diis ex omni aevo extiterant. Sed haec versare animo non licebat illis, qui vocem Dei dicentis audierant: ecce ego vobiscum sum; quoniam evidenter aspexerant loquentis divinitatem, morti superiorem apparuisse. Hinc eos inobedientiae timor incessit, ideoque periculis se obiectabant, accepta a magistro arrha vitae post mortem vivendae; magnoque animo cunctas gentes obibant, magistri sui promissiones opere confirmantes 3): quibus etiam dixerat: vos estis horum testes, mortis videlicet ac resurrectionis.

3. Quum ergo semel declarasset oportere in nomine eius praedicari paenitentiam in cunctis gentibus; nisi facta verbis postea consensis-

τεῦσαι πᾶν γένος ἀνθρώπων, δι' ἧς πεποίηται πρὸς αὐτοὺς ὑποσχέσεως εἰπών, καὶ ἰδοὺ ἐγώ εἰμι μεθ' ὑμῶν· κατὰ δὲ Λουκᾶν, τὸ πνεῦμα ἐπαγγειλάμενος· τούτῳ δὲ τῷ τῆς ἐπαγγελίας λόγῳ ἔργον ἐπιθείς, θεϊκῇ τε δυνάμει ἑκάστῳ συνών, συμπνέων τε αὐτοῖς καὶ συνεργῶν, ἐπιστώσατο τὸ κατόρθωμα, διδασκάλους τε αὐτοὺς τῶν ἐθνῶν ἁπάντων τῆς ὑπ' αὐτοῦ παραδοθείσης θεοσεβείας ἀποδεικνύμενος·

β'. Ταύτῃ γοῦν ἐπιθαρσήσαντες τῇ ἐπαγγελίᾳ, ἔργῳ τοὺς αὐτοῦ λόγους ἐπλήρουν· αὐτίκα μηδὲν ὑπερθέμενοι σὺν πάσῃ προθυμίᾳ περιῆλθον ἐπὶ τὴν τῶν ἐθνῶν διδασκαλίαν· ἔργῳ μὲν αὐτῷ παραλαβόντες 1), καὶ ὀφθαλμοῖς ὁρῶντες ζῶντα τὸν πρὸ μικροῦ θανόντα, καὶ ὃν ἐξωμόσαντο ἀρνησάμενοι διὰ τὰ συμβεβηκότα, τοῦτον αὐτὸν ἐναργῶς καὶ αὐτοπροσώπως παρόντα καὶ συνήθως προσδιαλεγόμενον, ἐπαγγελλόμενόν τε αὐτοῖς τὰ προλελεγμένα· οὐκ ἔχοντες δὲ ὅπως ἂν ἀποστήσωσι τῆς ἐπαγγελίας διὰ τὴν θεωρουμένην ὄψιν· ἦ γὰρ ἂν καὶ ἀπώκνησαν πρὸς τὸ ἐπίταγμα, ἀγροικίαν ἑαυτοῖς καὶ λόγων ἰδιωτείαν συγγινώσκοντες δι' ἣν τάχα ἂν καὶ παρῃτήσαντο, εἰκότως λογισάμενοι ὡς οὐχ οἷόν τε ἦν Σύρους τὴν γλῶτταν, καὶ πλέον ἁλιείας μηδὲν ἐπισταμένους, διδασκάλους ὁμοῦ Ἑλλήνων καὶ Ῥωμαίων, Αἰγυπτίων τε καὶ Περσῶν καὶ τῶν λοιπῶν βαρβάρων ἐθνῶν καταστῆναι, ἀντινομοθετῆσαι τε τοῖς ἁπανταχοῦ γῆς νομοθέταις τε καὶ βασιλεῦσι, τἀναντία τοῖς περὶ τῶν πρώτων θεῶν ἐκ τοῦ παντὸς αἰῶνος δεδογμένοις· ἀλλ' οὐκ ἐξῆν αὐτοῖς ταῦτα διανοεῖσθαι, ἀκούσασι μὲν θεοῦ φωνῆς λεγούσης αὐτοῖς, ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι, ὁρῶσι δὲ ἐναργῆ τὴν τοῦ λαλοῦντος θεότητα κρείττονα θανάτου φανεῖσαν· διὸ καὶ δέος αὐτοῖς τῆς παρακοῆς εἰσῄει 2)· ἔνθεν ὁμόσε τοῖς κινδύνοις ἐχώρουν, τῆς μετὰ θάνατον ζωῆς παρὰ τοῦ διδασκάλου λαβόντες τὰ ἐχέγγυα· προῆλθόν τε εὐθαρσῶς ἐπὶ τὴν τῶν ἁπάντων ἐθνῶν περίοδον, τοῦ σφῶν διδασκάλου τὰς ὑποσχέσεις ἔργοις πιστούμενοι· οἷς καὶ ἔφη, ὑμεῖς δέ ἐστε μάρτυρες τούτων, τοῦ θανάτου δηλαδὴ καὶ τῆς ἀναστάσεως.

Theoph. IV. 9. Angl. p. 220.

γ'. Ἅπαξ οὖν ἀποφηναμένου δεῖν κηρυχθῆναι ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ μετάνοιαν ἐπὶ πάντα τὰ ἔθνη, εἰ μὴ τοὔργον ἐπηκολούθηκε τῷ λόγῳ, μη-

1) Aliter heic interpungit, consequenterque interpretatur editor anglus.

2) Abit in alium prorsus sensum anglica ex syriaco interpretatio: *respecting wich however they had entertained fear*. (Syriaco textu me carere, non semel alibi dixi.)

3) Heic praetermittitur a Niceta eclogario pars aliquanta eusebiani textus, quae legitur in anglicana editione p. 227.

δὲ τὰ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναβιώσεως αὐτοῦ πιστευέσθω· εἰ δὲ εἰσέτι καὶ νῦν τὰ τῆς προῤῥήσεως εἰς ἔργον χωρεῖ, ὅ τε λόγος αὐτοῦ ζῶν καὶ ἐνεργῶν καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ὀφθαλμοῖς ὁρᾶται, ὥρα μηδὲ τῷ τὸν λόγον προεμένῳ ἀπιστεῖν· οὗ γὰρ ἡ δύναμις ζῶσα καὶ ἐνεργὴς ὁρᾶται, τοῦτον ἀνάγκη πᾶσα πολὺ πρότερον ζῆν, καὶ θεοῦ ζωὴν τοῦτον ἐκτελεῖν 1), οὗ ζῶντα τὰ ἔργα σύμφωνα ταῖς φωναῖς ἀποδείκνυται· πᾶσαν γοῦν ἀκοὴν παντοίων ἐθνῶν 2) οἱ αὐτοῦ λόγοι διῆλθον μεταβαλλόμενοι καὶ μεθερμηνευόμενοι εἰς παντοίαν γλῶτταν ἑλληνικήν τε καὶ βάρβαρον· ὡς ἐξάκουστον αὐτοῦ τὴν διδασκαλίαν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι γενομένην, εἰς ἐπιστροφὴν καὶ μετάνοιαν ἀγαγεῖν μυρία πλήθη τῶν πρότερον ἐν πολυθέῳ πλάνῃ καὶ εἰδωλολατρείᾳ πλημμελῶς καὶ ἀσέμνως βιούντων· οὐ πρότερον δὲ ἄφεσιν, εἶτα μετάνοιαν· ἀλλὰ μετάνοιαν πρῶτον, εἶτα τὴν ἄφεσιν κηρύττειν παρακελεύεται· τοῖς γὰρ γνησίοις πρότερον κακῶν μετάνοιαν ἐνδειξαμένοις ἡ σωτήριος χάρις τὴν συγχώρησιν τῶν πεπραγμένων ἐδωρήσατο· δι' οὓς καὶ τὸν θάνατον ἀνεδέξατο, λύτρον ἑαυτὸν ἐπιδοὺς καὶ ἀντίψυχον τῶν μελλόντων δι' αὐτοῦ σωθήσεσθαι· οὕτω δῆτα οἱ αὐτοῦ μαθηταὶ ἄνδρες ἄπειροι λόγων ὄντες καὶ πάμπαν ἰδιῶται, πένητές τε καὶ εὐτελεῖς τὸ σχῆμα 3), τῇ δυνάμει τοῦ μετὰ θάνατον θεωρουμένου καὶ ἐμφανῶς αὐτοῖς συναυλιζομένου ἐπιθαρσήσαντες, ἀπὸ τῆς Ἱερουσαλὴμ πόλεως ἀρξάμενοι κατὰ τὰς αὐτοῦ παρακελεύσεις, ἵνα ἀναπολόγητα εἴη τοῖς Ἰουδαίοις ἀπιστήσασιν, ἐπὶ πάντα προῆλθον τὰ ἔθνη, καὶ τὰ προστεταγμένα ἐποίουν, κηρύττοντες μετάνοιαν τοῖς πᾶσι καὶ λύσιν τῶν πρότερον τῆς ψυχῆς ἀμπλακημάτων.

sent, ne illum quidem a mortuis revixisse crederemus. Sin potius ad hanc usque diem et nunc etiam praedictio in rem convertitur; eiusque verbum, vivum et efficax per universum orbem conspicimus, sequitur ut ne verbi quidem auctori fidem derogemus. Nam cuius vis vivens et effectrix cernitur, hunc necesse est et multo potius vivere, et Dei vitam hunc praestare, cuius viva opera verbis consonantia monstrantur. Ad omnium itaque quantumlibet variarum gentium auditum sermones eius devenerunt translati in quamlibet linguam atque explanati sive graecam sive barbaricam: ut nempe doctrina eius cunctis populis innotesceret, quò converterentur ac resipiscerent innumerae multitudines, quae antea in polytheismi errore et idolorum cultu impie turpiterque vivebant. Neque antea dixit remissionem, postea paenitentiam, sed paenitentiam primo loco, deinde remissionem praedicare iussit. Nam fidelibus qui antea peccatorum paenitentiam prae se tulerint, Servatoris gratia veniam praeteritorum donat. Etenim propter illos mortem ipse excepit, pretium semet conferens ob animarum redemptionem quae salvandae sunt. Sic demum eius discipuli, homines linguarum ignari et omnino idiotae, pauperes vilique specie, virtuti illius quem post mortem spectaverant, quique manifeste cum ipsis conversatus fuerat, confidentes, capto abs Hierosolymis initio, secundum ipsius iussa, ut iam deinceps excusatione carerent Iudaei increduli, ad cunctas gentes devenerunt, et mandata sibi effecerunt, praedicantes omnibus paenitentiam, et priorum animae criminum absolutionem.

1) Potest etiam dici: *et Dei vitam vivere*, id est *parem divinae vitam degere*, Christum scilicet. Paulo aliter anglicus textus; *and that he bring to effect the living things of God.*

2) Non videtur legisse syrus voc. ἐθνῶν, ideoque anglus: *these his words then being varied.*

3) Ambiguus mihi est aliquantum ex syro anglus: *needy (as) they were in their character*

EUSEBII CAESARIENSIS RELIQUIAE ALIAE.

Demonstrationis evangelicae scriptos fuisse ab Eusebio caesariensi libros omnino viginti, testes certissimi sunt sanctus Hieronymus de vir. ill. cap. 81, et Photius in bibliotheca cod. X. p. 11. Et nequid evidentiae veritati desit, idem Hieronymus librum XVIII. in praef. ad Oseam sic memorat: « Eusebius caesariensis in octavo decimo libro εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως *quaedam de Osee propheta disputat. » Atqui in editionibus huius operis nonnisi decem priores extant libri; reliquos eruditi iamdiu desiderant. Nobis interim in patrum ad Danihelem catena, quam ex vaticano codice edidimus, bonum huius deperditi operis segmentum se obtulit; quod graece simul latineque ceteris Eusebii nostro labore editis scriptis heic adiungimus. Iam quod et in nostro hoc segmento, et in memorato apud Hieronymum loco, prophetarum oraculis Eusebius utatur, id consentaneum ceterae operis parti est.*

Fragmentum libri XV. demonstrationis evangelicae, ex catena patrum ad Danihelem (cap. II. 31.) a nobis edita Script. vet. T. I.

1. Necessarium putavi Eusebii caesariensis, cognomento Pamphili, adscribere verba, quae in XV demonstrationis evangelicae libro extant. Is nempe universum visum explicans, sic ait. - Existimo hoc visum minime differre ab ipsius prophetae visione. Sicut enim propheta vidit mare magnum, sic rex ingentem statuam. Rursusque ut propheta vidit feras quatuor, quas interpretans in quatuor regna convertit; ita rex auro argento aere et ferro quatuor regna significabat. Denuoque ut propheta in postrema belua cornua decem divisa videbat, triaque cornua ab uno contrita; similiter rex in statuae extremitatibus partem ferri videbat partemque testae. Insuper ut propheta post quatuor regnorum visionem, filium hominis aspexit summo imperio ac potestate regnoque potientem; ita rex lapidem cernere sibi videbatur, qui universam contereret statuam, fieretque mons magnus, ita ut mare oppleret. Apte id quidem. Rex quippe vitae fastu irretitus, sensibiliumque rerum pulchritudinem tamquam coloriam tabulam titulis adiectis mirans, congruum erat, ut magnae statuae cunctorum hominum vitam compararet: prophetam autem decebat, multam hanc et magnam vitae fluctuationem, lato mari similem dicere. Regem, inquam, par erat pretiosa in hominum aestimatione metalla aurum argentum aes ferrumque suspicientem, conferre cum his materiis praepotentes variis temporibus inter homines dynastias: prophetam vero non dedecuit, fe-

α΄. Ἀναγκαῖον ἐλογισάμην Εὐσεβίου τοῦ Καισαρείας, τοῦ ἐπίκλην Παμφίλου, παραθέσθαι φωνὰς εἰρημένας ἐν πεντεκαιδεκάτῳ τόμῳ τῆς εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως· οὗτος γὰρ πᾶσαν ἐκθέμενος τὴν ὅρασιν οὕτως φησί.—Ἡγοῦμαι ταῦτα μηδὲν διαφέρειν τῆς προφήτου θεωρίας· ὡς γὰρ ὁ προφήτης θάλασσαν ἑώρα μεγάλην, οὕτως ὁ βασιλεὺς εἰκόνα πολλήν· καὶ πάλιν ὡς ὁ προφήτης ἑώρα δ΄ θηρία, ἅπερ ἑρμηνεύων μετέβαλεν εἰς δ΄ βασιλείας, οὕτως ὁ βασιλεὺς τὰς διὰ τοῦ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου καὶ χαλκοῦ καὶ σιδήρου, τέσσαρας βασιλείας ᾐνίττετο· καὶ αὖθις ὡς ὁ προφήτης τῶν τοῦ ὑστάτου θηρίου κεράτων δέκα διαίρεσιν ἑώρα, καὶ τρία κέρατα ὑφ' ἑνὸς συντριβόμενα· καὶ ὁ βασιλεὺς ὡσαύτως ἐπὶ τῶν τελευταίων τῆς εἰκόνος μέρος τι σιδηροῦν καὶ μέρος ὀστράκινον ἐθεώρει· καὶ ἐπὶ τούτοις ὡς ὁ προφήτης μετὰ τὴν τῶν τεσσάρων βασιλειῶν ὅρασιν ἑώρα υἱὸν ἀνθρώπου τὴν κατὰ πάντων ἀρχὴν καὶ ἐξουσίαν καὶ βασιλείαν παρειληφότα· οὕτως καὶ ὁ βασιλεὺς λίθον συντρίβοντα τὴν εἰκόνα πᾶσαν καὶ γινομένην εἰς ὄρος μέγα καὶ πληροῦν θάλασσαν ἐδόκει ὁρᾶν· καὶ εἰκότως· ἔπρεπε γὰρ τῷ μὲν ἠπατημένῳ περὶ τὴν τοῦ βίου φαντασίαν βασιλεῖ, καὶ τὴν τῶν αἰσθητῶν οἷα χρωμάτων ὡραιότητα, ἐπιγραφῆς ἀνακειμένης θαυμάζοντι, εἰκόνι μεγάλῃ τὸν πάντων ἀνθρώπων ἀπεικάζειν βίον· τὸν δὲ προφήτην τὸν πολὺν καὶ μέγαν σάλον τοῦ βίου μεγάλῃ θαλάσσῃ παραβάλλειν· καὶ τῷ μὲν βασιλεῖ τὰς παρὰ ἀνθρώποις πολυτελεῖς γενομένας ὕλας χρυσοῦ καὶ ἀργύρου χαλκοῦ τε καὶ σιδήρου θαυμάζοντι, τὰς κατὰ χρόνους ἐν τῷ βίῳ τῶν ἀνθρώπων ἐπι-

κρατεῖς βασιλείας ταύταις ἀφομοιῶν ταῖς ὕλαις· τῷ δὲ προφήτῃ ἐν μορφαῖς θηρίων τὰς αὐτὰς βασιλείας καταλλήλως τῷ τῆς ἀρχῆς τρόπῳ διαγράφεσθαι· καὶ πάλιν τῷ μὲν βασιλεῖ μέγα ὡς εἰκὸς ἐφ' ἑαυτῷ φρονοῦντι, καὶ ἀλαζονευομένῳ ἐπὶ τῇ τῶν προγόνων βασιλείᾳ, ἡ τῶν πραγμάτων μεταβολὴ δείκνυται, καὶ τῶν ἐπὶ γῆς βασιλειῶν τὸ τέλος· εἰς καθαίρεσιν τοῦ ἐν αὐτῷ τύφου, καὶ εἰς τὸ μηδὲν ἡγεῖσθαι βέβαιον τὸ ἐν ἀνθρώποις, ἢ μόνον τὸ ἐπὶ πάντων τέλος τῆς τοῦ θεοῦ βασιλείας· ἔσεσθαι γὰρ μετὰ τὴν πρώτην Ἀσσυρίων ἀρχὴν, ἣν ὁ χρυσὸς ᾐνίξατο, δευτέραν τὴν τῶν Περσῶν, τὴν διὰ τοῦ ἀργύρου δεδηλωμένην· ἔπειτα τρίτην τὴν Μακεδόνων, ἣν ὁ χαλκὸς ἐσήμανε· μεθ' ἣν τετάρτην διαδέξασθαι τῶν Ῥωμαίων, κραταιοτέραν οὖσαν τῶν πρὸ αὐτῆς· διὸ καὶ σιδήρῳ παρεβάλλετο· εἴρητο γοῦν καὶ περὶ αὐτῆς, καὶ βασιλεία τετάρτη ἔςαι ἰσχυρὰ ὡς σίδηρος· ὃν τρόπον ὁ σίδηρος λεπτύνει καὶ δαμάζει πάντα, οὕτως πάντα λεπτυνεῖ καὶ δαμάσει· καὶ μετὰ τὰς εἰρημένας ἁπάσας, τὴν τοῦ θεοῦ βασιλείαν διὰ τοῦ συντρίβοντος τὴν πᾶσαν εἰκόνα λίθου παρισταμένην· καὶ ὁ προφήτης τούτων ἀκολούθως τὴν ἐπὶ τέλει τοῦ τῶν ὅλων θεοῦ βασιλείαν οὐ πρότερον θεωρεῖ, ἢ τὰς εἰρημένας τέσσαρας δυναστείας διαγράψαι τὸν λόγον διὰ τῶν τεσσάρων μόνων καὶ οὐδὲ ἑτέρων ἡγοῦμαι τὰς ὁράσεις καὶ τῷ βασιλεῖ καὶ τῷ προφήτῃ δεδεῖχθαι, διὰ τὸ ταύταις καταδουλωθῆναι τὸ Ἰουδαίων ἔθνος ἀπὸ τῶν τοῦ προφήτου χρόνων.

rarum figuris eadem regna designare; congruenter nimirum imperiorum moribus. Denique regi, ut fit, superbo et maiorum suorum diutina dominatione elato, rerum conversio ostenditur, regnorumque terrestrium finis: scilicet ob eius animi curandam tumiditatem, atque ut is nihil in hominibus stabile iudicaret, praeter divini super omnes mortales regni consummationem. Nam primam Assyriorum dominationem, quam aurum portendebat, excepturum erat secundo loco Persarum imperium argento demonstratum. Deinde tertium Macedonum regnum, quod aere significabatur. Post quod Romanorum quartum, ceteris quae praecesserant fortius: quare et ferro comparatur: diciturque de eo: quartum erit regnum validum ferri instar. Ac veluti ferrum omnia extenuat domatque, ita hoc regnum omnia comminuturum ac subiugaturum. Post haec omnia Dei regnum in lapide totam statuam conterente agnoscere est. Tum et propheta his consonans, universale Dei postremo loco futurum regnum haud ante videt, quam praedictae quatuor dynastiae quatuor beluarum figuris expressae in sermone fuerunt. Horum ergo quatuor regnorum tantummodo, et non aliorum, arbitror visiones tum regi tum prophetae oblatas fuisse, quia nimirum ab his regnis Iudaeorum populus servitio fuit oppressus, capto a temporibus prophetae initio.

Eusebii eiusdem fragmenta alia ex eadem catena patrum ad Danihelem.

Dan. III. 49.

β'. Εὐσεβίου Καισαρείας ῥητοῦ προκειμένου, φωνὴ κυρίου διακόπτοντος φλόγα πυρὸς 1)· Διεκόπη μὲν ἐν τῇ Βαβυλῶνι ἡ φλὸξ τοῦ πυρὸς διακοπεῖσα τῷ προστάγματι τοῦ θεοῦ· ἐδέξατο ἐν αὐτῇ ἡδίςην ἀναπνοὴν καὶ ἀναψυχὴν, ὥσπερ ἐν σκιᾷ τινὶ φυτῶν ἐν εἰρηνικῇ καταστάσει παρεχομένη τοῖς παισίν· ἐγένετο γάρ φησὶ ὡσεὶ πνεῦμα δρόσου διασυρίζον.

2. Eusebii caesariensis, dicto illo proposito: vox Domini intercidentis flammam ignis. Intercisa est Babylone flamma ignis, intercisa scilicet Dei iussu, in iucundissimam versa est recreationem; ac veluti in umbra arborum quietaque statione adulescentulis exhibuit oblectationem. Facta est enim ceu roscidae aurae sibilus.

Dan. VII. 13.

γ'. Ὡσεὶ υἱὸς ἀνθρώπου. Εὐσεβίου Καισαρείας 2). Σαφῶς ἡγοῦμαι δηλοῦσθαι τὴν καθόλου κρίσιν, ὅτε πάντες οἱ ἐξ αἰῶνος ἄνθρωποι παραςήσονται τῷ βήματι τοῦ Χριςοῦ· μετὰ δὲ τὴν τῶν τετελευτηκότων ἀναβίωσιν, καὶ μετὰ τὴν κατὰ πάντων κρίσιν, ὁ ἑωραμένος τῷ Δανιὴλ υἱὸς ἀνθρώπου ἐπιςήσεται ἐπὶ νεφελῶν, τὴν κατὰ πάντων τῶν λαῶν καὶ φυλῶν ὑπὸ

3. *Quasi filius hominis.* Eusebii caesariensis. Manifeste nunciari arbitror universale iudicium, cum omnes ab orbe condito homines ante Christi tribunal sistentur. Porro autem post mortuorum resurrectionem, dictamque in omnes sententiam, ille, qui visus Daniheli fuit, filius hominis in nubibus aderit,

1) Quin hic locus ex Eusebii commentario in psalmum XXVIII. sumatur, vix dubitandum videretur; attamen is neque in Corderii ad psalmos catena patrum, neque in vulgato a Maurinis Eusebii ad psalmos commentario apparet.

2) In hanc Danihelicam visionem filii hominis commentatur idem Eusebius, sed aliis verbis, hist. eccl. I. 2.

ut indeficientem aeternamque omnium populorum tribuumque potestatem ac regnum a patre accipiat. Sicut ipse Servator de se noster ait: tunc sedebit in throno gloriae suae, et congregabuntur coram eo omnes gentes; et reliqua. Haec igitur consonant testimoniis, quae nunc habemus in manibus, Danihelis prophetae, apud quem dicitur: et ecce aderat filius hominis in nubibus caeli. Item, donec antiquus dierum venit; oblatumque ac datum est ei imperium et honor et regnum; et reliqua.

4. *Tradita estis ipsi potestas.* Eusebii. Haud solum filii hominis regnum propheta vaticinatur, verum et alias res de quibus verba facit.

5. *Et regnum suscipient.* Eusebii caesariensis. Nempe ipsi quoque cum Deo regnabunt. Quinam vero sunt hi, nisi heredes Dei, coheredes autem Christi? quibus item caelorum regnum promissum a Christo est, quod regnum nempe consurget post illa quatuor per visum prophetae oblata; de quibus breviter modo disseruimus. Hinc divum apostolum Paulum cepisse occasionem arbitror de secundo Christi adventu scribendi haec: in iussu, in voce archangeli, et in tuba Dei descendet de caelo; et reliqua. Porro idem apostolus extremum quoque Antichristi adventum sive perditionem, posteaque gloriosam Servatoris nostri praesentiam, consentaneus vaticinio exhibet dicens: nemo vos ullo modo decipiat; nisi certe prius evenerit apostasia, et revelatus fuerit homo peccati seu perditionis filius, qui adversatur et extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur: ita ut in templo Dei sedeat, ostentans se tamquam sit Deus. Nonne meministis, me adhuc apud vos versantem haec dicere? et reliqua. Haec mirificus ait apostolus in sua de fine humani generis oratione; Danihelis prophetae vaticinio de Antichristo, et de glorioso Servatoris nostri regno, fidem adstruens.

6. *Delebitur unctio.* Eusebii. Vanam iam et praeter legem unctionem coarguens: quod idem de sacrificiis et de foedere factum dices. Haec enim recte legitimeque peragebantur ante Servatoris nostri passionem, quia virtus adhuc caelestis loca sancta obsidebat. Verum eadem mox sublata fuerunt, pro-

τοῦ πατρὸς ἐξουσίαν τὴν καὶ βασιλείαν ἀγήρω καὶ ἀτελεύτητον παραληψόμενος· ὡς καὶ αὐτὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν περὶ ἑαυτοῦ διδάσκει λέγων [*]· ὅτε δὲ ἔλθῃ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ, καὶ πάντες οἱ ἄγγελοι μετ' αὐτοῦ, τότε καθίσει ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ, καὶ συναχθήσεται ἔμπροσθεν αὐτοῦ πάντα τὰ ἔθνη· καὶ τὰ ἑξῆς· συνᾴδει γοῦν ταῦτα ταῖς ἐν χερσὶν μαρτυρίαις τῆς τοῦ Δανιὴλ προφητείας, καθ' ἣν λέλεκται· καὶ ἰδοὺ μετὰ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ ὡς υἱὸς ἀνθρώπου ἐρχόμενος ἦν· καὶ ἕως τοῦ παλαιοῦ τῶν ἡμερῶν ἔφθασεν· καὶ προσηνέχθη αὐτῷ, καὶ ἐδόθη αὐτῷ ἡ ἀρχὴ καὶ ἡ τιμὴ καὶ ἡ βασιλεία· καὶ τὰ ἑξῆς.

[* Matth. XXV. 31]

δ'. Αὐτῷ ἐδόθη ἡ ἀρχή. Οὐ μόνον τὴν τοῦ υἱοῦ ἀνθρώπου βασιλείαν ὁ προφήτης θεσπίζει, ἀλλὰ καὶ πλείονα, περὶ ὧν φησι. [Dan. VII. 14.]

ε'. Καὶ παραλήψονται τὴν βασιλείαν. Εὐσεβίου Καισαρείας. Συμβασιλεύοντες δηλαδὴ καὶ αὐτοὶ τῷ θεῷ· τίνες δ' ἂν εἶεν οὗτοι, ἢ οἱ κληρονόμοι τοῦ θεοῦ, συγκληρονόμοι δὲ Χριστοῦ; οἷς καὶ ἐπήγγελται, τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, βασιλείαν ἐπιστησομένην τὴν μετὰ τέσσαρας βασιλείας τὰς τῷ προφήτῃ ἑωραμένας, περὶ ὧν ὡς ἐν βραχέσιν ἀρτίως διειλήφαμεν· ἐντεῦθεν οἶμαι τὸν ἱερὸν ἀπόστολον Παῦλον ὁρμᾶσθαι περὶ τῆς δευτέρας ἀφίξεως τοῦ Χριστοῦ γράφοντα τοιάδε [*]· ὅτι αὐτὸς ὁ κύριος ἐν κελεύσματι ἐν φωνῇ ἀρχαγγέλου καὶ ἐν σάλπιγγι θεοῦ καταβήσεται ἀπ' οὐρανοῦ· καὶ τὰ ἑξῆς· ὁ δ' αὐτὸς ἀπόστολος καὶ τὴν ὑστάτην τοῦ ἀντιχρίστου ἄφιξιν τὴν καὶ ἀπώλειαν, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τὴν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἔνδοξον παρουσίαν ἀκολούθως τῇ προφητείᾳ παρίστησι λέγων [*]· μήτις ὑμᾶς ἐξαπατήσῃ κατὰ μηδένα τρόπον· ὅτι ἐὰν μὴ ἔλθῃ ἡ ἀποστασία πρῶτον, καὶ ἀποκαλυφθῇ ὁ ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας, ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας, ὁ ἀντικείμενος καὶ ὑπεραιρόμενος ἐπὶ πάντα λεγόμενα θεὸν ἢ σέβασμα, ὥστε αὐτὸν εἰς τὸν ναὸν τοῦ θεοῦ καθίσαι, ἀποδεικνύντα ἑαυτὸν ὅτι ἐστὶ θεός· οὐ μνημονεύετε ὅτι ἔτι ὢν πρὸς ὑμᾶς ταῦτα ἔλεγον ὑμῖν; καὶ τὰ ἑξῆς· τοσαῦτα ὁ θαυμάσιος ἀπόστολος ἐν τοῖς περὶ συντελείας τοῦ βίου διεξῆλθε λόγοις, τὰ διὰ τοῦ προφήτου Δανιὴλ περὶ τοῦ ἀντιχρίστου, καὶ τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐνδόξου βασιλείας τεθεσπισμένα πιστούμενος.

[Dan. VII. 18.] [* I. Thess. IV. 16.] [* II. Thess. II. 3.]

ς'. Ἐξολοθρευθήσεται χρίσμα. Εὐσεβίου. Τὸ ἄκριτον καὶ παράνομον αὐτῶν διαβάλλουσα· οὕτως δὲ καὶ ἐπὶ τῆς θυσίας καὶ τῆς σπουδῆς συμβεβηκέναι φήσεις· ὀρθῶς μὲν καὶ κατὰ νόμον πρὸ τοῦ πάθους τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐπιτελουμένης διὰ τὴν εἰς ἔτι τότε τὰ τῶν ἁγίων τόπων ἐφορῶσαν δύναμιν· περιῃρεθείσης δὲ αὐτίκα μετὰ τὴν αὐτοῦ [Dan. IX. 26.]

τελείαν καὶ θεοπρεπῆ θυσίαν, ἣν προσήνεγκεν αὐτὸς ἑαυτὸν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν· αὐτός τε ὢν ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου εἰς θυσίαν πᾶσιν ἀνθρώποις· κατὰ τὰ καινὰ μυστήρια τῆς καινῆς διαθήκης παραδοθείσης, τὰ τῆς παλαιᾶς περιῄρετο· ὁμοῦ γὰρ τὸ πληροῦσθαι τὸ φάσκον λόγιον, καὶ δυναμώσει διαθήκην πολλοῖς ἑβδομὰς μία, τὰ τῆς παλαιᾶς διαθήκης περιῄρετο.

pter illud perfectum Deoque dignum sacrificium, quo semet ipse obtulit pro peccatis nostris. Est enim is agnus Dei, qui tollit peccatum mundi, hostia nimirum pro cunctis hominibus. Novis mysteriis novo foedere inito, antiquum exolevit. Simul ac enim oraculum illud completum est « et roborabit foe- » dus multis hebdomada una » antiquum foedus desiit.

Ex catena ms. vat. ad proverbia Salomonis.

ζ. Πλήσωμεν δὲ οἴκους ἡμετέρους σκύλων. Εὐσεβίου. Σκυλεύουσιν οὓς νικῶσιν οἱ δαίμονες, λαμβάνοντες ἀπ᾽ αὐτῶν τὴν τοῦ Θεοῦ πανοπλίαν, ἤγουν τὴν περικεφαλαίαν καὶ θώρακα καὶ τὴν μάχαιραν τοῦ πνεύματος· οἶκοι δὲ αὐτῶν αἱ τῶν κακούργων ἐκκλησίαι, ἃς καὶ ἐμπλῆσαι βούλωνται σκύλων, ἤτοι καρπῶν ὧν ἐκ τῶν δικαίων ἁρπάζουσι· πῶς δὲ καὶ σκῦλα προσαγορεύεις τὰ μὴ πολέμου νόμῳ ληφθέντα, ἀλλ᾽ ἐκ γυμνῆς τῆς ἀδικίας κακῶς σοι περιγινόμενα;

7. *Impleamus domos nostras spoliis.* Eusebii. Spoliant daemonia illos quos vicerint: auferunt scilicet ab ipsis Dei armaturam, id est galeam, loricam, et gladium spiritus. Sunt autem daemoniorum domus, maleficorum hominum congregationes, quas etiam implere velient spoliis, id est bonis quae iustis eripiunt. Atqui quomodo spolia appellas ea, quae haud belli iure cepisti, sed sola iniquitate male tibi parta sunt?

η. Καὶ κλοιὸν χρύσεον περὶ τῷ τραχήλῳ. Εὐσεβίου. Ὥσπερ δὲ κεφαλὴ καὶ τράχηλος τὸν νοῦν δηλοῦσιν, οὕτω καὶ κλοιὸς καὶ στέφανος τὴν γνῶσιν.

8. *Et torquem aureum circa collum tuum.* Eusebii. Sicuti caput et collum denotant mentem, ita etiam torquis et corona scientiam.

Plurimos et doctissimos Eusebii caesariensis pro christiana religione labores nemo satis mirari potest. Ecce enim in codice etiam vindobonensi ·LV· ineditum aliud memoratur, partimque superest, Eusebii nostri opus τῆς καθόλου στοιχειώδους εἰσαγωγῆς, generalis elementariae introductionis, *(Fabric. B. G. ed. nov. T. VII. p.* 314. *ex Lambecio cum Kollario lib. I. et III. Item Munter. fragm. PP. gr. fasc. I.) libris saltem decem comprehensum, quorum in quatuor continentur eclogae propheticae de Christo domino, quae diserte pars operis superfuit incolumis in praedicto codice vindobonensi: namque et eius prologum, vel potius prologi pericopem, vulgavit Kollarius T. II. seu lib. III. col.* 205, *in quo dicit Eusebius se id opus post illud suum* κάνων *chronicon adornavisse. Iam in postremo, seu decimo, operis libro de impiis haeresibus tractaverat auctor, ut patet ex verbis quae sumit a Lambecio Fabricius loc. cit.* ἐν τῷ δεκάτῳ τοῖς ἀπὸ τῶν ἀθέων αἱρέσεων τὸν λογισμὸν ἀποβεβλαμμένοις ἑτέραν ἁρμόττουσαν ἔφοδον παρασχεῖν πειρασόμεθα. *Ecce autem nobis in libro sacrarum rerum Leontii ac Iohannis, quem edidimus Script. vet. T. VII, quatuor occurrerunt eusebiani operis* εἰσαγωγῆς *fragmenta; primum ex primo libro; secundum ex quarto; postrema duo ex decimo, in quo de haeresibus, uti dictum est, auctor scripserat. Immo quia apud nos constanter inscribitur introductio* prima, *sequitur ut saltem duae fuisse videantur. Verum utcumque ea res se habet, en fragmenta.*

Ex Leontii et Iohannis rerum sacrarum libro. Script. vet. T. VIII. p. 95. *et* 100.

θ. Εὐσεβίου ἐκ τοῦ α᾽ τῆς α᾽ εἰσαγωγῆς.

9. Eusebii ex primo introductionis primae.

Ἔλεγχος ἀνδρὸς ἤθους ἡ μετὰ τοιῶνδε συνουσία· ὅ τε γὰρ φαῦλος ἐξ ἀνάγκης τοῖς ὁμοίοις

Viri morem demonstrat sodalium qualitas. Pravus enim necessario cum sui similibus so-

ciatur. Vicissimque vir temperans atque sapiens, ad suí moris participes accedit.

10. Eusebii ex quarto introductionis primae.

Sicut oculorum natura habet quidem in se ipsa visualem vim; neque tamen per se ipsa potest res visibiles percipere, nisi aliquid externum eam illuminet, et oculorum usui cooperetur, lumen conferens ob rerum sensibilium visionem; sic etiam intellectualis rationalisque natura se habet ad sacrum Dei verbum.

11. Eusebii ex decimo introductionis primae.

Natura ipsa hominum genus comparavit ad virtutis et malitiae semina dignoscenda: et alterutrius ex his dedit voluntati optionem; etenim hominem suimet dominum iudicemque constituit: ita tamen, ut quia is a natura sortitus est virtutis ac malitiae primigeniam ideam, etiamsi in improbitatis barathrum se aliquando demergat, haud tamen possit conscientia eius non revereri virtutem, quamquam vitium elegerit. Huius rei demonstratio argumentumque est, quod nemo propriae malitiae fieri accusator audet; immo contra celare et contegere pro viribus nititur, si quid praeter honestum clam egerit. Item eiusdem rei testis est uniuscuiusque animus, qui non aeque est affectus erga sibi benivolos, atque adversus eos qui sibi nocere conantur. Igitur spontanea magistra unicuique est ad boni malique scientiam lex naturae; dum vetat nos cuilibet facere, quod nos ab aliis pati nollemus.

12. Eusebii ex decimo introductionis primae tamquam a Platone.

Contingere potest, o puer, ut aliquis bene dicat, quum malus sit: verumtamen aliquem bene facere, qui pravus sit, impossibile.

13. Eusebii ex primo capitulo epistolae primae.

Nulla Deum vis cogit.

συνέστη· ὅ τε αὖ πάλιν σώφρων καὶ σοφὸς τοῖς τὰ αὐτὰ αὐτῷ μετιοῦσιν.

ι΄. Εὐσεβίου ἐκ τοῦ δ΄ τῆς α΄ εἰσαγωγῆς.

Ὃν τρόπον ἡ τῶν ὀφθαλμῶν φύσις ἔχει μὲν ἐν ἑαυτῇ τὴν ὁρατικὴν δύναμιν, οὐχ ἱκανὴ δὲ καθ᾽ ἑαυτὴν πέφυκεν πρὸς τὴν τῶν ὁρατικῶν κατάληψιν, μὴ οὐχὶ ἑτέρου τινὸς ἔξωθεν φωτίζοντος καὶ συνυπουργοῦντος τῇ τῶν ὀφθαλμῶν χρήσει, τῷ συμβαλλομένῳ φωτὶ πρὸς τὴν τῶν αἰσθητῶν θέαν, οὕτως καὶ ἡ νοερὰ καὶ λογικὴ φύσις ἔχει πρὸς τὸν ἱερὸν τοῦ θεοῦ λόγον.

ια΄. Εὐσεβίου ἐκ τοῦ ι΄ τῆς α΄ εἰσαγωγῆς.

Ἡ φύσις αὐτὴ τὸ τῶν ἀνθρώπων κατέσπειρεν γένος εἰς τά τε τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς κακίας σπέρματα γινώσκειν· θατέρου τε τούτων συνεχώρησεν μετέχειν τῷ λογισμῷ, αὐτοκράτορα καὶ κριτὴν ἡγεμόνα τε καὶ κύριον αὐτὸν ἑαυτοῦ καταστήσασα· ὃς οὐκ δὴ ὑπὸ τῆς φύσεως τὰ τῆς ἀρετῆς καὶ τὰ τῆς κακίας προτερήματα ἔχων ἐν ἑαυτῷ, οὐκ ἂν δύναιτο, κἂν εἰς αὐτὸν τῆς κακίας βυθὸν καταπέσοι ποτέ, μὴ οὐχὶ συμνύνειν τὴν ἀρετὴν καταπταῖσον τὸ συνειδός, εἰ προέλοιτο τὸ χεῖρον· καὶ τούτων ἀπόδειξις καὶ ἔλεγχος ἐναργής, τὸ μηδένα τολμᾶν τῆς ἑαυτοῦ κακίας γενέσθαι κατήγορον, ἀλλ᾽ ἐκ τῶν ἐναντίων ὡς ἡ δύναμις, ἐπικρύπτειν καὶ σκέπειν ἅπερ δὴ ὂν παρὰ τὸ καθῆκον λαθραίως ἐπιχειρῇ· καὶ αὐτὴ δὲ ἡ ἑκάστου διάθεσις, μὴ ὁμοίως διακειμένου πρός τε τοὺς εὐεργετοῦντας καὶ πρὸς τοὺς βλάπτειν αὐτὸν ἐπιχειροῦντας· αὐτομαθὴς διδάσκαλος γίνεται ἑκάστῳ τῆς περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν ἐπιστήμης, ὁ τῆς φύσεως νόμος, ταῦτα τινὰς δρᾶν ἑτέροις ἀπαγορεύων, ἅπερ τὶς αὐτὸς παρ᾽ ἑτέρων οὐκ ἂν ἕλοιτο παθεῖν.

ιβ΄. Εὐσεβίου ἐκ τοῦ ι΄ τῆς α΄ εἰσαγωγῆς.

Ἐνδέχεται μέν, ὦ παιδίον, λέγειν μὲν εὖ, φαῦλον δὲ ὑπάρχειν· πράσσειν τάδε εὖ, φαῦλον εἶναι, ἀδύνατον.

ιγ΄. Εὐσεβίου ἐκ τοῦ α΄ τῆς α΄ ἐπιστολῆς [1].

Βία θεῷ οὐ πρόσεστιν

[1] Ita prorsus scribitur in illo codice vat. (p. 119. b.) unde nos sumpsimus Leontii et Iohannis sacrarum rerum librum, Script. vet. T. VII. Quare sequitur ut existimemus extitisse volumen epistolarum in plures libros distinctum; quarum saltem nonnullas ob prolixitatem (puta de rebus dogmaticis) intercapitari opus fuerit.

DE CURIS BIBLICIS
EUSEBII CAESARIENSIS.

Dum Eusebii reliquiis sedulo colligendis curam impenderem, fieri non poterat quin ad codicem quoque illum insignem respicerem olim in Gallia claromontanum, nunc vaticanum, prophetas omnes, cum Pamphili Eusebiique recensione, continentem; de quo olim Curterius in praefatione ad Procopium in Esaiam, et deinde peritius Montfauconius in graeca palaegraphia p. 224. seq. locutus est. Is codex, nescio quo rerum eventu, anno 1785. Romam delatus, palatii apostolici impensa, scutatis nummis trecentis, emptus fuit, et bibliothecae vaticanae addictus, bibliothecario Card. Zelada, praefecto Iosepho Regio, ut in authentica venditionis syngrapha legitur. Quanta sit codicis calligraphia et antiquitas, indicabunt eruditi ex specimine fidelissimo, quod aere excusum heic apponimus. Nam fol. 84. ante Esaiam graece (ut in nostro cuso specimine) scribuntur ea, quae latine sic habent. *Desumptus fuit Esaias ab exemplari patris Apolinarii coenobiarchae, cui haec erant subiuncta: desumptus fuit Esaias ex editionibus hexaplaribus. Collatus est autem etiam cum altero hexaplari codice hanc adnotationem habente: emendatae fuerunt diligenter cunctae editiones; etenim collatae fuere cum Esaia tetraplari, nec non cum hexaplari. Tum etiam ab initio usque ad visionem Tyri, accuratius adhuc emendatus fuit. Copiam enim habuimus, usque ad finem visionis Tyri, tomorum in Esaiam exegeticorum Origenis: seduloque animadvertentes, quo sensu ille singulas dictiones pro viribus explicavisset, omnem ambiguitatem secundum illius mentem correximus. Praeterea comparatione instituta cum septuaginta virorum editione, et cum adnotatis ab Eusebio ad Esaiam, in dissonantibus locis sensum rimati sumus, atque ad illius normam emendationem curavimus.* Tum fol. 280. b. ante Ezechielem legitur graece (ut pariter in nostro specimine) quod latine sic interpretamur. *Desumptus fuit* (Ezechiel) *ab exemplari patris Apolinarii coenobiarchae, in quo haec erant subiuncta: desumptus fuit ex editionibus hexaplaribus, emendatusque ad eiusdem Origenis tetrapla, quae manu ipsius emendata fuerant et scholiis praedita. Unde ego Eusebius scholia addidi. Pamphilus et Eusebius emendaverunt.*

Vides codicem aedepol praestantissimum. Vides Eusebii erga divinos libros merita, et quam recte de eo Hieronymus de vir. ill. cap. 81. dixerit: *Eusebius Caesareae Palaestinae episcopus in scripturis divinis studiosissimus, et bibliothecae divinae, cum Pamphilo martyre, diligentissimus pervestigator.* Revera Constantinus ipse imperator (vit. lib. IV. 36. 37.) Eusebio munus imposuit praestantissima ss. bibliorum exemplaria quinquaginta conficiendi, quae diversis ecclesiis distributa fuerunt. Iam si codicis pleniorem notitiam optas, eam breviter sic trademus. Fol. 1-5 Vitae breves prophetarum auctore nominatim Eusebio, quas Curterius edidit. Fol. 5-11. Obitus et sepulturae prophetarum, sine auctoris nomine, de quibus postea dicemus. Fol. 12-83. Prophetae minores duodecim. Fol. 84. Illa inscriptio ante Esaiam quae in nostro specimine prima est. Praecedit illic notitia de Esaia, eiusque parentis Amosi nomine, et tempore vaticinii. Fol. 85-166. Esaias. Fol. 168-280 Hieremias, Baruch, Threni. Fol. 280. b. est inscriptio secunda nostri speciminis, pertinens ad Ezechielem. Fol. 281-376. Ezechiel. Fol. 377-412, id est usque ad finem codicis Danihel, in quo hymnus quoque trium puerorum scribitur f. 390; et initio, id est fol. 381, historia Susannae. Textus omnium prophetarum integerrimus est. Iuxta tam venerabilem antiquitate criticisque regulis textum, extant in margine antiquis aeque litterulis scriptae lectiones variae hexaplares ·LXX· virorum, Aquilae, Symmachi, Theodotionis, et aliorum aliquot, puta Origenis. Haec scholia, modo rarescunt, modo nulla sunt, modo adeo frequentia et copiosa, ut

alicuius quandoque interpretis latam sectionem habeamus. Horum nos scholiorum alio tempore specimen cusum exhibebimus. Praeter vero haec sane pretiosa, alia passim margines obruunt scholia recentiora, quorum nunc nullam, atque haud scio an ne postea quidem, rationem habebimus: sicuti ne brevium quidem recentiorum vitis additionum in spatiis vacuis rudi manu obtrusarum.

Ergo ad Eusebium quae pertinent, de quo nunc agimus, tria in codice sunt 1. Sacri textus facta ab eo cum Pamphilo emendatio. 2. Scholiorum adiectio. 3. Prophetarum vitae. Et tertium quidem Curterius satis, ut supra diximus, curavit, vitis illis prophetarum brevibus editis. Primum ac secundum a me, ut spero, quantum opus erit, praestabitur, cum hunc textum in meis biblicis lucubrationibus, vel integrum vel accurate collatum, exscribam; scholia autem, vel potius hexaplares lectiones, quatenus saltem incognitae adhuc fuerint, non praetermittam. Nam Montfauconius (hexapl. T. II. p. 87.) quatridui tantum spatio concessum sibi codicis usum fuisse dolens ait. (Sed tamen Esaiam Curterius antea contulerat.) Itaque festinanter trepideque ob angustias temporis nonnisi ex tribus maioribus prophetis, omisso Danihele et reliquis, lectionum hexaplarium varietatem excerpsit. Interim nos uno oblato folio, rem philologis philocalisque pergratam facere scimus.

Iam vero quia dixi, ante Esaiam in codice prologum quendam esse, is ita se habet. Ὅρασις ἣν ἶδεν Ἡσαΐας υἱὸς Ἀμώς. Οἰηθείη μὲν ἄν τις τὸν Ἀμὼς τοῦτον, ἤτοι ὁμώνυμον εἶναι τοῦ ἐν τοῖς δώδεκα, ἢ τὸν αὐτὸν ἐκεῖνον· χρὴ δὲ εἰδέναι, ὅτι ὁ μὲν πατὴρ Ἡσαΐου, παρ' ἡμῖν τελευταῖον σῖγμα ἔχει, τὸ παρ' Ἑβραίοις καλούμενον σὶν, ὅπερ οἱονεὶ δασὺ ἐστι σῖγμα· ὁ δὲ ἐν τοῖς δώδεκα, λήγει εἰς τελευταῖον στοιχεῖον τὸ καλούμενον σαδὴ, ὅπερ οἱονεὶ ψιλούμενόν ἐςι σῖγμα· 1) ἔχουσι δὲ Ἑβραῖοι καὶ τρίτον, παρὰ τὰ δύο ταῦτα, σῖγμα τὸ καλούμενον σαμχὰθ, ὅπερ ἴσον δύναται τῷ εἰπεῖν σῖγμα.—Ἤρξατο μὲν ἐν βασιλείᾳ Ὀζίου προφητεύειν ὁ Ἡσαΐας, καὶ παρατείνει μέχρι Ἐζεκίου· τὰ δὲ τούτων ἔτη ἀπὸ τῆς τετάρτης τῶν βασιλειῶν * ἐστι ταῦτα· Ὀζίας ὁ καὶ Ἀζαρίας 2) ἔτη πεντήκοντα δύο· μετὰ τοῦτον Ἰωάθαμ ἔτη δεκαέξ· μετ' αὐτὸν Ἄχαζ ἔτη δεκαέξ· μετ' αὐτὸν Ἐζεκίας ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἔτη εἰκοσιεννέα· ἐπειδὴ φέρεται προφητεία Ἡσαΐου ἐν τεσσαρεσκαιδεκάτῳ ἔτει Ἐζεκίου εἰρημένη, χωρὶς τῶν γε Ὀζίου χρόνων ἀδήλων ὄντων, καὶ τῶν μετὰ τὸ τεσσαρεσκαιδέκατον Ἐζεκίου, τὰ μεταξὺ τούτων τῆς προφητείας ἔτη γίνεται τεσσαρακονταέξ· ἐν τούτοις δὲ καὶ ἡ τοῦ Ὠσηὲ γεγένηται προφητεία.

* II. Paralip. XXVI. seq.

Visio quam vidit Esaias filius Amos. Existimabit forlasse aliquis, hunc Amos vel homonymum esse illi qui est ex duodecim numero, vel immo eundem hominem. Sciendum vero est, Esaiae patris nomen desinere in illud sigma, quod Hebraei appellant sen, quodque est veluti asperum sigma. Illum autem qui est ex numero duodecim, habere postremum elementum quod sade dicitur, quodque instar lenis sigmatis est. Habent Hebraei, praeter haec duo, tertium quoque sigma, dictum samchath, quod idem est ac si dicas sigma.— Regnante Ozia coepit prophetare Esaias, pervenitque usque ad Ezeciam. Iam horum anni in quarto regnorum libro hi sunt. Ozias, qui et Azarias, annis quinquaginta duobus. Post hunc Ioatham annis sexdecim. Deinde Achaz annis item sexdecim. Postea Ezecias filius eius annis viginti novem. Quoniam igitur Esaiae prophetia fieri adhuc dicitur anno quartodecimo Ezeciae, omissa etiam Oziae parte illa annorum quae incognita est, et illis quoque Ezeciae annis qui post quartum decimum fuere, prophetiae hoc intermedio tempore factae fiunt anni quadraginta sex. Intra hoc autem spatium Oseae quoque extitit prophetia.


1) Vel legit hunc graecum textum Hieronymus, vel certe cum eo consentit, comment. in Esaiam sub initio: *Amos pater Esaiae, non ut plerique autumant, tertius duodecim prophetarum est, sed alius; diversisque apud Hebraeos scribuntur litteris. Iste primam et extremam litteram habet* ALEPH *et* SADE; *ille* AIN *et* SAMECH.

2) Cod. 1. manu Ζαχαρίας, mox ibi emendatum Ἀζαρίας. Reapse S. Hieronymus loc. cit. *Ozias ipse est qui et Azarias, duplici nomine.*

Adhuc unum de hoc codice adnotandum superest. Post eusebianas prophetarum vitas, quas supra memoravimus, sequuntur aliae eorumdem ampliores, ut item diximus, eadem manu vetere, iisdemque litterarum formis, cum titulo: ὀνόματα προφητῶν, καὶ πόθεν εἰσί, καὶ ποῦ ἀπέθανον, καὶ πῶς καὶ ποῦ κεῖνται: *nomina prophetarum, et ipsorum patriae, et ubinam mortui, et quomodo et quo loco sepulti fuerint.* Mirum porro est quod neque Curterius neque Montfauconius ullam huius scripti mentionem fecerint (diversa enim sunt lemmata illa quae manu recentiore scripta Montfauconius neglecta a Curterio dicit.) Ceteroqui legenti mihi haud aegre innotuit, has esse illas prophetarum vitas, quarum cinnus quidam peractus fuit in libris editis; tum videlicet Epiphanii in editione petaviana gr. lat. T. II; tum in Chronico paschali ed. paris. p. 146. seqq.: quamquam graecus textus et in Chronico valde est mendosus, et in Epiphanio non parum variat. Denique hae vitae sub Dorothei tyrii nomine extant in lugdunensi patrum bibliotheca T. III. p. 422, latine tantummodo. Ceteroqui frustra propemodum ait Cavaeus graecum Dorothei textum esse ineditum, quandoquidem in paschali Chronico paene totus legitur. Nunc propter codicis vaticani antiquitatem ac bonitatem, haud scio an scripti huius nova editio meliorque aliquando molienda sit. Exemplo gustuique sit narratio miraculorum Elisaei, quae deest in Chronico p. 161, ubi brevis eiusdem vita legitur, prout in codice nostro est, sed reliqua non item, quae sunt in codice fol. 10. 11. sic. *Τὰ δὲ σημεῖα ἃ ἐποίησεν, εἰσὶ ταῦτα. Ἐπάταξε καὶ αὐτὸς τὸν Ἰορδάνην τῇ μηλωτῇ τῇ Ἠλιοῦ, καὶ διῃρέθη τὸ ὕδωρ, καὶ διέβη καὶ αὐτὸς ξηρῷ τῷ ποδί. Τὰ ὕδατα ἐν Ἱεριχῷ πονηρὰ ἦν καὶ ἄγονα· καὶ ἀκούσας παρὰ τῶν τῆς πόλεως, ἐπεκαλέσατο τὸν Θεόν, καὶ εἶπεν· ἴαμαι τὰ ὕδατα ταῦτα, καὶ οὐκ ἔσται ἔτι ἐκεῖθεν θάνατος καὶ ἀτεκνουμένη· καὶ ἰάθησαν τὰ ὕδατα ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης. Παίδων ἀτακτούντων κατ' αὐτοῦ κατηράσατο ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐξελθοῦσαι δύο ἄρκοι ἀνέρρηξαν ἐξ αὐτῶν μβ'. Γυνὴ προφήτου τελευτήσαντος ὀχλουμένη παρὰ δανιστῶν, καὶ μὴ ἔχουσα ἀποδοῦναι, προσῆλθε τῷ Ἐλισαίῳ, καὶ ἐνετείλατο αὐτῇ συναγαγεῖν ἀγγία καινὰ ὅσα δύναται, καὶ τὸ ἔχον ὀλιγοστὸν ἔλαιον ἐκκενοῦν εἰς αὐτὰ ἕως ἀποσχῇ τὰ ἀγγία, καὶ τοῦτο ποιήσασα ἐπλήρωσε τὰ ἀγγία, καὶ ἀπεδίδωκε τοῖς δανισταῖς, καὶ τὸ περισσεῦον ἔσχεν εἰς διατροφὴν τῶν παίδων. Εἰς Σουμὰν ἀπελθὼν ἔμεινε παρά τινι γυναικί, καὶ μὴ ποιοῦσαν αὐτὴν παιδίον, ἐπιθυμοῦσαν δὲ σχεῖν, εὐξάμενος πεποίηκε συλλαβεῖν καὶ τεκεῖν· εἶτα ἀποθανόντα τὸν παῖδα, εὐξάμενος πάλιν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν. Εἰς Γάλγαλα ἐλθὼν κατήχθη παρὰ τοῖς υἱοῖς τῶν προφητῶν, καὶ ἑψεθέντος προσφαγίου καὶ θανατικῆς βοτάνης συνεψεθείσης τῷ προσφαγίῳ, καὶ παρ' ὀλίγον κινδυνευόντων πάντων, πεποίηκεν ἀβλαβὲς καὶ ἡδὺ τὸ βρῶμα. Τῶν υἱῶν τῶν προφητῶν κοπτόντων ξύλα παρὰ τὸν Ἰορδάνην, ἐξέπεσε τὸ δρέπανον καὶ κατεποντίσθη· ὁ δὲ Ἐλισαῖος εὐχόμενος πεποίηκεν ἐπιπολᾶσαι τὸ δρέπανον. Ναμὰν ὁ σύρος δι' αὐτοῦ ἐκαθαρίσθη * ἀπὸ τῆς λέπρας. Τὸν παῖδα αὐτοῦ Ἐλισαῖος λεγόμενον Γιεζεὶ ἀπελθόντα κρυφᾶ παρὰ γνώμην αὐτοῦ πρὸς Ναμὰν καὶ αἰτήσαντα ἀργύριον, ὕστερον ἐλθόντα καὶ ἀρνούμενον ἤλεγξε καὶ κατηράσατο αὐτόν, καὶ γέγονε λεπρός· βασιλέως Συρίας πολεμοῦντος τὸν Ἰσραήλ, ἠσφαλίζετο τὸν βασιλέα Ἰσραὴλ ἀπαγγέλλων αὐτῷ τὰς σκέψεις τοῦ ἐχθροῦ· τοῦτο μαθὼν ὁ βασιλεὺς Συρίας πέμπει δύναμιν ἀγαγεῖν τὸν προφήτην· ὁ δὲ εὐξάμενος πεποίηκεν αὐτοὺς παταχθῆναι ἀορασίᾳ, καὶ ἀπήγαγεν εἰς Σαμάρειαν παρὰ τοὺς ἐχθρούς, ἀβλαβεῖς τε αὐτοὺς φυλάξας διέσωσε καὶ ἔθρεψεν· τοῦτο μαθὼν ὁ βασιλεὺς Συρίας ἐπαύσατο τοῦ πολεμεῖν. Μετὰ θάνατον Ἐλισαίου ἀποθανών τις καὶ θαπτόμενος ἐῤῥίφη ἐπὶ τὰ ὀστᾶ αὐτοῦ, καὶ μόνον ὡς ἥψατο τῶν ὀστῶν τοῦ Ἐλισαίου, ὁ νεκρὸς εὐθὺς ἀνέζησεν.*

* cod. ἐκαθερίσθη.

Codicis prophetarum Specimen I.



DE NICETAE BYZANTINI OPERE

MONITUM EDITORIS.

Fridericus Sylburgius in praefatione libelli sui, quem saracenica *inscripsit, ediditque anno* 1595, *sic scribit.* « *Romae in vaticana bibliotheca extare dicitur Nicetae byzantini philosophi contra Mo-* » *hamedem liber, et epistolae ab Agarenis missae confutatio, ad Michaelem Theophili filium,* » *imp. constantinopolitanum. Sed quoniam neque illius neque huius exemplaria graeca nancisci* » *nobis licuit, alia eorum edendorum expectanda fuit occasio.* » *Vides annos* 250. *et amplius effluxisse; ex quo Sylburgius, facto vaticani codicis indicio, optavit hunc byzantinum Nicetam edere, quem nos demum post tantam temporis intercapedinem in sempiternam lucem protrahimus. Ceteroqui Sylburgii dictum, ut fit in rebus absentibus, non est undique exactum: nam non una sed duae sunt Agarenorum epistolae, hasque ad Michaëlem imp. missas titulus dicit, non autem diserte quod Nicetas ipsarum refutationem ad Michaëlem scripserit. Decennio post Sylburgium Ant. Possevinus in apparatus principe editione veneta T. II. p.* 477, *et T. III. in catalog. p.* 16. *pleniorem et accuratiorem operis nicetiani titulum recitavit, eatenus tantum mendose, quatenus pro* Theophili *utroque in loco scripsit* Theophylacti. *Reliquos, qui ex praedictis hausere, praetermitto bibliographos; excepto tamen Leone Allatio, qui in calce prioris tomi Graeciae orthodoxae diserte contendit Nicetam hunc byzantinum eundem esse, qui et Nicetas David, et Paphlago, et Dadybrorum etiam episcopus, appellatur.* « *Floruit, inquit, Michaëlis, Basilii, et Leonis, impp. aetate, ut colligitur ex prooemio vitae S. Ignatii patriarchae, quam ille neque indocte neque ine-* » *leganter concinnavit, et aliis eiusdem scriptis:* » *quo postremo dicto (de scriptis aetatem Nicetae designantibus) intelligi ab Allatio puto refutationem praesertim quam fecit Nicetas noster epistolarum ab Agarenis ad Michaelem imp. missarum. Pergit ibi Allatius Nicetae scripta recensere, quorum prope extrema ponit haec adversus Mohamedem et Agarenos dictata; neque tamen codicem vaticanum, qui ea continet, nominat aut se novisse demonstrat. Habuit sane Allatius aliud Nicetae egregium opusculum pro concilio chalcedonensi ad Armeniae principem; idque in praedictum Graeciae orth. tomum inseruit, indubitanter adfirmans unius eiusdemque byzantini Nicetae foetum esse; id quod ego verissimum iudico, quia praeter ceteram stili similitudinem, clausula certe praedicti opusculi eadem omnino est, quae in duarum ad Michaëlem imp. epistolarum refutatione conspicitur. De hoc demum Niceta eiusque scriptis uberius dixit Allatius in inedita adhuc dissertatione sua de viginti Nicetis, cuius ego particulam de nostro loquentem vulgavi in praef. ad T. IX. Scriptorum veterum; neque tamen hanc ipsam dissertationis particulam dedi integram, quia id tunc praeter argumenti mei propositum erat. De vetere operis nicetiani notitia hactenus. Cur autem byzantinum hunc Nicetam nonnulli bibliographi in* ·XII· *saeculo collocent, equidem nescio, neque eius rei documenta ulla adferri video; nisi forte tot Nicetarum copia perturbationem, ut fit, in ipsorum historiam invexit. Sed ut iam propius ad rem accedam, ego quidem quamquam nondum inspexeram Sylburgii, Possevini, et Allatii testimonia, nihilominus in meis ante complures annos bibliothecae vaticanae cui praeeram perlustrationibus, hunc codicem observaveram sub numero* 681, *pulcrum sane, antiquum, membraneum, integerrimum. Attamen aliis editionibus occupatus, Nicetam plus nimio distuli: sed nunc demum de codicis ut reor unici incertis fatis cogitans, qui casu aliquo perire aliquando posset; tum etiam rei sine dubio bonae dulcedine et utilitate illectus, exscribendum manu propria, latinum quoque labore meo ut cetera omnia faciendum, et typis mora omni abrupta tradendum iudicavi.*

Nunc de ipso opere breviter praefandum est. Ludovicus Maraccius, qui philarabes cunctos refutati Alcorani laude superavit, queritur in praefatione ad prodromum de illorum exiguo numero, saltem veterum, qui contra Mohamedem eiusque librum calamum strinxerunt, et pauca certe nomina recitat, Ioh. nempe damascenum, Ioh. Cantacuzenum, Petrum Cluniacensem, et Chaldaeos duos. Atqui dilatare hunc numerum parumper poterat, citato Euthymio Zygabeno cum aliis brevibus eiusmodi scriptis, edente Sylburgio; Theodoro Abucara, edente Gretsero, quamquam hic prae Zygabeno valde tenuis est. Sed enim in romanis gr. codicibus erant. 1. *Eiusdem Zygabeni dialogus adversus Mohamedem, quem nos vulgabimus.* 2. *Nicetae choniatae capitulum in panoplia, quod nos in romanum iam spicilegium intulimus. Sed quod omnem copiam superat, erant arabici codices vaticani, quorum catalogum a nobis ex Assemani schedis editum qui legerit, numerosam adversus Alcoranum christianorum scriptorum instructam aciem conspiciet; videlicet in codicibus arabicis* 99, 112, 113, 114, 118, 119, 127, 128, 135, 141, 143, 180, 504, 545, 550, 615, *et fortasse aliis. Utique magnus Maraccius in praedicta praefatione p.* 7. *globatim memorat arabicos codices diversarum romanae urbis bibliothecarum, qui ei adiumento fuerunt, ut in scholiis et in polemicis disputationibus postea demonstravit, ubi lautas arabum de hac controversia scriptorum opes exposuit; rectius tamen fecisset, vel certe hodiernae methodo accommodatius, si singulorum, quibus usus est codicum nominatim catalogum vel notitiam perscripsisset.*

Iam vero fructus huius nostrae Nicetae editionis multiplex, ut spero, futurus est. 1. *Christianae religionis nova defensio, et mohamedanae superstitionis fraudisque accusatio atque subversio.* 2. *Theologiae apud Graecos scholasticae seu speculativae imaginem genuinam heic aspicimus, et qua methodo, quo acumine, quibus dialecticae et communium notionum, sive sensus, viribus, Trinitatis praesertim perdifficile perobscurumque mysterium apud ethnicos mohamedanosque christiani adprobarent: in qua profecto disputationis parte Nicetas noster mirabilis est; graecique ingenii et doctae solidaeque subtilitatis insigne exemplum suppeditat.* 3. *In singulorum satanici libri capitum confutationibus, recitatur graece Mohamedis textus, vel ipso Niceta interprete, vel ex cuiusvis graeci hominis translatione, quam nunc neque in libris editis, neque in ipsis ut arbitror manuscriptis codicibus videre est. Certe Graecos Alcoranum non semel tantummodo, sed fortasse pluries, ad linguam suam transtulisse, dubitari nequit; quum immanem sectam in prospectu, immo et in imperii visceribus receptam haberent, et cum eius doctoribus necessario contenderent; id quod graeca monumenta superstitum disputationum testantur. Nunc itaque festivum est videre, quantopere interdum graecus Alcorani textus apud Nicetam ab arabico, quem vulgo legimus, differat: quam rem, partim ex interpretis graeci imperitia, partim ob polysema arabicae linguae vocabula, partim denique propter ipsius Alcorani editionum varietatem, contigisse credendum est. Nam septem criticas diversasque Alcorani arabici editiones nominat Herbelotius, medinenses duas, praetereaque meccanam, cufensem, bassorensem, syriaticam, et* [illegible] *sive vulgatam: quarum varietas coranicis Arabum interpretibus uberrimam disserendi copiam obtulit. Porro quod nulla apud Graecos Alcorani translatio superesse nunc videatur, odio rei scilicet factum credo. Ecce enim ne latini quidem Alcoranum habuerunt usque ad Petrum Cluniacensem, qui illum in Hispania per Robertum Retenensem, rudi licet opere, ex arabico interpretandum curavit, atque ad divum clarevallensem Bernardum misit, et Theodorus Bibliander anno* 1550. *apud Helvetios prelo commisit. Ante hanc tamen editionem Alcoranum Itali lingua propria ex latino Retenensis textu vulgaverunt anno* 1547. *editore Andrea Arrivabenio typographo veneto; quem nitidum priscumque librum, nec facile obvium, multi quos inter ipse Maraccius ignorant. Longe recentiores sunt Ryerii et Savarii sermone gallico editiones, itemque duae lingua germanica, quas Bern. Rubeus, magister olim meus, in lexico auct. arab. memorat. Sed nostri demum Maraccii anno* 1698, *interpretatio optima lucem aspexit, cui philarabes cuncti fasces submiserunt. Quamquam vero haec operis Nicetae editio multas postulare videbatur tum criticas tum historicas adnotationes, et quandoque etiam grammaticales in dissidentibus ab arabico sensibus; ego quidem ad alia properans suspenso propemodum aut certe levi pede omnia transiliam; nisi forte per otium postea locus aliquis paulo accuratius exponendus videbitur.*

ΝΙΚΗΤΑ ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ

ΑΝΑΤΡΟΠΗ ΤΗΣ ΠΑΡΑ ΤΟΥ ΑΡΑΒΟΣ ΜΩΑΜΕΤ 1)

ΠΛΑΣΤΟΓΡΑΦΗΘΕΙΣΗΣ ΒΙΒΛΟΥ.

NICETAE BYZANTINI PHILOSOPHI

CONFUTATIO FALSI LIBRI QUEM SCRIPSIT

MOHAMEDES ARABS.

PROGRAMMA.

1. Quum tantus supraque nostram aestimationem sit meritorum cumulus dilectissimi Deo imperatoris, verbis quidem illorum sublimitatem ornare, aut mensura aliqua eorundem infinitatem comprehendere, prorsus non valebimus. Sed enim ille qui omnem mentem ad admirandum rapit stupor, et ad praedicandos excelsi animi viros palamque commendandos impellit, is me quoque humi repentem mortalem ad hoc opusculum componendum adegit. Neque tamen de gestis omnibus dicam, hoc enim nullatenus fieri potest, sed de uno ipsius principali facinore; neque laudibus imperatorem coronabo; namque undenam mihi aureorum verborum copia, ut splendorem ac suavitatem virtutum eius, quae prati instar variis floribus luxuriantis sunt, auro conscribam? Quid enim de eius sapientissima regnandi arte dicam? quid de ecclesiae inperturbata et pacifica administratione? quid de generali reipublicae recta legislatione? quid de eius patientiae ab benignitatis pelago? quid de beneficentiae ac liberalitatis imbribus? quid de orthodoxo fidei dogmate? quid demum de apostolica ut ita dicam evangelii Christi praedicatione? Etenim non contentus imperator infausta barbarorum corpora in fugam vertere, nisi etiam rebelles Deo animas, ceu gla-

ΠΡΟΓΡΑΜΜΑ.

α'. Μεγάλων καὶ τῶν ὑπὲρ ἡμᾶς ἀξίων ὑπαρχόντων πάντων π[ρεσβεί]ων * τῷ θεοφιλεστάτῳ βασιλεῖ, λόγοις γεραίρειν αὐτὰ διὰ τὸ μέγεθος, καὶ μέτρῳ περιορίζειν διὰ τὸ ἄπειρον, οὐχ οἷοί τε ἐσόμεθα τὸ παράπαν· ἀλλ' ἡ τοῦ θαυμάζειν παρασκευάζουσα πᾶσαν διάνοιαν ἔκπληξις, καὶ τοὺς ὑψηλοὺς τὸν νοῦν κηρύττειν καὶ διαγγέλλειν σαφῶς ἐξείργουσα, τοῦτο * τὸ ἔργον ἡμᾶς τοὺς χαμαιζήλους ποιεῖν κατηνάγκασεν· οὐκ ἐπὶ πάντων δὲ, τοῦτο γὰρ ἦν παντελῶς καὶ ἀμήχανον, ἀλλ' ἐφ' ἑνὸς αὐτοῦ προτερήματος· οὐδ' ὅπως δι' ἐγκωμίων αὐτὸν καταστέψωμεν· ποῦ γάρ μοι τοσαύτη χρυσέων ἐπῶν περιουσία, ὡς ἂν χρυσογραφήσαιμι 2), τὰς δίκην πολυανθοῦς λειμῶνος ἐξανθούσας τῶν ἀρετῶν αὐτοῦ λαμπρότητας καὶ τερπνότητας; ποῦ γὰρ θήσω τὴν τῆς βασιλείας πάνσοφον πηδαλουχίαν; ποῦ δὲ τὴν τῆς ἐκκλησίας εἰρηναίαν τε καὶ ἀτάραχον διαγωγήν; ποῦ δὲ τὴν τῆς πολιτείας καθολικὴν εὐνομίαν; ποῦ δὲ τὸ τῆς ἀνεξικακίας καὶ προσηνότητος πέλαγος; ποῦ δὲ τοὺς τῆς εὐποιίας καὶ εὐεργεσίας ὄμβρους; ποῦ δὲ τὸ ὀρθόδοξον τοῦ τῆς πίστεως δόγματος; ποῦ δὲ τὸ ἀποστολικὸν ὡς εἰπεῖν τοῦ εὐαγγελίου τοῦ Χριστοῦ κήρυγμα; οὐκ ἀνεχόμενος γὰρ βάρβαρα σώματα μόνον τροποῦσθαι πανάθλια, εἰ μὴ καὶ ψυχὰς θεομάχους ὡς διστόμῳ τῷ τῆς ἀληθείας λόγῳ διχάσειεν, μετακαλεῖται καὶ τοὺς Ἄραβας πρὸς εὐσέβειαν

Cod. vat. 681. f. 1.

* vocabulum evanidum.

* cod. τούτων τὸ ἔργον.

cod. f. 2.

1) In codicibus scribitur Μαάμεδ, Μωάμεθ, Μωάμετ, Μαχούμεθ. Primam scripturam in latinitate mea sequor (in quam incidit et secunda, ut ex θεός *Deus*) quamquam Nicetas tertiam tenet.

2) Respicit morem scribendi auro in pergamenis, regii praesertim argumenti aut divini, cuiusmodi splendida exemplaria in codicum bibliothecis supersunt.

διὰ τοῦ ἐξ ἀληθείας λόγων ἐλέγχου τὴν παράλογον καὶ ἠπατημένην κατατοξεύων ἀσέβειαν· ἅτε δὴ πεποιθὼς ἐπὶ τὸν νικοποιὸν Χριστὸν τὸν θεὸν ἡμῶν τὸν παρ' ἐκείνων βλασφημούμενον, ὅτι τῷ ἐκ τῶν ἀληθῶν ἀνατροπῶν ἐλέγχῳ τῆς αὐτῶν βλασφημίας, καὶ ἡ κατὰ τῶν παρανόμων αὐτῶν στρατευμάτων, διὰ τῶν αὐτοῦ στρατηγημάτων ἐπακολουθήσει νίκη· ὅθεν τὸ ἔργῳ περατωθὲν τῷ θεόφρονι βασιλεῖ, λόγοις ἡμεῖς οἱ νωθεῖς γυμνάσαι προήχθημεν· καὶ ὅπερ αὐτῷ διὰ πραγμάτων ὁσημέραι κατορθοῦται, καὶ γυμνοῖς λόγοις ἡμεῖς μεγαλοφώνως σαλπίζειν προεθυμήθημεν· ἀλλ' ὁ παντὸς ἀγαθοῦ ταμίας καὶ πάροχος κύριος τῷ μὲν φιλοχρίστῳ βασιλεῖ τὰ σωτήρια ψυχῇ τε καὶ σώματι δαψιλεύσειε, ἐκτάσει ζωῆς χρόνων, καὶ νίκαις ταῖς κατ' ἐχθρῶν ἐπιστέφων, καὶ τὴν ἡμῶν γλῶσσαν νευρώσειεν, τῆς μὲν τῶν χριστιανῶν εὐσεβοῦς πίστεως εἰπεῖν τι ἐπάξιον, τὴν δὲ βάρβαρον ἀπελέγξαι δυσσέβειαν· πρεσβείαις τῆς ὑπερενδόξου θεοτόκου καὶ πάντων τῶν ἁγίων γένοιτο· ἀμήν.

cod. f. 2.

τέλος τοῦ προοιμίου.

dio ancipiti, veritatis verbo dissecet; Arabes quoque ad veram religionem vocat, doctrinae verae argumentis absurdam fallacemque vulnerans impietatem: confidens scilicet auctori victoriarum Christo Deo nostro, quem illi maledictis pulsant, fore ut post illorum blasphemiae refutationem, de impiis quoque ipsorum exercitibus, militaribus suis expeditionibus triumphet. Quamobrem id, quod imperator opere efficiet, ignavi nos tamquam in palaestra verbis ludemus: et quod ille quotidie factis peragit, nuda nos sed magnisonante oratione praedicare proposuimus. Utinam vero bonorum omnium arcarius et dator Dominus, Christi amanti imperatori salutem animae corporisque largiatur, ut diu vivat et de hostibus victorias referat; nostramque simul linguam roboret, ut prout pia Christianorum fide dignum est loquatur, et barbaricam impietatem refellat. Quod precibus gloriosissimae Deiparae et omnium sanctorum fiat! Amen.

Finis prooemii.

β. ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΩιΔΕ ΤΩι ΣΥΓΓΡΑΜΜΑΤΙ.

2. HAEC SUNT IN PRAESENTI OPERE.

XXVII. De eodem argumento.
XXVIII. De Deo Mohamedis
XXIX. Quod, etiamsi hi erronei putent se progenitoris Abrahami unicum Deum colere, non tamen oporteat Agarenos a nobis dici Dei cultores.
XXX. Adversus Agarenos de iactantia ipsorum.

CAPUT I.

3. Expositio, cum argumentis et demonstratione, christiani dogmatis, ex communibus notionibus, et dialectica methodo, nec non naturalibus argumentis, varioque syllogistico artificio, deducta. Confutatio simul et eversio atque coargutio insulsissimi ac nefandissimi ab arabe Mohamede conficti libri, sive pseudonymae Agarenorum fidei.

Inter tot bona virtutis opera, ad Dei gloriam redundantia, quae ab optimo et christianissimo imperatore nostro quotidie fiunt, praecipue circa verum Dei cultum, haec quoque serenissimae eius maiestati peculiaris cura inest, ut coarguatur mendaxque et portentosa demonstretur erronea illa et absurdissima doctrina, quae fallaci libro Mohamedis arabis nomen gerente continetur. Quamobrem nostram indignitatem, ceu clari aliquantulum nominis, et qui eius a Deo electae maiestati devoti sumus, hortatus est, ut pro viribus diffamaremus, atque a veritate abhorrentem doctrinam hanc demonstraremus, non solum in manifestis circa Deum conceptibus, verum etiam in communibus et universo hominum generi facile obviis notionibus. Igitur imploratis eiusdem christophili domini nostri, magni imperatoris, Deo acceptis mundoque salutaribus precibus, cum Spiritus sancti virtute, fidei lorica tecti, spei scuto sumpto, galeaque salutis muniti, mandatum eius exsequi adgredimur. Et quia duplex est antirrheticae orationis pars, una quae proprium adsumptum comprobat, altera quae contrarium refutat; nos quidem piam nostram Christianorum fidem naturalibus ratiociniis qua maiore fieri poterit evidentia ostendemus; deinde argumenta quae impiae doctrinae favere videntur, coarguere conabimur; modo naturaliter ex communibus de Deo notionibus, modo scripturae testimoniis, quam ipse

κζ'. Εἰς τὸ αὐτό.
κη'. Περὶ τοῦ Θεοῦ τοῦ Μωάμετ.
κθ'. Ὅτι οὐ δεῖ, κἂν δοκῇ τοῖς πεπλανημένοις τὴν τοῦ προπάτορος Ἀβραὰμ μοναρχίαν πρεσβεύειν, λέγειν ἡμᾶς θεοσεβεῖς Ἀγαρηνούς.
λ'. Πρὸς Ἀγαρηνοὺς περὶ τῆς αὐτῶν ἀλαζονείας.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

γ'. Ἔκθεσις κατασκευαστικὴ μετὰ ἀποδείξεως cod. f. 5. τοῦ χριστιανικοῦ δόγματος, ἐκ κοινῶν ἐννοιῶν, καὶ διαλεκτικῆς μεθόδου, καὶ φυσικῶν ἐπιχειρημάτων, καὶ συλλογιστικῆς πολυτεχνίας προαγομένη· καὶ ἀντίῤῥησις καὶ ἀνασκευὴ καὶ ἔλεγχος τῆς ἀλογωτάτης καὶ μιαρωτάτης βίβλου τῆς παρὰ τοῦ ἄραβος Μωάμετ πλαστογραφηθείσης, ἤτοι τῆς τῶν Ἀγαρηνῶν ψευδωνύμου πίστεως.

Πολλῶν ἤδη τῶν εἰς δόξαν θεοῦ συντρεχόντων ἀρετῆς κατορθωμάτων παρὰ τοῦ φιλαγάθου καὶ χριστιανικωτάτου ἡμῶν βασιλέως ὁσημέραι διαπραττομένων, μάλιστα δὲ περὶ τὴν εὐσεβῆ εἰς θεὸν λατρείαν, ἓν καὶ τοῦτο σπουδῆς εἶδος τῷ γαληνοτάτῳ κράτει καθέστηκεν, τὸ ἀπελεγχθῆναι τὴν ἠπατημένην καὶ ἀλογωτάτην δόξαν τὴν πλαστογραφηθεῖσαν ἐν τῇ ἐπονομαζομένῃ τοῦ ἄραβος Μωάμετ βίβλῳ· ὅθεν τὴν ἡμετέραν ἀναξιότητα, οἷα δὴ ἐλλογίμου πως οὖσαν, καὶ εὐνοϊκῶς πρὸς τὴν αὐτοῦ θεοσυγκρότητον βασιλείαν προσκειμένην, προετρέψατο καθ' ὅσον οἷοί cod. f. 6. τε ἐσμὲν, στηλιτεῦσαι καὶ δεῖξαι μακρὰν τῆς ἀληθείας ὑπάρχουσαν, οὐ μόνον ἐν ταῖς περὶ τὸ θεῖον σαφέσιν ὑπολήψεσιν, ἀλλὰ καὶ ἐν αὐταῖς παρὰ τοῦ κοινοῦ τῆς ἀνθρωπότητος γένους ῥᾳδίως γινωσκομέναις· τὰς τοίνυν θεοδέκτους καὶ σωσικόσμους εὐχὰς τοῦ αὐτοῦ φιλοχρίστου δεσπότου ἡμῶν καὶ μεγάλου βασιλέως ἐπικαλεσάμενοι, σὺν τῇ δυνάμει τοῦ ἁγίου πνεύματος, καὶ τῷ θώρακι τῆς πίστεως φραξάμενοι, καὶ τοῦ θυρεοῦ τῆς ἐλπίδος δραξάμενοι, καὶ τὴν περικεφαλαίαν τοῦ σωτηρίου περιβαλόμενοι, τὴν αὐτοῦ προτροπὴν ἐκτελέσαι προήχθημεν. Ἐπειδὴ δὲ διττός ἐστιν ὁ τῆς ἀντιῤῥήσεως λόγος, τοῦ μὲν τὸ οἰκεῖον κατασκευάζοντος, τοῦ δὲ τὸ ἀντίπαλον ἀνατρέποντος, πρότερον τὴν εὐσεβῆ ἡμῶν τῶν χριστιανῶν πίστιν ἐκ φυσικῶν λογισμῶν ὡς ἐφικτὸν μετ' ἀποδείξεως ἐκθέμενοι, τὸ τηνικαῦτα τὰ δοκοῦντα συνηγορεῖν τῷ δυσσεβεῖ αὐτοῦ δόγματι ἀπελέγξαι πειρασόμεθα· τῇ μὲν, φυσικῶς ἐκ τῶν περὶ θεοῦ κοινῶν ἐννοιῶν· τῇ δὲ, καὶ γραφικῶς cod. f. 7.

ἐξ ὧν καὶ αὐτὸς ὁ τῆς τοιαύτης βίβλου πλαστογράφος δοκεῖ καταδέχεσθαι· ἄρξομαι δὲ ἐντεῦθεν.

δ'. Ὁ πάνσοφος καὶ φιλάγαθος ἀπειροδύναμός τε καὶ πανάγιος Θεὸς, τὴν τοῦ κόσμου σύστασιν τε καὶ οὐσίωσιν ἐξ οὐκ ὄντων παράγων, ἤτοι ἐν δυνάμει δυνατὸς ὢν ταύτην ἐδημιούργησέν τε καὶ παρήγαγεν, ἢ οὐκ ἐν δυνάμει δυνατὸς ὤν· εἰ μὲν οὐκ ἐν δυνάμει, ψευδεῖς αἱ κατειθισμέναι περὶ Θεοῦ τοῖς ἀνθρώποις ἀκριβεῖς καὶ κοιναὶ ἔννοιαι, λεγόμεναί τε καὶ κρατούμεναι· καὶ πῶς ἂν ὁ αὐτὸς τὰ τῇδε συνέδησέν τε, καὶ συνήρμοσεν, καὶ εἰς οὐσίωσιν παρέστησεν; ἢ πῶς ὁ αὐτὸς πρακτικός τε καὶ δημιουργὸς ἂν εἴη, καὶ τὸ τῆς δημιουργίας ὄνομα, ἤτοι τῆς τοιᾶσδε ἐνεργείας, ἀραρότως ἐπ' αὐτὸν ἐπιτεθείη, ἐπ' ἂν αὐτὸς ἐν ἀδυναμίᾳ καὶ ἀσθενείᾳ φύσεως περιγράφηται, καὶ ὡς ἀδύνατος Θεὸς λογίζηταί τε καὶ πιστεύηται; τὸ γὰρ Θεὸς ὄνομα, οὐκ ἄλλου τινὸς, ὡς ἐγώ γε οἶμαι, ἀλλ' ἢ τῆς δημιουργικῆς ἐνεργείας σημαντικόν τε καὶ παραστατικὸν ἂν εἴη· εἴπερ τὸ θεῖον κατὰ τὸν τουτί ἐστι λόγον, ἀκατονόμαστόν τε καὶ ἀνέκφραστον καὶ ἀνερμήνευτον καθίσταται· (cod. f. 8.) κἂν τοῖς πολλοῖς ἰδιαζόντως ἐπὶ τῆς θείας φύσεως τουτὶ τὸ Θεὸς ὄνομα, ὥσπέρ τι κύριον σημαντικὸν, οὐ προσφυῶς ἐξείληπται, ἐξ οὗ ὀνόματος πάντως καὶ δύνασθαι ἡμῖν ἐξ ἀνάγκης συναναφύεται· εἴπερ πᾶσα ἐνέργεια μετὰ δυνάμεως· 1) καὶ μαρτυρεῖ τὰ πράγματα· εἰ οὖν ὁ Θεὸς, ὡς ὑπετέθη, οὐκ ἐν δυνάμει τὸν κόσμον παρήγαγεν, φανερὸν ὅτι ἐστέρηται τοῦ δύνασθαι· ὁ δὲ ἐστέρηται τοῦ δύνασθαι, ἐστέρηται καὶ τοῦ παράγειν· ὁ δὲ ἐστέρηται τοῦ παράγειν καὶ δημιουργεῖν, ἐστέρηται καὶ τοῦ εἶναι Θεός τε καὶ λέγεσθαι· συνάγεται ἄρα ὅτι ὁ Θεὸς οὐ Θεός· ὅπερ ἀσεβές.

ε'. Καὶ ἄλλως. Εἰ τὸ ποιεῖν, μετὰ δυνάμεως, τὸ μὴ ἐν δυνάμει, οὐδὲ πέφυκε ποιεῖν· ὁ δὲ οὐ ποιεῖ, οὐδὲ πέφυκεν, οὐδὲ παράγει· ὁ δὲ οὐ παράγειν πέφυκεν ἐκ μὴ ὄντων, οὐδὲ Θεός· ὁ Θεὸς ἄρα οὐ Θεός· ὅπερ ἐστὶ πάσης βλασφημίας ἀνάμεστον. Εἰ οὖν τὸ μὴ ἐν δυνάμει τὸν Θεὸν παράγειν ὁ λόγος ἔδειξεν ἀδύνατόν τε καὶ βλάσφημον, λείπεται τὸ ἐν δυνάμει δυνατὸς ὢν ἀληθές τε καὶ βέβαιον· καὶ μάρτυς ἡ ἐνάργεια *· (* Ita cod.) ἐπεὶ οὖν ἐν δυνάμει ὁ Θεὸς τὸν κόσμον παρήγαγεν, (cod. f. 9.) καὶ τῇ σοφίᾳ αὐτοῦ τὸ πᾶν διακυβερ-

huius falsi libri auctor videtur admittere. Hinc autem initium capiam.

ιη΄. Τούτων οὖν ἡμῖν ὑποτεθέντων, σκόπει τὸ κατασκευαζόμενον. Τῆς θείας καὶ μακαρίας φύσεως ὅλης ὡς ὅλης, ἀμερίστως ἔν τε τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι θεωρουμένης, ὡς ὁ λόγος ἔδειξεν· καὶ οὐ τοῦ μὲν μᾶλλον, τοῦ δὲ ἧττον, ἀλλ' ἐπ' ἴσης καὶ ἰσοκλεῶς τῆς κατηγορίας κατηγγελμένης· καὶ οὐ τὸ μὲν πρότερον, τὸ δὲ ὕστερον τῆς κατηγορίας ἐμφαινούσης, ἀλλ' ἅμα καὶ συναϊδίως καὶ κατὰ πάντα ὁμοιοτρόπως οὔσης· καὶ γὰρ ἡ ὁλότης ἢ πρὸ τῶν μερῶν ἐπινοεῖται, ἢ ἐν τοῖς μετέχουσι· καὶ τούτων ἢ ἐν τῷ ἑνὶ ὅλη ὡς ὅλη ἀμερίστως θεωρουμένη, ἢ καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς· ὁλότητα δὲ φημὶ οὐ τὴν ἐκ τῶν μερῶν συγκειμένην καὶ σύνθετον, ἄπαγε, ἀλλὰ τὴν ὡς φύσιν ἐν ταῖς οἰκείαις ὑποστάσεσιν θεωρουμένην· φανερὸν ὅτι ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, κατὰ μίαν θεότητά τε καὶ ἐξουσίαν καὶ κυριότητα ταυτίζονται, καὶ ἕν εἰσιν· εἴπερ τῆς αὐτῆς καὶ μιᾶς θεότητος ἐπ' ἴσης πεφύκασιν. Εἰ οὖν ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον καθ' ὃ τῆς μιᾶς θεότητός τε καὶ ἐξουσίας ἰσοκλεῶς ἔχουσιν, ἕν τέ εἰσι καὶ πιστεύονται, ὁμολογηται δὲ ὅτι πᾶς ἀριθμὸς τῆς ποσότητος τῶν ὑποκειμένων ἐστὶ δηλωτικὸς, καὶ οὐ τῆς φύσεως

cod. f. 29.

cod. f. 30.

τῶν πραγμάτων· καὶ τούτων οὐχ ᾗ ταυτῶν, ἀλλ᾽ ᾗ διαφόρων· καὶ πᾶσα συναρίθμησις, τουτέστιν ἡ εἰς ἕνα ἀριθμὸν συναίρεσις τῶν ἑτεροτήτων πως, ᾗ ἕτερά ἐστι, σύνθεσίς ἐστι, φανερὸν ἄρα ὅτι θεὸν τὸν πατέρα ἰδίως λέγοντες, ὡσαύτως δὲ καὶ τὸν υἱὸν, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐ τρεῖς θεοὺς εἰσάγομεν συναριθμοῦντες τὴν φύσιν· ἦν γὰρ ἂν ὁ ἀριθμὸς καὶ ἡ συναρίθμησις τῆς φύσεως, καὶ οὐ τῶν ὑποκειμένων πραγμάτων τῆς ποσότητος, καὶ τῶν ταυτῶν ᾗ ταυτά ἐστι, καὶ οὐχὶ τῶν ἑτέρων ᾗ ἕτερά ἐστιν, ὅπερ οὐχ ὡμολόγηται· διὸ πατέρα ὁμολογοῦντες καὶ υἱὸν καὶ πνεῦμα ἅγιον, οὐ καθ᾽ ὃ πατὴρ ἢ υἱὸς ἢ πνεῦμα ἅγιον ἕν ἐστι cod. f. 31. καταγγέλλομεν, ταῦτα γὰρ διάφορα, ἀλλ᾽ ᾗ μία θεότης τε καὶ ἐξουσία, καὶ εἷς θεὸς θεωρεῖται, κἂν τρία ταῖς ὑποστάσεσι πιστεύηται.

ιθ΄. Καὶ ἄλλως ἔστι δεῖξαι, ὅτι οὐ τρεῖς θεοὺς εἰσάγομεν ἐπὶ τῇ μιᾷ θεότητι, κἂν τρεῖς ὑποστάσεις ὁμολογοῦμεν· εἰ οὖν ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀκριβῶς παρ᾽ ἡμῖν δέδεικται ὅτι τῆς μιᾶς καὶ ἀκτίστου καὶ ἀγενήτου θεότητος συναϊδίως ἔχουσι, καὶ μία φύσις τῶν τριῶν κατηγορεῖται, καὶ οὐχ ἑτέρα καὶ ἑτέρα, φανερὸν ὅτι τρεῖς ὑποστάσεις λέγοντες, οὐ συνεισάγομεν καὶ τρεῖς θεούς· εἰ γάρ τις ἡμῖν τοῦτο καταφημίζει, οὐδὲν ἄλλο αὐτόν ἐστι λέγειν, ἀλλ᾽ ἢ κατὰ ταυτὸν ἕν τε καὶ πολλὰ εἶναι, καὶ τὴν ἀντίφασιν συναληθεύειν, καὶ τὰ ἐλάττονα τῶν ἐπιπλέον κατηγορεῖσθαι καὶ ἐξισάζειν, ὅπερ οὐδὲ ταῖς λογικαῖς μεθόδοις, οὐδὲ τῇ ἀληθείᾳ σύμφωνον· καὶ ὅπως ἡμῖν σαφὲς γένηται τὸ λεγόμενον, ὡς ἐν ὑποδείγματος τρόπῳ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν λαβόντες, καὶ ἐφ᾽ ὧν ταύτη κατηγορεῖται, δῆλον ὑμῖν τὸ λεγόμενον παραστήσω· Ἔστω ἡ ἀνθρωπίνη φύσις ὡς ἐν ὑποθέσει τριῶν cod. f. 32. ὑποστάσεων μόνων κατηγορουμένη, οἷον Πέτρου φημὶ καὶ Παύλου καὶ Θωμᾶ· αὕτη οὖν ἡ φύσις ὅλη ὡς ὅλη ἀμερίστως ἐπὶ Πέτρου καὶ Παύλου καὶ Θωμᾶ κατηγορεῖται· καὶ γὰρ ἕκαστος * τούτων, ζῶον λογικὸν θνητὸν, νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικόν ἐστι· φανερὸν ὅτι καὶ τὰ μετέχοντα, καθ᾽ ὃ τῆς αὐτῆς καὶ μιᾶς φύσεως μετέχουσιν, ἕν τε καὶ ταυτά εἰσι· καθ᾽ ὃ δὲ διάφορα ταῖς ὑποστάσεσι, καὶ τὸν τρεῖς ἀριθμὸν ἐκληρώσαντο. Εἰ οὖν τις τὴν ἄνθρωπος φωνὴν, ἥτις ἐστὶ φύσεως δηλωτικὴ ἐπὶ τῶν τριῶν ὑποστάσεων, μίαν οὖσαν καὶ τὴν αὐτὴν καὶ ἀμερίστως αὐτῶν κατηγορουμένην, εἶτα καὶ ὡς τριῶν συναριθμουμέ-

* cod. ἕκαστον.

et harum quidem non qualenus earumdem, sed quatenus potius diversarum; et si omnis connumeratio, id est in unum numerum contractio, diversitatum, quatenus diversae sunt, compositio est; constat prorsus, quod cum patrem seorsum dicimus, itemque filium et spiritum sanctum, tres deos non inducimus quasi numerando naturam. Secus, numerus et connumeratio naturam adficeret, non autem subiectarum rerum quantitatem; et quidem eas tamquam easdem, non diversas prout diversae sunt; quod non conceditur. Itaque cum patrem confitemur et filium et spiritum sanctum, non quasi pater et filius sanctus unum quid sint pronunciamus, hi enim diversi sunt, sed quatenus una deitas, una potestas, et unus Deus consideratur, quamquam tres personae creduntur.

19. Adhuc aliter rem demonstrare possumus, nequaquam tres deos a nobis induci in una divinitate, etiamsi personas tres confitemur. Si ergo pater et filius et spiritus sanctus, prout accurate nos demonstravimus, unam nec creatam nec factam divinitatem perpetuo simul habent, unaque natura trium praedicatur, non alia et alia, patet quod dum tres personas dicimus, haud tres deos inducimus. Quod siquis nobis imputet, idem facit dicenti, aliquid secundum idem, et unum esse et plura, et contradictioni inesse veritatem, et minora maioribus exaequari pariterque appellari; quod neque logicis regulis neque veritati consonat. Atque ut nobis dicta res clarior fiat, humanam naturam ad exemplum sumens, secundum eiusdem praedicamenta, perspicuam vobis faciam orationem meam. Esto humana natura tamquam in subiecto trium tantum personarum praedicata, veluti Petri, Pauli, ac Thomae. Haec igitur natura tota prout est indivise in Petro, Paulo, ac Thoma, denominatur: nam horum unusquisque, animal est rationale, mortale, mentis scientiaeque capax. Constat, hos participes, quatenus unam eandemque naturam participant, unum quid idemque esse: quatenus autem diversi sunt personis, ternarium numerum habere. Siquis ergo vocabulum « homo » quod naturam denotat, quodque unum idemque et indivise de tribus praedicatur; deinde tamquam tribus iam simul connumeratis, idem hoc vocabulum « homo » ne-

cessario cum personis connumeret, tres dicens homines; nihil aliud dicit, nisi tres naturas in personis tribus spectari: namque hominis vocabulum naturam denotat. Quod si verum est, utique idem secundum idem comperietur, id est humanam naturam, et unum quid esse et contra: et quod contradictio est, verum evadet; quod est absurdum. Neque hoc solum, sed et minora, id est personae, maiorum id est naturarum praedicamentum sortientur, eisque aequabuntur; quae res ita declaratur.

20. Humana natura in tribus personis praedicata, haud vicissim ex his praedicatur, neque convertitur, propterea quod plus est quam unaquaeque persona. Nam si quid est Petrus, hoc et homo; non tamen si quid homo, hoc et Petrus. Namque in praedicatis, illa invicem convertuntur quae sunt aequalia, veluti homo et risibile; nam si quid est homo, hoc et risibile; et si quid est risibile, hoc et homo. Quae autem excedunt, ea invicem non convertuntur, propter excessum. Veluti si quid homo, hoc et animal; non si quid animal, hoc et homo. Si ergo, quum humana natura plus sit singulis tribus personis, praedicetur autem ternarius numerus trium personarum, non absolute, sed secundum talem subiectorum quantitatem; idem autem numerus, quem et numerabilem dicimus, ceu qui numeratur magis quam numerat, praedicetur etiam de vocabulo homo adaeque ac numerus personarum; sic inquam comperietur unaquaeque persona uni naturae aequata, et vicissim praedicata. Nam tres et tres numerati, non sunt plures sed pares. Nam et si duo quaedam sint, alterum autem de uno praedicetur, veluti risibile de homine; demonstretur autem alterum esse par, necessario accidit ut praedicamentum invicem fiat, et homo praedicetur pro risibili. Quamobrem constat, quod si quis connumeraverit personis naturae ipsarum nomen, faciet ut minora praedicentur de maioribus et exaequentur; quod abhorret a logicis regulis et a veritate, ut diximus.

21. Pari modo quod adtinet ad divinam naturam, hoc exemplo viam nobis demonstrante, veritatem nanciscemur, erroremque depellemus. Nobis enim tres in divina natura personas con-

νων, καὶ ταύτην τὴν ἄνθρωπος φωνὴν, ἐξ ἀνάγκης ταῖς ὑποστάσεσι συναριθμήσει, τρεῖς ἀνθρώπους φάσκων, οὐδὲν ἄλλο λέγει, ἀλλ' ἢ τρεῖς φύσεις ἐν ταῖς τρισὶν ὑποστάσεσι θεωρεῖσθαι· ἡ γὰρ ἄνθρωπος φωνὴ, φύσεώς ἐστι δηλωτική· εἰ δὲ τοῦτο, εὑρεθήσεται τὸ αὐτὸ κατὰ ταυτὸ, τουτέστιν ἡ ἀνθρωπίνη φύσις ἕν τε καὶ οὐχ ἕν· καὶ ἡ ἀντίφασις συναληθεύσει, ὅπερ ἄτοπον· καὶ οὐ μόνον τοῦτο, ἀλλ' ἢ καὶ τὰ ἐλάττονα, τουτέστι τὰς ὑποστάσεις τῶν ἐπιπλέον, τουτέστι τῶν φύσεων συμβαίνει κατηγορεῖσθαι καὶ ἐξισάζειν· ἔστι δὲ καὶ τοῦτο δῆλον ὧδε. cod. f. 33.

κ'. Ἡ ἀνθρωπίνη φύσις ἐπὶ τῶν τριῶν ὑποστάσεων κατηγορουμένη, οὔτε ἀντικατηγορεῖται ἐκ τούτων, οὔτε ἀντιστρέφει διὰ τὸ ἐπιπλέον εἶναι ἑκάστης ὑποστάσεως· καὶ γὰρ εἴ τι Πέτρος, τοῦτο καὶ ἄνθρωπος, οὐκ εἴ τι δὲ ἄνθρωπος, τοῦτο καὶ Πέτρος· τῶν γὰρ κατηγορουμένων, τὰ μὲν ἐξισάζοντά εἰσιν ἃ καὶ ἀντιστρέφουσιν, οἷον ὅ τε ἄνθρωπος καὶ τὸ γελαστικόν· εἴ τι γὰρ ἄνθρωπος, τοῦτο καὶ γελαστικόν· καὶ εἴ τι γελαστικὸν, τοῦτο καὶ ἄνθρωπος· τὰ δὲ ἐπιπλέον, ἃ καὶ οὐκ ἀντικατηγορεῖται διὰ τὸ ἐπιπλέον· οἷον εἴ τι ἄνθρωπος, τοῦτο καὶ ζῶον· οὐκ εἴ τι ζῶον, τοῦτο καὶ ἄνθρωπος· εἰ οὖν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἐπιπλέον οὔσης μιᾶς ἑκάστης τῶν τριῶν ὑποστάσεων, κατηγορεῖται δὲ ὁ τρεῖς ἀριθμὸς τῶν τριῶν ὑποστάσεων, οὐκ ἀπολελυμένως, ἀλλὰ κατὰ τὴν τοιάνδε ποσότητα τῶν ὑποκειμένων· τὸν δὲ αὐτὸν ἀριθμὸν, ὃν καὶ ἀριθμητὸν λέγομεν, ὃς καὶ ἀριθμεῖται μᾶλλον ἤπερ ἀριθμεῖ, κατηγορήσεις καὶ τῆς ἄνθρωπος φωνῆς ἐξ ἴσου τῷ ἀριθμῷ τῶν ὑποστάσεων, εὑρεθήσεται ἑκάστη ὑπόστασις ἐξ ἴσου τῇ μιᾷ φύσει καὶ ἀντικατηγορουμένη· τὸ γὰρ τρεῖς καὶ τρεῖς ἀριθμούμενον, οὐκ ἐπιπλέον ἐστὶν, ἀλλ' ἐξ ἴσου· καὶ γὰρ ἐὰν δύο τινὰ ὦσι, θάτερον δὲ κατηγορεῖται τοῦ ἑνὸς, cod. f. 34. οἷον τὸ γελαστικὸν τοῦ ἀνθρώπου· δειχθῇ δὲ καὶ θάτερον ἐξισάζον, συμβαίνει ἐξ ἀνάγκης τὴν κατηγορίαν ἀντιστρέφειν, καὶ τὸν ἄνθρωπον ἀντικατηγορεῖσθαι τοῦ γελαστικοῦ· ὥστε φανερὸν ὅτι εἴ τις συναριθμεῖ ταῖς ὑποστάσεσιν τὸ τῆς φύσεως αὐτῶν ὄνομα, συνάγει τὰ ἐλάττονα τῶν ἐπιπλέον κατηγορεῖσθαι καὶ ἐξισάζειν· ὅπερ ἀσύμφωνόν ἐστι ταῖς λογικαῖς μεθόδοις, καὶ τῇ ἀληθείᾳ ὡς ἔφαμεν.

κα'. Τὸ αὐτὸ δὴ καὶ ἐπὶ τῆς θείας φύσεως, ὡς ἐκ τουτοὶ τοῦ παραδείγματος ποδηγούμενοι τὸ ἀληθὲς λάβωμεν καὶ τὸ ψεῦδος ἀποκρουσώμεθα· καὶ γὰρ ἡμῶν τριῶν ὑποστάσεων

ὁμολογούντων ἐπὶ τῆς θείας φύσεως, οὐκ ἀνάγκη καὶ τρεῖς ἡμᾶς θεοὺς εἰσάγειν διὰ τὰ προδεδειγμένα ἄτοπα· ὥστε δῆλον ἡμῖν ἀνέφηνεν, ὅτι τρεῖς ὑποστάσεις κατὰ τὰς ἰδιότητας ἐπὶ τῆς μιᾶς καὶ θεϊκῆς φύσεως ὁμολογοῦντες, οὐκ εἰσάγομεν καὶ τρεῖς θεούς, ἀλλ' ἕνα θεόν, ὅτι μία θεότης, καὶ πρὸς ἓν τὰ ἐξ αὐτοῦ τὴν ἀναφορὰν ἔχει· τὸ γὰρ πατὴρ καὶ υἱὸς ὄνομα, οὐ φύσιν ὑποσημαίνουσιν, ἀλλὰ σχέσεώς (cod. f. 35.) τε καὶ τοῦ πῶς ἔχει πρὸς τὸν υἱὸν ὁ πατήρ, ἢ ὁ υἱὸς πρὸς τὸν πατέρα· ὡς γὰρ ἐφ' ἡμῶν αὗται αἱ κλήσεις τὸ γνήσιον σημαίνουσιν, οὕτως ἐκεῖ τὴν τοῦ γεγεννημένου πρὸς τὸ γεγεννηκὸς ὁμοφυΐαν σημαίνουσιν· ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ πνεῦμα οὐ φύσιν σημαίνει, ὥσπερ καὶ τὰ λοιπά· τὸ γὰρ διάφορον τῆς πρὸς ἄλληλα τούτων σχέσεως, διάφορον αὐτῶν καὶ τὴν κλῆσιν πεποίηκε· διὸ ὅτ' ἂν μὲν πρὸς τὴν θεότητα βλέπωμεν καὶ τὴν πρώτην αἰτίαν καὶ μοναρχίαν, ἓν ἡμῖν τὸ φανταζόμενον· ὅτ' ἂν δὲ πρὸς τὰ ἐν οἷς ἡ θεότης τὰ ἐκ τῆς πρώτης αἰτίας ἀχρόνως καὶ ὁμοδόξως ἐκλάμψαντα, τρία τὰ προσκυνούμενα· καὶ ταῦτά ἐστι, ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, εἰς ἃ πιστεύομεν καὶ βεβαπτίσμεθα, καὶ οἷς λατρεύομεν.

κβ'. Εἰ δὲ ἀναιδέστερον πρὸς τὰ λεχθέντα οἱ ἐκ τῆς Ἄγαρ διατεθεῖεν λέγοντες· εἰ καὶ κυρίως τὸ τῆς φύσεως ὄνομα οὐ συναριθμεῖται, ἀλλ' οὖν καταχρηστικῶς παρὰ τῇ συνηθείᾳ εὕρηται λεγόμενον, καθ' ὃ λέγομεν τρεῖς ἀνθρώπους καὶ τρεῖς ἵππους· οὐκοῦν καὶ καθ' ὑμᾶς λεγέσθω εἶναι ἡ παρ' ὑμῶν τριὰς σεβομένη καταχρηστικῷ λόγῳ τρεῖς θεοὶ ὡς τρεῖς ἄνθρωποι, ἢ ἄλλο τι συναριθμούμενον, φαμὲν ἡμεῖς πρὸς αὐτούς· ὅτι τὸ τῆς φύσεως ὄνομα, τότε ταῖς οἰκείαις ὑποστάσεσι συναριθμεῖται κα(cod. f. 36.)ταχρηστικῶς, ἡνίκα αἱ ὑποστάσεις τὴν εἰς ἄλληλα περιχώρησιν 1) οὐκ ἔχουσι, ἀλλὰ πλεῖστον ἀπ' ἀλλήλων διακεχωρήκασιν, μετὰ καὶ τοῦ ἔχειν διάφορον τὸ θέλημα καὶ ἐνέργειαν καὶ βούλησιν καὶ πλείστην τὴν διαφορὰν κεκτῆσθαι, ἥττονα δὲ τὴν κοινωνίαν· οἷς δὲ γνώμη μία, καὶ βούλησις ἀδιαίρετος, καὶ φύσεως ταυτότης, καὶ μία ἐξουσία, καὶ θέλησις, καὶ ἐνέργεια, καὶ πάντα κοινά, πλὴν μιᾶς μόνης τῆς τῶν ὑποστατικῶν ἰδιοτήτων διαφορᾶς, ἃ καὶ τὸ ἀνεκφοίτητον πρὸς ἑαυτάς, καὶ ἡ εἰς

fitentibus, necesse non est tres quoque deos invehere, propter illas quas iam diximus absurditates. Quamobrem nobis manifestum apparet, quod tres personas, secundum suas proprietates, in una divina natura confitentes, nequaquam tres deos invehimus, sed unum Deum; quandoquidem una deitas est, atque ad unum illa, quae inde sunt, referuntur. Nomina enim patris ac filii, haud naturam significant, sed relationem, nempe quomodo se habeat ad filium pater, et ad patrem filius. Sicut enim apud nos hae appellationes legitimam genituram significant, ita illic genitum cum genitore homogeneum demonstrant. Similiter et spiritus nequaquam naturam significat, ut et cetera: etenim relationis inter has personas differentia, differentem quoque illarum appellationem effecit. Idcirco cum ad deitatem respicimus, primamque causam, et monarchiam, unum quid imaginamur. Cum vero ad ea in quibus deitas consistit, ea tunc spectamus quae ex prima causa intemporaliter et cum honoris paritate explendescunt, tria adoranda, quae sunt pater et filius et spiritus sanctus, in quae credimus et baptizati fuimus, et quae latreutico cultu prosequimur.

22. Age vero, si forte impudentius adversus hactenus dicta Agareni consurgant dicentes: quod etiamsi proprie naturae vocabulum non connumeratur, attamen abusive secundum consuetudinem sic dici comperitur; veluti dicimus tres homines, et tres equos: quamobrem etiam apud vos dicatur esse culta illa a vobis Trinitas abusivo sermone tres dii, aeque ac tres homines, aut aliud quidvis connumeratum: nos ita iis respondemus; nempe quod naturae vocabulum tunc cum propriis personis abusive connumeratur, cum personae non habent invicem circuminsessionem, sed plurimum invicem distant; praeter quam quod voluntate differunt et operatione et deliberatione, permultamque aliam differentiam prae se ferunt, minime vero communionem. Verumtamen illorum, quorum una inseparabilisque est deliberatio, natura eadem, una potestas, voluntas, atque operatio, cunctaque communia, sola excepta personalium proprietatum differentia, quorum item impossibilis separatio, et quae invicem

1) De theologico vocabulo περιχώρησις copiose Petavius de Trin. lib. IV. 16. Utitur etiam Nicephorus a nobis editus in antirrh. I. 43. 47.

circuminsident; horum inquam naturae vocabulum numquam invenietur connumeratum, neque proprie neque abusive. Quamobrem etiamsi patrem confitemur Deum, pariterque filium et spiritum sanctum, tres deos non invehimus, neque cogimur sive proprie sive abusive connumerare; quandoquidem invicem circuminsessio adest, nec non inseparabilitas et indivisibilitas, sententia una et deliberatio atque operatio, et alia quae diximus. Quod si rursus adversentur dicentes, Dei vocabulum naturae divinae significativum non esse, sed operationis; operationum autem vocabula connumerari solere, veluti dicimus tres rhetores, et tres philosophos, vel tres architectos; nos his ita occurrimus: tunc videlicet operationum vocabula connumerari, cum sententiae immutatio subit, et deliberationis diversitas adest, et perplexitas de rei gestione, nec una operatio sed diversa et abrupta. In illis autem, quorum una operatio physica indivisa est, nequaquam operationum vocabula connumerantur. Quia igitur supersubstantialis Trinitas, id est pater et filius et spiritus sanctus, quae a christianis religiose et recte creditur atque adoratur, unam habet inseparabilem operationem, constat profecto, etiamsi Dei vocabulum operationis significativum sit, haud tamen hac in re fore obnoxium connumerationi. Quamobrem calumnia omni et criminatione excelsior est fides nostra, uti demonstratum fuit.

23. Possumus nos et aliter doctrinali invictaque distinctione, de consubstantiali et sancta Trinitate, tamquam brevi dictato, demonstrationes sic proferre. Deus, siquidem est verus Deus et creditur, vel unum quid est natura atque persona; vel unum utique natura, sed plura quod adtinet ad personas: vel vice versa, persona quidem est unum, natura autem plura: vel denique natura atque persona plura. Sed inde statim emergit absurditas: nempe quod hac ratione se habet, polyarchicum est; polyarchicum autem, seditiosum; denique seditiosum, anarchicum est et inordinatum: at inordinatum, initium est dissolutionis; quod si ita est, corruptibile quoque est et periturum. Iam si forte sit persona unum, naturâ autem plura, hoc quoque absurdum: nam quod est eiusmodi, id compositum est. Omne enim quod ex diversis naturis unum quid con-

ἄλληλα περιχώρησις, οὐδαμῶς εὕρηται τὸ τῆς φύσεως αὐτῶν ὄνομα συναριθμούμενον, οὔτε κυρίως, οὔτε καταχρηστικῶς· διά τοι τοῦτο, κἂν τὸν πατέρα ὁμολογῶμεν Θεὸν καὶ τὸν υἱὸν καὶ τὸ πανάγιον πνεῦμα ὡσαύτως, οὐκ εἰσάγομεν καὶ τρεῖς θεούς· οὔτε μὲν ἀπαιτούμεθα οὔτε κυρίως οὔτε καταχρηστικῶς συναριθμεῖν· ἐπειδὴ ἡ εἰς ἄλληλα περιχώρησις πρόσεστι, καὶ τὸ ἀνεχφοίτητον καὶ τὸ ἀδιάστατον καὶ γνώμη μία καὶ βούλησις καὶ ἐνέργεια καὶ τἄλλα ἅπερ ἔφαμεν. Εἰ δὲ πάλιν ἀνθυποφέροιεν λέγοντες· ὅτι τὸ Θεὸς ὄνομα οὐ τῆς φύσεως τῆς θείας ἐστὶ δηλωτικὸν ἀλλ' ἐνεργείας *, τὰ δὲ τῶν ἐνεργειῶν ὀνόματα συναριθμοῦνται, οἷον λέγομεν τρεῖς ῥήτορας καὶ τρεῖς φιλοσόφους ἢ τρεῖς τέκτονας, λέγομεν καὶ πρὸς ταῦτα, ὅτι τότε τὰ τῶν ἐνεργειῶν ὀνόματα συναριθμεῖται, ἐν οἷς γνώμης παραλλαγὴ παρεισδύεται, καὶ βουλήσεως ἑτερότης πάρεστι, καὶ ἀπορία καλοῦσα πρὸς τὴν χρείαν, καὶ ἐνέργεια οὐ μία, ἀλλὰ διάφορος καὶ ἀποτετμημένη· οἷς δὲ μία ἐνέργεια φυσικὴ ἀδιαίρετος πάρεστιν, οὐδαμῶς τὰ τῶν ἐνεργειῶν ὀνόματα συναριθμεῖται. Ἐπεὶ οὖν ἡ ὑπερούσιος τριὰς, ἤγουν ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἡ παρὰ τῶν χριστιανῶν εὐσεβῶς καὶ ὀρθοτόμως πιστευομένη καὶ λατρευομένη, μιᾶς ἐνεργείας ἀδιαστάτου ἐστὶν, φανερὸν ἄρα κἂν τὸ Θεὸς ὄνομα ἐνεργείας ἐστὶ δηλωτικὸν, χώραν τὸ συναριθμεῖσθαι κατὰ τοῦτο οὐχ ἕξει· ὅθεν πάσης διαβολῆς καὶ κατηγορίας ἡ καθ' ἡμᾶς πίστις ἀνωτέρα, ὡς καὶ δέδεικται.

κγ'. Ἔνεστι δὲ καὶ ἄλλως ἡμῖν δι' ἐπιστημονικῆς καὶ ἀφύκτου διαιρέσεως τὰ περὶ τῆς ὁμοουσίου καὶ ἁγίας τριάδος, ὡς ἐν βραχείᾳ ἀπηχήσει, τὰς ἀποδείξεις καὶ ὧδε παριστᾷν. Ὁ Θεὸς, εἴπερ ἐστὶ Θεὸς ἀληθινὸς καὶ πιστεύεται, ἤτοι εἷς ἐστι τῇ φύσει καὶ τῇ ὑποστάσει· ἢ εἷς μὲν τῇ φύσει, πολλὰ δὲ ταῖς ὑποστάσεσιν· ἢ τὸ ἀνάπαλιν, τῇ μὲν ὑποστάσει ἓν, τῇ δὲ φύσει πολλὰ, ἢ καὶ τῇ φύσει καὶ τῇ ὑποστάσει πολλά· ἀλλ' εἰ μὲν τῇ φύσει καὶ τῇ ὑποστάσει πολλὰ, πρόδηλον τὸ ἄτοπον· τὸ μὲν γὰρ οὕτως εἶναι, πολύαρχόν ἐστι· τὸ δὲ πολύαρχον, στασιῶδες· τὸ δὲ στασιῶδες, ἄναρχόν ἐστι καὶ ἄτακτον· τὸ δὲ ἄτακτον, ἀρχὴ λύσεως· εἰ δὲ τοῦτο, καὶ φθειρόμενον καὶ ἀπολλύμενον· εἰ δ' αὖ τῇ ὑποστάσει ἓν, τῇ δὲ φύσει πολλὰ, καὶ οὕτως ἄτοπον· καὶ γὰρ τὸ τοιοῦτον, ἀναγκαίως σύνθετόν ἐστι· καὶ γὰρ ἅπαν τὸ ἐκ διαφόρων φύσεων ἕν τι καθιστάμενον, ἐν τῇ τῶν συν-

* supra p. 336.

cod. f. 37.

cod. f. 38.

θετῶν μοίρᾳ τέτακται· τὸ δὲ σύνθετον, διαλυτόν ἐστι· τῇ δὲ διαλύσει ἕπεται φθορά· φθορᾷ δὲ τὸ μὴ ὄν· συνάγεται ἄρα ὅτι ὁ Θεὸς φθαρτός ἐςι καὶ μὴ ὢν*, ὅπερ ἀτοπώτατον· εἰ οὖν τὸ πολλὰ τῇ φύσει καὶ τῇ ὑποστάσει ἐλήλεγκται, ὡσαύτως καὶ τὸ ἓν τῇ ὑποστάσει, πολλὰ δὲ τῇ φύσει, λείπεται τῶν δύο ὑποθέσεων τὴν ἑτέραν ἀληθῆ εἶναι. Εἰ οὖν τὸ ἓν μὲν τῇ φύσει, πολλὰ δὲ ὑποστάσει δείξει ὁ λόγος ἀληθές τε καὶ βέβαιον, φανερὸν ὅτι καὶ τὸ λοιπὸν συναπελήλεγκται· καὶ ὅτι τοῦτο ἀληθές, τὸ ἓν μὲν τῇ φύσει, ταῖς δὲ ὑποστάσεσι πολλὰ, ἐντεῦθεν δῆλον· ἡ φύσις ἤτοι κοινόν τι χρῆμά ἐστιν, ἢ ἴδιον· ἀλλ' εἰ μὲν ἴδιον καθ' ἕκαστά ἐστιν· εἰ δὲ καθ' ἕκαστα, καὶ ἄτομον· συνάγεται ἄρα ὅτι ἡ φύσις ἄτομόν ἐστιν· εἰ δὲ τοῦτο, καὶ ἑνὸς ἀτόμου ἀναιρεθέντος, ἀνάγκη καὶ τὴν φύσιν συναναιρεῖσθαι· τῶν γὰρ ταυτῶν ἐὰν θάτερον ἀναιρεθῇ, ἀνάγκη καὶ θάτερον συναναιρεῖσθαι· οὐκοῦν Μωϋσέως ἀναιρεθέντος, συμβαίνει τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ἀναιρεῖσθαι· ἀλλὰ μὴν Μωϋσέως ἀναιρεθέντος, ἡ φύσις ἀμείωτός ἐστιν· οὐκ ἄρα τῶν καθ' ἕκαστά ἐστιν ἡ φύσις· εἰ δὲ μὴ τῶν καθέκαστα, οὐδὲ ἴδιον, διὰ τὸ ἴδιον τοιοῦτον εἶναι.

κδ'. Καὶ ἄλλως. Εἰ οὖν ἡ φύσις ἰδιόν ἐστι χρῆμα, ἀνάγκη καθ' ἑνὸς μόνου κατηγορεῖσθαι· ἀλλὰ μὴν κατὰ πλειόνων κατηγορεῖται, ὡς τὸ ζῷον λογικὸν θνητὸν, κατὰ Πέτρου καὶ Παύλου καὶ Θωμᾶ καὶ τοῦ καθ' ἕκαστον ἀνθρώπου· οὐκ ἄρα ἴδιόν τι χρῆμά ἐστιν· εἰ δὲ μὴ ἴδιον, κοινόν ἐστιν. Καὶ ἄλλως. Εἰ οὖν φύσις χρῆμα ἰδιόν ἐστιν, ἔστι δὲ καὶ ἡ ὑπόστασις ἴδιον τι χρῆμα, ἔχει δὲ ἡ φύσις ὑποστάσεις, καθ' ὧν λέγεται, εὑρεθήσεται ἄρα τοῦ ἰδίου χρήματος ἰδιόν τι εἶναι, ὅπερ οὐχ εὕρηται· οὐκ ἄρα ἰδιόν ἐστιν· εἰ δὲ μὴ ἰδιόν ἐστιν, κοινόν ἐστιν· Καὶ ἄλλως· Εἰ οὖν κοινόν ἐστι καὶ καθολικόν τι χρῆμα τὸ κατὰ πλειόνων κατηγορεῖσθαι, ἡ δὲ φύσις τοῦτο ἔχει, ἡ φύσις ἄρα κοινόν τι καὶ καθολικόν ἐςι πρᾶγμα· ἐπεὶ οὖν ἡ ὑπερούσιος καὶ ἄκτιστος καὶ ἀγένητος οὐσία φύσις τις θεία ἐστὶν, δῆλον ὅτι καὶ αὐτὴ κοινόν τι καὶ καθολικόν ἐστι πρᾶγμα, διὰ τὸ δεδεῖχθαι τὴν φύσιν κοινόν τι καὶ καθολικὸν εἶναι πρᾶγμα. Εἰ οὖν ἡ θεία καὶ μακαρία φύσις κοινόν τι καὶ καθολικόν ἐστι πρᾶγμα, ὡς καὶ αὐτὴ φύσις τις οὖσα, τὸ δὲ κοινόν τι χρῆμα, οὐχ ἑνός ἐστι κοινὸν, ὥσπερ ἡ τοῦ ἀγγέλου καὶ ἀνθρώπου φύσις, οὐχ ἑνὸς

* cod. 2. manu ὄν.

cod. f. 39.

cod. f. 40.

stituit, in rerum compositarum sorte ponitur. Porro compositum, solubile est; solutionem autem subsequitur corruptio; corruptionem excipit annihilatio. Conficitur ergo ut Deus corruptibilis sit, et in nihilum deciduus; quae summa absurditas est. Si igitur plura esse tum naturâ tum personâ, falsum convincitur; pariterque unum esse persona, plura autem naturâ, superest ut duarum propositionum altera vera sit. Si ergo unum quidem esse naturâ, plura autem personâ, sermo noster verum firmumque ostendet; constat reliqua falsa argui, atque hoc vere dici. Quod unum sit naturâ, personis autem plura, hinc fit exploratum. Natura vel commune quid est, vel proprium: at si proprium, singillatim est; quod si singillatim, atomus quaedam est: quod si ita se habet, vel una atomo extincta, necesse est naturam quoque simul extingui. Nam si eorum, quae sunt eadem, alterutrum perimatur, necesse est alterum quoque una perimi. Sic ergo moriente Moyse contigisset humanam naturam mori. Atqui moriente Moyse, non fuit imminuta natura. Non est ergo singularis natura. Quod si singularis non est natura, ne propria quidem est, quia proprium tale est.

24. Et aliter. Si natura res propria est, oportet eam de uno tantummodo praedicari: atqui de pluribus praedicatur, veluti animal rationale mortale, de Petro, de Paulo, de Thoma, et de hominibus singulis: non est ergo propria res: quod si non propria, ergo communis. Item aliter. Si ergo natura res propria est; et persona pariter proprium quid est; habet autem natura personas, de quibus pronunciatur; comperietur utique rei propriae esse quid proprium; quod reapse inveniri nequit. Non est ergo quid proprium; quod si nequaquam proprium, commune est. Adhuc aliter. Si igitur commune quid est et universale, quod de pluribus praedicatur; natura autem ita se habet; sequitur ut natura commune aliquid sit et universale. Quia ergo supersubstantialis et increata, et non facta substantia est divina natura, apparet ipsam quoque esse commune aliquid et universale; quoniam iam ostendimus, naturam esse commune aliquid et universale. Itaque si divina beataque natura commune quid et universale est, quatenus et ipsa natura est; res autem communis, non uni est

communis, sicut angeli hominisque natura, non est unius sed plurium; aeque ac universalis res de pluribus dicitur, ut logicae regulae tradunt; patet utique divinam quoque naturam plurium esse, quandoquidem communis universalisque res est. Hoc enim est in confesso.

25. Quoniam itaque divina natura plurium est, utpote quae communis universalisque res est; unaquaeque autem natura utpote communis et universalis, haud alii cuiquam communis est quam illis in quibus spectatur, id est propriis personis; consequitur ut divina natura quae communis est, de pluribus personis praedicetur, et in pluribus consideretur; quod reapse verum est, et divinis sententiis consonum. Igitur si quod est unum natura, proprietatibus id est personis plura esse sermo noster vere demonstravit, patet sane, id quod est unum natura, personâ quoque coargui. Quod si divina beataque natura naturaliter unum quid est, plura autem secundum personas in quibus consideratur, ceu res quaedam communis et universalis; transcendit autem quamlibet creatam naturam, et tamen unitate magis repraesentatur, quam plurali numero: etenim in Deo brevis quaedam exilisque differentia est, sed unum et idem per omnia constanter, dempto ingenito et genito ac procedente. At vero in creaturis contra; diversum saepe, idem raro; patet etiam, plures personas, in quibus una invariabilisque natura spectatur, non esse infinitam multitudinem: non enim connaturalis est unitati innumerabilitas, sed aliena potius. Neque personae ampliandae sunt ultra ternarium numerum: nam quum multitudo per se abhorreat ab unitate, patet infinitam multitudinem prorsus ab illa alienam esse et abhorrentem. Nam si caput multitudo esset, oporteret illud quod proxime ei participat, magis esse plurativum, quam quod remotius. Quia vero unitas caput est divinae naturae, necesse est id quod illi connectitur, divinarum nempe personarum numerum, minimum prorsus esse et a multitudine remotissimum. Talis porro trinitas est. Nam neque duo esse poterant, quia non fuisset pluralis numerus: neque aliud quidvis, quia non esset primitus. Ex his igitur apparet, Deum natura quidem unum, in tribus personis agnosci, recteque ab orthodoxis christianis credi et glorificari. Atque hic Deus nobis est pater et filius et spiritus sanctus.

ἐστιν ἀλλὰ πλειόνων· ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ καθολικὸν πρᾶγμα τὸ κατὰ πλειόνων λεγόμενον, ὡς αἱ λογικαὶ διαγορεύουσι μέθοδοι, φανερὸν ἄρα ὅτι καὶ θεία φύσις πλειόνων ἐστίν· εἴπερ κοινόν τι καὶ καθολικὸν πρᾶγμά ἐστι· τοῦτο γὰρ ὡμολόγηται.

κε΄. Εἰ οὖν ἡ θεία φύσις πλειόνων ἐστὶν, ὡς κοινόν τι καὶ καθολικὸν πρᾶγμα, ἑκάστη δὲ φύσις κοινή τε καὶ καθολικὴ οὖσα, οὐκ ἄλλου τινὸς ἐστι κοινὴ, ἀλλ' ἢ τῶν ἐν οἷς θεωρεῖται καὶ ὧν κατηγορεῖται, ταῦτα δὲ ἂν εἶεν αἱ οἰκεῖαι ὑποστάσεις, συνάγεται ἄρα ὅτι ἡ θεία φύσις κοινὴ οὖσα, πλειόνων ὑποστάσεων κατηγορεῖται, καὶ ἐν πλείοσι θεωρεῖται· ὅπερ ἐστὶν ἀληθινὸν, καὶ ταῖς γραφικαῖς ἐννοίαις συνᾶδον. Εἰ οὖν ἓν μὲν τῇ φύσει, πολλὰ δὲ ταῖς ἰδιότησιν, ἤτ' οὖν ταῖς ὑποστάσεσιν, ὁ λόγος ἔδειξεν ἀληθὲς, φανερὸν ἄρα ὅτι τὸ ἓν μὲν τῇ φύσει καὶ τῇ ὑποστάσει ἀπελήλεγκται· εἰ δὲ ἡ θεία καὶ μακαρία φύσις τῇ φύσει ἓν, πολλὰ δὲ ταῖς ὑποστάσεσιν ἐν αἷς θεωρεῖται ὡς κοινόν τι καὶ καθολικὸν πρᾶγμα οὖσα, ὑπερανεβέβηκε δὲ πάσης κτιστῆς φύσεως, καὶ μᾶλλον τῷ ἑνὶ χαρακτηριζομένη, ἤπερ ἐν τοῖς πλείοσιν· καὶ γὰρ βραχεῖα πως καὶ ἀμυδρὰ ἐν τῷ θεῷ διαφορά· ἓν δὲ καὶ ταυτότης, κατὰ πάντα ἀπαραλλάκτως, πλὴν τοῦ ἀγεννήτου καὶ γεννητοῦ καὶ τοῦ ἐκπορευτοῦ· ἐν δὲ τοῖς κτίσμασιν ἀνάπαλιν πολλὴ μὲν ἑτερότης, ταυτότης δὲ ὀλίγη, φανερὸν ὅτι καὶ αἱ πλείονες ὑποστάσεις ἐν αἷς ἡ μία καὶ ἀπαράλλακτος φύσις θεωρεῖται, οὐκ εἰσὶν ἄπειρον πλῆθος· οὐ γάρ ἐστι συμφυὲς τῷ ἑνὶ τὸ ἄπειρον, ἀλλ' ἀλλότριον· οὐδ' ἁπλῶς ἐξαπλοῦσθαι ἐπέκεινα τοῦ τρεῖς ἀριθμοῦ· τοῦ γὰρ πλήθους καθ' αὑτὸ τοῦ ἑνὸς ἀφεστηκότος, δῆλον ὅτι τὸ ἄπειρον πλῆθος παντελῶς ἀλλότριον καὶ ἀπεοικὸς ἐκείνου· καὶ γὰρ εἰ ἀρχὴ πλῆθος ἦν, ἔδει τὸ τῆς αὐτῆς ἀμέσως μετέχον μᾶλλον εἶναι πλῆθος τοῦ πορρωτέρου· ἐπεὶ δὲ τὸ ἓν τῆς θείας φύσεώς ἐστιν ἀρχὴ, ἀνάγκη τὸ ἐκείνῳ συναφὲς τῶν θείων ὑποστάσεων πλῆθος, ἐλάχιστον παντελῶς καὶ πορρωτέρω πλήθους· τοῦτο δέ ἐστιν ἡ τριάς· οὔτε γὰρ ἡ δυὰς, διὰ τὸ μὴ εἶναι *· οὔτε γὰρ ἄλλο τι, διὰ τὸ μὴ πρώτως· φανερὸν ἄρα ἐκ τούτων ὅτι ὁ θεὸς τῇ μὲν φύσει εἷς ὢν, τρισὶ ταῖς ὑποστάσεσι γινώσκεταί τε καὶ καλῶς παρὰ τῶν ὀρθῶς φρονούντων χριστιανῶν πιστεύεταί τε καὶ δοξάζεται· καὶ τοῦτο ἡμῖν ἐστιν ὁ πατὴρ καὶ ὁ υἱὸς καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα.

cod. f. 11.

cod. f. 12.

* Graeci plurLem a duali numero distinctum volunt.

ΕΛΕΓΚΤΙΚΟΣ Α'.

Κατὰ τῶν ἐν τῷ πρώτῳ λόγῳ δοκούντων τῷ Μωάμετ.

κς'. Ἐπεὶ οὖν ὁ λόγος ἐξ ἐπιστημονικῆς μεθόδου καὶ συλλογιστικῆς ἀποδείξεως, τὴν περὶ τῆς ἁγίας τριάδος ὁμοουσιότητα καὶ ταυτότητα, καὶ τὴν μίαν θεότητα καὶ μοναρχίαν, ὅσον κατὰ τὸ δυνατὸν τὰ ὑπὲρ λόγον καὶ ὄντα καὶ πιστευόμενα, καλῶς παρέστησε, καὶ τὸ οἰκεῖον δόγμα κατεσκεύασε, καιρὸς ἤδη καὶ τὴν μυσαρωτάτην καὶ ψευδήγορον παρὰ τοῦ ἄραβος Μωάμετ πλαστογραφηθεῖσαν βίβλον, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ ἐμφερόμενα εἰ ἀληθείας τε καὶ εὐθυβολίας ἔχουσιν [cod. f. 43.] ἐπισκέψασθαι· ἄρξομαι δὲ καὶ περὶ τούτων ὧδε. Τοιγαροῦν πολλὰς ἐπιβολὰς ἀνασκευῆς δεχομένου τοῦ ἀλογωτάτου βιβλίου τοῦ Μωάμετ, ὅλον γὰρ σαθρόν τέ ἐστι, καὶ εὐκατάπτωτον, ὥσπερ οἰκία σαθρὰ ἐκ τῆς ὕλης εὐφθάρτου συντεθειμένη, ἀτέχνως δὲ οἰκοδομουμένη, καὶ μηδαμόθεν τὸ βέβαιον καὶ στερέμνιον ἔχουσα, τὴν τὸ ὅλον τοῦτο [*cod. βάραθρον.] συνέχειν δοκοῦν βάθρον * ἀνασπῶσαν 1) πρότερον προσάγοιμεν ἀνασκευὴν, ἀνατρέπειν αὐτὸ σὺν τῇ δυνάμει τοῦ ἁγίου πνεύματος βεβουλημένοι· τοῦτο γὰρ δὴ καὶ ἐπὶ τῶν τοιούτων οἰκιῶν ποιοῦσιν οἱ τὸ καθαιρεῖν αὐτὰς προαιρούμενοι, τὸ δοκοῦν ὑπερείδειν πρότερον ἀνελόντες, πᾶσαν αὐτὴν ἀθρόως εἰς γῆν καταστρέφουσιν· ἔςι δὲ ἡ πρώτη κατὰ τῆς σαθρᾶς ταυτης προσαγομένη οἰκοδομῆς μηχανὴ, ἡ πρὸς τὴν θείαν γραφὴν σύγκρισις· ἐπειδὴ γὰρ αὐτὸς πᾶν εἶδος λόγου παραδραμὼν καὶ κατόπιν ἑαυτοῦ ῥίψας, τὴν κορυφὴν τῶν λόγων τὴν αὐτόλεκτον τοῦ θεοῦ ὁμιλίαν αὐτῷ ἀπεγράψατο, ὀφείλομεν καὶ ἡμεῖς πρὸς τὴν ὁμολογουμένην παρὰ πάντων θεόλεκτον γραφὴν, τὸ τοιοῦτον γράμμα πρότερον παραθεῖναι, ὡς ἂν [cod. f. 44.] τῇ διὰ τῆς παραθέσεως ἀκριβολογίᾳ, τὸ ἀλλόκοτον καὶ ἀσύμβατον αὐτοῦ φωραθὲν, ὅλον λοιπὸν ψευδές τε καὶ μάταιον, καὶ διὰ τοῦτο ἐπίψογον ἀπελεγχθὲν καταπτύοιτο.

κζ. Τῆς θεοπνεύστου γραφῆς ἰδίᾳ καὶ παρ' ἑαυτῇ τεταγμένη ἑκάστη βίβλος, εἰ καὶ πρὸς ἕνα τὸν τῆς εὐσεβείας ἀφορῶσα σκοπὸν, ἀλλ' οὖν διευκρινημένη πᾶσα ἐστὶν τῆς ἀνὰ μέρος περιληπτικῆς ὑποθέσεως, ἐκ τῆς κατὰ τὴν προγραφὴν σημασίας, σὺν τῷ ὅλῳ σκοπῷ τῆς βίβλου δηλουμένης· ὡς καὶ ἐκ μόνης τῆς προσηγορίας

CONFUTATIO I.

Adversus sententias primi capituli Mohamedis.

26. Postquam sermo noster doctrinali methodo, nec non syllogistica demonstratione, sanctae Trinitatis consubstantialitatem et paritatem, unamque divinitatem et monarchiam (quantum fieri potest in iis quae supra rationem sunt et esse creduntur) recte exposuit, nostrumque dogma comprobavit; tempus iam est ut nefandissimus et mendax ab arabe Mohamede falsidico calamo scriptus liber, utrum veritatis rectaeque doctrinae aliquid habeat, consideremus. Sic ergo tractatum exordiamur. Quum multifariam oppugnari possit inficetissimus Mohamedis liber; totus enim marcidus est et ruinosus, putris instar aedificii cariosa materie compacti, imperiteque constructi, nihilque firmum aut stabile habentis; ante omnia argumentum illud, quod totum aedificii fundamentum continere videtur, proferamus; namque id cum sancti Spiritus ope subvertere meditamur. Sic enim se gerere solent etiam ii qui eiusmodi aedificia evertere volunt; nimirum iis quae fulcra videntur destructis, universam subito fabricam humi sternunt. Est autem prima adversus hoc putre aedificium machina, comparatio eius cum divina scriptura. Nam quia Mohamedes, omni genere doctrinae omisso, immo in tergum reiecto, caput sui sermonis constituit in Dei quam sibi vindicat adlocutione, nos quoque debemus omnium concessu divinitus dictatam scripturam cum eo libro in primis conferre; ut accurato comparationis lumine deprehensa illius absurditate et incongruentia, reliqua omnia falsa et vana, ideoque palam vituperanda, despuantur.

27. Inspiratae divinitus scripturae unusquisque liber, seorsum et per se spectatus, quamquam ad unum religionis scopum tendit, qualem tamen peculiariter materiam contineat, demonstrat ex praeposito sibi titulo, qui argumentum totum aperit: ita ut vel sola singulorum voluminum inscriptio profanum quem-

1) Mendum est fortasse ἀνασπῶσαν; et quidem ita refectum fuit in codice a secunda manu, abrasis aliquot syllabis.

libet, nedum initiatum, ad lectionem audiendam invitet. Veluti, exempli causa, Moysis quinque libri, id est genesis et reliqui, congruam titulo continentiam totam habent orationisque consectaneam vim, et quae suo argumento conveniunt, ut par est, narrant. Itaque genesis, quae sunt geneseos propria; exodus, quae in exodo sunt peracta; deuteronomiou denique, quae lege iterum sancita fuerunt. Posteriores quoque libri proprie atque ut ita dicam naturae suae congruenter inscripti fuere. Similiter in prophetis, in sapientialibus, in regum libris, si quaeres, factum comperies; divino Spiritu duce in hoc quoque, ut arbitror, sinceritatem suam et sapientiam exhibente. Oportet enim mentis humanae magistrum, ea quae sanam sententiam efficiunt, antea sine vitio exhibere; ut postquam intellectualem sensum rectitudinis suae homo gustaverit, tunc rerum quoque remotiorum certior fiat.

28. At enim deplorandus et ineptissimus Mohamedis arabis libellus, praeter quam quod blasphemiis adversus Altissimum scatet, cum omni incondita abominationis colluvie, ne consuetam quidem vulgarium et alibi extantium scriptorum seriem servat: nam neque speciem prophetici sermonis praebet, neque historici, neque legiferi, neque theologici, neque cuiuscemodi, quotquot scilicet a sana mente procedunt; sed ubique inornatam habet et perturbatam prorsus compositionem; et ne ipsos quidem praepositos titulos subiectae orationi conformes adhibet. Si ergo in re, quam omnes homines egregie callere videmus, Mohamedes peccat; quomodo insolentem illam, et quae supra hominem extolli videtur, opinionem ostentare poterit, quod de caelo inquam liber ille demissus sit? qui tantopere ab humana sapientia abest, quantum brutorum natura a rationali distat; nedum ab illa incomparabili et supra omnem mentem virtute atque sapientia, in qua omnes sunt thesauri sapientiae et scientiae absconditi. Quandoquidem confectum a se opus, Deum scripsisse, ex his quae scribit,

ἑκάστης συγγραφῆς, καὶ τὸν ἀμύητον πρὸς ἀκρόασιν ἐπιστρέφειν, μή τι γε τὸν μεμυημένον· ὡς φέρε εἰπεῖν τὰ κατὰ Μωϋσέα πέντε βιβλία, φημὶ δὲ ἥ τε γένεσις καὶ τὰ λοιπὰ, ἁρμόζουσαν τῇ προγραφῇ τὴν ἔννοιαν ὅλην, καὶ τὴν τοῦ λόγου σύνδρομον δύναμιν, καὶ τὰ κατ' αὐτὴν πρόσφορα πρεπόντως παρίστησιν· ἥ τε γὰρ γένεσις, ὅσα τῆς γενέσεως ἦν· ἥ τε τῆς ἐξόδου, ὅσα ἐν τῇ ἐξόδῳ πέπρακται· ὅ τε δεύτερος νόμος ὅσα τὸ δεύτερον νενομοθέτηκεν, καὶ τὰ καθεξῆς οἰκείως τε καὶ συμφυῶς, ὡς εἰπεῖν, περιώκασι· ὁμοίως δὲ κἂν ταῖς προφητείαις, κἂν ταῖς σοφίαις, κἂν ταῖς βασιλείαις ζητῶν εὑρήσεις, τὸ ἀπλανὲς οἶμαι καὶ σοφὸν τοῦ ὁδηγοῦ θείου πνεύματος τοῦ λόγου κἂν τούτῳ παριστάντος· δεῖ γὰρ τὸν τοῦ νοῦ παιδαγωγὸν τὰ ἐμποιητικὰ τῆς ἀπλανοῦς γνώσεως, πρότερον ἀλωβήτως κοσμήσαντα, ὡς τὴν νοητὴν αἴσθησιν τῆς οἰκείας ὀρθότητος ἀπογευσάμενον, τὸ τηνικαῦτα καὶ περὶ τῶν πορρωτέρων διαβεβαιοῦσθαι.

cod. f. 45.

κη'. τὸ δέ γε οἴκτιστον καὶ ἀλόγιστον τοῦ ἄραβος Μωάμετ βιβλίδιον, μετὰ τὰς εἰς τὸν ὕψιστον δυσφημίας ἀνάμεστον τυγχάνον, σὺν πάσῃ τῇ ἀκόσμῳ καὶ συρφετώδει αὐτοῦ βδελυγμίᾳ, οὐδὲ τὸν κατὰ λόγον * τῶν κοινῶν καὶ ἄλλως ἐμφερομένων εἱρμὸν ἀποσώζει· οὔτε γὰρ εἶδος προφητικοῦ λόγου παρίστησιν, οὔτε ἱστορικοῦ οὔτε νομοθετικοῦ, οὔτε θεολογικοῦ, οὔτε ἄλλου τινὸς τῶν ἐξ ὀρθῆς καὶ ἐχέφρονος διανοίας προερχομένων, ἀλλ' ὅλον * ἄκοσμόν τε καὶ ἄτακτον τὴν σύνθεσιν ἔχον, οὐδὲ τὰς προκειμένας ἐπιγραφὰς καταλλήλους τοῖς ὑποκειμένοις λόγοις ἔχει 1)· εἰ δὲ ἐν οἷς πάντας ἀνθρώπους ἐντελῶς κεχρημένους ὁρῶμεν αὐτὸς ἀπολείπεται, πῶς τὴν ἀγέρωχον ἐκείνην καὶ ὡς ὑπὲρ ἄνθρωπον δόξαν δοκοῦσαν δεῖξαι δυνήσεται, τὸ ἐξ οὐρανοῦ λέγω φάναι πεπέμφθαι αὐτὸ 2); ὅπου γε τῆς ἀνθρωπίνης τοσοῦτον ἀποδέει συνέσεως, ὅσον αὐτὴ ἡ τῶν ἀλόγων τῆς λογικῆς διώρισται φύσεως· μή τι γε τῆς ἀκαταμαχήτου ἐκείνης καὶ ὑπὲρ νοῦν ἰσχύος τε καὶ σοφίας, καὶ ᾗ πάντες εἰσὶν οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ γνώσεως ἀπόκρυφοι· ὅτ' ἂν γὰρ τὸ σπουδαζόμενον αὐτῷ τὸν θεὸν τοῦτο γράψαι, ἐξ ὧν γράφειν παραστῆσαι οὐ δύναται, πότε, καὶ

* cod. κατωλόγου.

* ita cod.

cod. f. 46.

1) Res haec cum per se patet Alcoranum legentibus, tum etiam animadvertitur ad sur. XII. p. 360, ubi Maraccius observat, titulo eius surae, quae est de Iosepho, respondere argumentum suum; *quod vix, inquit, alia ulla in sura reperias*. Tum idem ad suram XXIX. p. 532, reprehensa iterum titulorum ab argumentis dissonantia, ait: *excusandi nihilominus sunt Moslemi, quia cum nullus prope versiculus cum alio coalescat, impossibile prorsus erat alicui surae argumentum conveniens et adaequatum praefigere*. Prorsus hac barbarica Alcorani farragine nullae sunt scopae dissolutiores; nihil fere maiore cum taedio stomachove legitur; nihil animi attentionem magis infringit.

2) Hoc quidem de Alcorano ad se de caelis demisso mendacium centies Mohamedes effutit.

πῶς, εἴ τε ἐν ὁράσει εἴτε ἄλλῃ τινὶ θεοφανείᾳ, καὶ τίνων μαρτυρούντων, ὡς αἱ περὶ Μωϋσέα πλείους τῶν ἑξακοσίων χιλιάδες· ἐν στήλαις δέ γε αὖ ἐγράφετο, ὡς ἐν πέτρᾳ ὁ τῷ Μωϋσεῖ δεδομένος νόμος· αὐτὸς γὰρ οὕτως φησὶν, ὅτι ἀγράφως αὐτὸ ἐδέξατο, οὐδὲ ἐν χαρτίῳ, οὐδὲ ἐν ἔργῳ χειρῶν ἀνθρώπων 1)· φόβῳ δῆλον ὅτι τοῦ ἀπαιτηθέντα δεῖξαι μὴ δύνασθαι· ὅτ' ἂν σοφίας πάσης θείας τε καὶ ἀνθρωπίνης ἐστέρηται· καὶ τὸ δὴ χαλεπώτερον, ὅτ' ἂν ἀπεοικότα καὶ πάντῃ τῆς μακαρίας ἐκείνης καὶ θείας φύσεως ξένα τε καὶ ἀλλότρια, μᾶλλον δὲ πολέμια, ἀδεῶς καταψεύ-

cod. f. 47.

δηται· τί γὰρ πολεμιώτερον τῇ θεοῦ ἀγαθότητι, τοῦ λέγειν αὐτὸν χαίρειν τῇ τῶν ἀνθρώπων ἀπωλείᾳ, καὶ παρ' οὐδὲν τίθεσθαι τὴν αὐτῶν καταφθοράν; τίνα ἀντίρρησιν ἱκανὴν παραστήσει, μὴ οὐχὶ τῆς ἀπονοίας τούτου εἶναι καὶ δαιμονιώδους ἐμπνοίας;

κθ'. Τριχῇ οὖν διακεκριμένου πρακτέου παντὸς καὶ λόγου, εἴς τε θεῖα καὶ ἀνθρώπινα καὶ δαιμονιώδη, τῶν δύο ἐστερημένος ὁ ἄραψ, θείου τέ φημι καὶ ἀνθρωπίνου, εἰς τὸ τρίτον ἐξ ἀνάγκης περιενήνεκται· ὅτι δὲ πρὸς τὸ ἐστερῆσθαι θείας ἐλλάμψεως, καὶ τῆς ἀνθρωπίνης σοφίας ἀποδέδεικται, ἐντεῦθεν δὲ καὶ πολλαχόθεν ἑτέρωθεν φανερόν· ἡ ἀνθρωπίνη σοφία ἤτοι θεολογεῖ, ἢ φυσιολογεῖ, ἤτοι ἠθικεύεται, ἢ ἱστορεῖ, ἤ τι τοιοῦτον· καὶ ταῦτα ἀξιολόγως· ὁ δὲ δὴ τούτου τοῦ λήρου ὑφηγητὴς γράμματος, οὐδ' ὁποτέρας εὐκλεῶς εὐμοιρήσας κἂν προγραφῇ κατατάξαι, ἢ καὶ βατταρίζων πως περιενεχθῆ εἰς μὲν θεολογίαν, ταύτην ἔῤῥηξε τὴν ἄθεον φω-

Sur. CXII. 2.

νὴν ὅτι σφαιρικόν ἐστι τὸ θεῖον, μᾶλλον δὲ

cod. f. 48.

ὡς αὐτὸς εἶπεν ὁλόσφαιρός 2) ἐστιν ὁ θεὸς, σῶμα πάντως αὐτὸν οἰόμενος· οὐ γὰρ ἂν ἄλλως τὸ τῆς σφαίρας ἐδέχετο σχῆμα· σφαῖρα δὲ ὑλικὴ κατ' αὐτὸν τυγχάνων, οὔτε ἀκούσεται, οὔτε ὄψεται νοητῶς δηλονότι, οὔτε ἐνεργήσει πάλιν εἴ που τύχοι παρ' ἄλλου κινηθεὶς, καὶ μάλιστα κατὰ πρανοῦς ἀλογίστως φέρεσθαι· ἱλάσθητι ἡμῖν ὁ θεὸς τὰ αὐτοῦ λέγουσιν, εἰ

probare non potest, et quandonam, et quomodo, et num visione, an alia aliqua Dei apparitione, et quibus testibus, sicut illa fuere circa Moysem sexcenta et amplius hominum milia; et utrum in tabulis scriptum fuerit, ut in petra Moysi data lex; immo ipse dicit sine scripto doctrinam accepisse, neque in charta aut humanae manus opificio; timens sine dubio, ne ostendere postulatus non posset; quoniam, inquam, sapientia qualibet divina et humana is liber caret; quodque gravius est, indigna prorsus beata illa divinaque natura, et extranea atque aliena, immo etiam adversantia, intrepide mentitur; quid enim magis adversatur Dei bonitati, quam dicere ipsum lactari hominum perditione, et illorum ruinam flocci facere? quomodo hic inquam execrando se daemoniacoque spiritu afflatum negabit?

29. Quum ergo quicquid faciendum est vel dicendum, in tria dividatur, nempe divinum, humanum, et daemoniacum; duobus destitutus arabs, divino inquam et humano instinctu, ad tertium necessario devolutus est. Profecto quod divino lumine, humanaque sapientia caruerit, in confesso est; ex dicendis autem, et saepe aliunde patescet. Humana sapientia vel res theologicas tractat, vel naturales, vel morales, vel denique historicas, vel aliud huiusmodi, et quidem serio ac laudabiliter. Sed enim huius nugatoriae scripturae auctor, nullo praedictae scientiae genere instructus, ita ut saltem in titulo exprimeret, vel balbutiendo quidem illam attingeret, theologicam hanc irreligiosam vocem crepuit, quod nempe Deus figura sphaerica sit, immo potius totum sphaeralem Deum dixit, putans eum prorsus esse corporeum; neque enim aliter sphaerae figuram reciperet. Iam quum materialis sphaera secundum Mohamedem Deus sit, is quidem neque audiet neque cernet, intellectualiter inquam; neque item aget, siquando ab alio movebitur, praecipue-

1) Confer Maraccium in vita Mohamedis p. 38. Nimirum hic simulabat singulos libri versiculos a Gabriele archangelo accipere, quos ipse deinde amanuensibus dictabat.

2) Vocabulum arabicum الصمد, quo utitur Mohamedes, significare tum ὁλόσφυρον *solidum* tum etiam *aeternum*, iam adnotaverunt Relandus in mohamedicis lib. II. 3, et Freytagius in lexico. Et quidem ante Relandum Maraccius transtulerat *sempiternum* in sura CXII. 2, de quo loco nunc loquitur Nicetas, cuius alucinationem sequutus est Euthymius Zygabenus in panoplia. Noster vero byzantinus non ὁλόσφυρον scribit, sed ὁλόσφαιρον, scripturae ut puto similitudine deceptus. Et quidem prius vocabulum arabico respondet, non item secundum. Corruit ergo simul tota reprehensio hinc consequens, quod Mohamedani Deum materialem esse existiment. Linguae nempe arabicae nimis arcta aut imperfecta notitia multas apud Graecos Latinosque peperit absurditates. De hoc arabico vocabulo non male Barptholemaeus monachus edessenus a Moynio editus var. sacr. T. I. p. 303, quem item inter Alcorani confutatores ignoravit Maraccius.

que deorsum stolidissime deferetur. Ignosce mihi, Deus, Mohamedis sententiam dicenti, quamquam potius contra ipsum loquenti. Quod si forte ipsum caelum dicit Deum, sicut multi ethnicorum fabulati sunt, adhuc vere nos diximus daemoniacum esse Mohamedem. Physiologiae insuper vel nihil omnino novit; vel cum eam salutare de limine audet, en dicit hominem ex hirudine esse factum; et solem in calidam aquam submergi, cum ad vesperam devenit. Iam in re morali quid ait? Satisfacite animabus vestris; odite quemlibet, prout ille vos oderit. Quod vero ad historiam adtinet, quanta de Moyse, et de ipso domino nostro Iesu Christo mentitur? quasi haec vel illa fecerit aut locutus fuerit; quae videlicet legendo cognoscitis. Nam Christi matrem, sororem esse Moysis dicit, et christianos cum Moyse in deserto versatos. Et ne cuncta nunc enumerans, haec sine demonstratione reprehendere videar, ea confutationi postea cum Dei gratia faciendae reservabo. Interim eatenus tantum quatenus opus erat ob ostendendum divina humananaque sapientia vacuam fuisse superbam Mohamedis mentem, et quovis charismate divinitus hominibus dari solito caruisse, summatim praedicta recensui.

30. Nam quum tredecim supra centum totus hic libellus capitulis constet; in primo quidem, post eam quae prooemii locum videtur tenere scriptiunculam, homines a se deceptos cohortatur, ne dubitationem mente foveant circa hanc suam fraudulentam scripturam, quasi mendaciter sit conscripta. Atque ut dolum suum credibilem faciat, cum anterioribus sanctis scripturis has quoque suas suscipi iubet; ignorans barbarus, id ad sui ipsius eversionem

καὶ κατ' αὐτοῦ· εἰ δὲ δὴ αὐτὸν τὸν οὐρανὸν τὸν Θεὸν λέγει, ὡς πολλοὶ τῶν Ἑλλήνων ἐλήρησαν, καὶ οὕτως ἀληθεύσει ὁ λόγος, δαιμονιώδη αὐτὸν εἰρηκὼς εἶναι. Εἰς δὲ φυσιολογίαν ἢ οὐδὲν φάναι ἠπίστατο, ἢ εἰ καὶ προκύψαι εἰς τοῦτο ἐτόλμησεν, λέγει ὅτι ἐκ βδέλλης 1) [Sur. XCVI. 2.] ὁ ἄνθρωπος γίνεται, καὶ ὁ ἥλιος εἰς θερμὸν ὕδωρ καταβαπτίζεται πρὸς ἑσπέραν φερόμενος. [Sur. XVIII. 87.] Εἰς δὲ ἠθικόν, τί καὶ φησίν; συνέλθετε ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν, καὶ ἐχθράνατε παντί, καθ' ὃ πᾶς τις ἐχθραίνει ὑμῖν. [Sur. II. 192. IX. v. 73 125.] Εἰς δὲ ἱστορίαν, ὅσα Μωϋσέως καταψεύδεται, αὐτοῦ τε τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ὡς τάδε καὶ τάδε πεποιηκότος καὶ λελαληκότος; καὶ οἱ ἀναγινώσκοντες συνιεῖτε· τήν τε γὰρ μητέρα Χριστοῦ τὴν ἀδελφὴν Μωϋσέως φάσκει εἶναι, 2) [Sur. XIX. 27.] τούς τε χριστιανοὺς μετὰ Μωϋσέως συνεῖναι ἐν τῇ ἐρήμῳ· καὶ ἵνα μὴ νῦν τὰ πάντα ἀπαριθμούμενος ἀναπόδεικτα ταῦτα ἀπελέγχειν δόξω, [col. I. 69.] τῇ μετέπειτα Θεοῦ χάριτι τεθησομένῃ ἑκάστῳ αὐτῶν ἀνατροπῇ ταμιεύσομαι· νυνὶ δὲ ἐπόσον μόνον πρὸς τὸ δεῖξαι ἔρημον θείας καὶ ἀνθρωπίνης σοφίας τὸν ἀλαζόνα νοῦν, καὶ ὧν ἐστέρηται θεοδωρήτων ἀνθρώποις χαρισμάτων, κεφαλαιωδῶς ἀπηρίθμησα.

λ'. Τριῶν γὰρ καὶ δέκα πρὸς τοῖς ἑκατὸν κεφαλαίοις 3) τὸ ὅλον τοῦτο ἐκδεδομένον βιβλίδιον, ἐν μὲν τῷ πρώτῳ λόγῳ, κατὰ τὴν δοκοῦσαν προοιμίου τόπον ἔχειν γραφήν, παραίνεσιν ποιεῖται πρὸς τοὺς πεπλανημένους ὑπ' αὐτοῦ, μὴ ἔχειν ἐν διανοίᾳ διστασμὸν περὶ τῆς ἀπατηλῆς αὐτοῦ [Sur. II. 2.] ταύτης γραφῆς ὅτι ψευδῶς γέγραπται· καὶ πρὸς τὸ πιθανὴν τὴν ἀπάτην δείκνυσθαι, συναποδέχεσθαι ταῖς προτέραις ἁγίαις γραφαῖς, [Sur. II. 4.] καὶ ταύτην* παρακελεύεται, οὐκ εἰδὼς ὁ βάρβαρος ἐπ'

[* cod. ταύταις.]

1) Rursus alucinatio, quam etiam Zygabenus repetit, ex vocabulo arabico علق sanguis coagulatus, (seu σπέρμα γεννητικόν,) et cum levi varietate hirudo. Ita enim recte Maraccius, nec non Relandus lib. II. 36, et Freytagius in lexico. Porro ut Zygabenus sequutus est Nicetae byzantini errorem, ita vicissim Zygabenum sequutus est Nicetas choniata in orthodoxae fidei thesauro a nobis partim edito Spicil. rom. T. IV, ubi videsis paginam 497. Re quidem vera Mohamedes primum hominem formatum a Deo ex luto seu pulvere, deinceps homines ex sanguineo coagulo, seu ἐκ τοῦ σπέρματος, gigni, plurimis in locis aperte dicit, sur. XVIII. 38. XXII. 5. XXIII. 12. XXXII. 7. 8. XXXV. 11. XL. 69. LV. 14. LXXV. 37. XCVI. 12. et alibi.

2) Anachronismus insignis Mohamedis, hominis illitteratissimi; qui error satis comprobari videtur ex sura XIX. 27. comparata cum sura III. 1. Quamquam Mohamedani, nonnullique Christiani, veluti Herbelotus et Relandus II. 20. textum historicum Alcorani aliter explicare non improbabiliter volunt, quibuscum tamen Maraccius non consentit T. I. part. 1. 53, et T. II. p. 115.

3) Vulgo scribuntur sectiones, seu surae, Alcorani CXIV, quia prima etiam numeratur, quam utpote nudam invocationem seu praefatiunculam, Graeci in numerum non referebant. Namque et Evodius monachus apud Euthymii Zygabeni panopliam tit. XXIV. 2. suras nonnisi CXIII. dicit. Ceteroqui noster quoque Nicetas agnoscit Alcorani prooemium κατὰ (puto pro μετὰ) τὴν δοκοῦσαν προοιμίου τόπον ἔχειν γραφήν. Nos ergo in Nicetae textu retentis necessario scriptis ab illo surarum numeris, qui semper uno minus vulgatis sunt, in marginibus tamen vulgatos earumdem surarum numeros adscribemus, quo facilius lectores ad Alcoranum se conferant.

ἀνατροπῇ ἑαυτοῦ τοῦτο γινόμενον· κατὰ συνέχειαν δὲ τὴν ἀεὶ πρὸς τοὺς διαπιστοῦντας τῷ ἀσυμφόρῳ τῶν αὐτοῦ λόγων, ἀπολογίαν τίθησι μεστὴν οὖσαν δυσφημίας, κατὰ τοῦ καθ' ἑαυτὸν ὀμόσαντος ἀγαθοῦ καὶ φιλανθρώπου Θεοῦ, ὅτι οὐ βούλεται τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι καὶ ζῆν αὐτόν· ἔστι δὲ αὕτη· ὅτι τοὺς πεπιστευκότας τῇ τοιαύτῃ γραφῇ ὁ Θεὸς συνετίζει πιστεῦσαι· τοὺς δὲ διαπιστοῦντας, αὐτὸς κωλύει πιστεῦσαι 1)· καὶ τοί γε ἀληθῶς ἐναλλὰξ ἔχοντος τοῦ λόγου, ὅτι τοὺς τῷ ματαίῳ τούτῳ πειθομένους ὁ Θεὸς οὐ βούλεται ἀπατᾶσθαι· ὡς ἂν δὲ τρανώτερον τὸ λεγόμενον γένηται, εἰς τοῦτο αὐτὸ καταλήγει ἡ σκέψις, ὅτι οὓς μὲν ὁ Θεὸς θέλει σῶσαι, κατασοφίζει πρὸς πᾶσαν αὐτοῦ ἐντολὴν ὑπηκόους· οὓς δὲ οὐ βούλεται σῶσαι, οὐ δίδωσι αὐτοῖς σύνεσίν τε καὶ δύναμιν ἐνωτίζεσθαι, καὶ ποιεῖν τὰ αὐτῷ εὐάρεστα, καὶ κατὰ τοῦτο τῇ κολάσει παραδίδωσιν. ὡς ἐκ τούτου παρίστασθαι ἐννοεῖν τῶν ἀτόπων δυσφημιῶν τὸ πλῆθος, ὅτι ὁ Θεὸς κωλυτής ἐστι τῶν πρὸς τὸ καλὸν ἀφωρισμένων, ὅτι ἐναντία αὐτὸς ἑαυτῷ νομοθετεῖ, πάντας μὲν μὴ θέλων σῶσαι, πᾶσι δὲ τὰς σωστικὰς ἐντολὰς προβαλλόμενος, εἰς ἀφορμὴν ἐλέγχου, ἀλλ' οὐκ εἰς συνδρομὴν ἐπάθλων· ὅτι πάντως φθονῶν τοῦτο ποιεῖ, ἢ ὅτι πενόμενος μισθοδοτῆσαι πάντας, ἢ ὡς ἴδια διαπαίζων ἔργα, μὴ ἔχων ὃν εὐλαβηθήσεται ἕνεκεν τῆς τοιαύτης ἀληθείας· ἢ ὡς ἐφήδονος τῇ τῶν ἀνθρώπων ἀπωλείᾳ ἁπλῶς· ἢ ὡς μνησικακῶν διὰ τὴν πρὸς τὸν προπάτορα ἡμῶν ἀγανάκτησιν· ἢ ὅτι φύσει αἴτιός ἐστι τῶν κακῶν, καὶ οὐ μὴ δύναται μὴ κακοποιῆσαι.

λα'. Ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα ὁ ἀμαθέστατος γνωμοδοτεῖ βάρβαρος, ἐκ προοιμίων εὐθὺς τὴν ἀπορίαν λύειν οἰόμενος, τοῦ μὴ πάντας θελῆσαι τῇ αὐτοῦ ὑπενεχθῆναι ἀπάτῃ· τοῦτο δὲ δεῖ παρατηρῆσαι ἐν ὅλῳ τῷ ἀγροικικῷ ἐκείνῳ βιβλιδίῳ, ὅτι ἐγνωκὼς ὁ τοῦτο ληρῳδήσας, δυσπαράδεκτον ὅλως οὖσαν χριστιανοῖς τε καὶ ἰουδαίοις τὴν πλαστὴν αὐτοῦ ταύτην μυθογραφίαν καὶ βαρβαρικὴν θρησκείαν, τὰς παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ κειμένας θείας ἐπαγγελίας ἀποσυλήσας, καὶ οὐδὲ ταύτας ἀπα-

cod. f. 80.

Sur. II. 7. sq.

cod. f. 81.

fieri. Continenter autem apologiam ubique facit contra non credentes inepto sermoni suo, maledictorum plenam adversus illum, qui per semet ipsum iurat, bonum benignumque Deum, qui peccatoris mortem non vult, sed eum converti ac vivere. Sunt autem verba eius huiusmodi, quod nempe huic scripturae credentes Deus intelligentes reddit ut credant; non credentes autem, ipse a credendo prohibet: cum tamen res vice versa se habeat, quod nempe Deus, stulto huic credentes, decipi nollet; eos autem qui non credunt, adiuvat ipse quominus decipiantur. Atque ut dicta clariora fiant, ad hoc evadit commentum eius; nempe quod Deus illos, quos vult salvare, accommodat ad mandati sui obedientiam: quos autem non vult salvare, negat iis intelligentiam et auscultandi facultatem, et placita ei exsequendi: atque ita punitioni contradit. Atque hinc cogitare subest blasphemiarum enormium multitudinem; nempe quod Deus impediat eos qui ad bene agendum forent destinati: quod ipse sibi legibus ferendis contradicat; cunctos quidem salvare nolens, et tamen salutaria praecepta cunctis edicens, ut haec sint culpandi occasio, non autem consequendi praemii adiutorium. Sic autem vel invide agit Deus: vel quia cunctos remunerari nequit: vel quasi creaturas suas illudens, neminem habens quem ob hanc veritatem revereatur: vel quia laetatur omnino hominum pernicie: vel quia ultricem voluntatem retinet, propter susceptam cum progenitore nostro inimicitiam: vel quia naturaliter causa malorum est, neque potest male non facere.

31. Tales tantasque inscitissimus barbarus quasi sententias effutit, iam inde a principio dubium statim se dissolvere putans, cur non omnes dolis eius irretiri voluerint. Hoc autem animadvertendum est in toto illo agresti libello, quod eius nugatorius auctor gnarus, aegre omnino fore credibilem christianis atque iudaeis fictam hanc suam mythographiam barbaricamque religionem, extantes apud divinam scripturam Dei promissiones subfuratur; neque has

1) Impiam hanc Mohamedis doctrinam, qua sura secunda scatet, frustra mihi elevare aut lenire videtur Relandus in mohamedicis lib. II. 4. Pertinet autem ad celebre apud Mohamedanos dogma *decreti* (sive praedestinationis gratuitae et absolutae) de quo legatur Herbelotus voc. *cadha*. Evodius quoque monachus in historia martyrum XLII. amoriensium a Saracenis occisorum (Bolland. mart. T. I. die 6.) concionantes facit martyres adversus hunc immanem Alcorani errorem. Et quidem legenda est tota illa Evodii adversus saracenicam sectam invectio, cuius nonnisi particula refertur a Zygabeno in panoplia lat. Bibl. PP. Lugd. T. XIV. p. 229. de Deo mali auctore; quae particula incaute cum alienis ibidem confusa fuit; in graeco autem codice apud Sylburgium ne nomen quidem Evodii scribitur.

tamen omnes, sed paradisum tantummodo hereditatis loco adseclis suis mendaciter promittit, idque admodum flagitiose; nempe eos candidis speciosisque mulieribus fruituros; quodque horribilius est, ante Dei conspectum; Deus enim, inquit ille, non erubescit. Quippe ita carnalem prorsus et materialem, et a praesenti vita nihil differentem fore illorum fabulatur resurrectionem, eosque cibis ac potibus et excretionibus usuros. Illis vero qui sibi non obtemperaverint, eam quam evangelia Deum laedentibus comminantur poenam indicit; nempe ut consuetas illorum memoriae voluptates poenasve proponens, facilius eorumdem animis potiatur. Neque hoc item veteratorium eius facinus ignorandum est, quod haud omnino recusat sanctorum prophetarum nomina commemorare, ut venerandorum virorum appellatione, fraudem celet negantis Deum agarenismi sui. Ceteroqui nomine tenus illorum meminit; sed praedicatam ab iis veritatem, factis manifeste conatur dolosam coarguere; quasi lex alumnos suos salvare non valeat, nisi sibi quoque fidem adhibeant. Praeterea ipsius etiam domini nostri Iesu Christi multifariam meminit, et unum de prophetis appellat, hanc solam praerogativam habentem, quod tamquam Dei Verbum de virgine per Spiritum sanctum natus sit, et propter suam cum illo impassibilitatem in caelum adsumptus fuerit. Quid tamen dicat, Mohamedes nescit. Sed certe dolo manifeste utens, ipsum calumniatur dicens, interrogatum illum a patre utrum Deus esset, seque Deum esse praedicasset; negasse: etenim facile hoc ignotum patri suo fuisse arbitratur.

32. Insuper et illud scire interest, quod nempe falsata omnia tum ex vetere tum etiam ex novo testamento profert; neque eatenus, verum etiam ea quae numquam scripta fuerunt,

σας, ἀλλὰ τόν γε παράδεισον μόνον ἐν ὑποσχέσει κληροδοσίας καταψεύδεται τῶν αὐτῷ ὑπακουόντων· καὶ τοῦτο παναθλίως γυναιξὶ φησὶ λελευκασμέναις τε καὶ εὐοφθάλμοις συγγινομένων 1)· καὶ τὸ φρικτότερον, Θεοῦ κατενώπιον· Θεὸς γάρ, φησιν, οὐκ αἰσχύνεται 2)· ἔνσαρκον γὰρ παντελῶς καὶ ἔνυλον οὑτωσὶ, ὡς μηδὲν τῆς παρούσης ζωῆς διαλλάττουσαν τὴν αὐτῶν ἀνάστασιν τερατεύεται, βρώμασί τε καὶ πόμασι καὶ ἀφέδροις κεχρημένους αὐτούς 3)· τοὺς δὲ αὐτῷ μὴ πειθομένους, τὴν ἐν εὐαγγελίοις ἠπειλημένην γέενναν τοῖς εἰς Θεὸν καθυβρίζουσιν ἐπανατείνεται· ὡς ἂν ἐκ τῶν συνήθων τοῖς μεμνημένοις ἐφετῶν τε καὶ στυγητῶν εὐπαράδεκτος γένηται· καὶ τοῦτο δὲ μὴ ἀγνοεῖν ἀναγκαῖον τὸ ῥᾳδιούργημα, ὅτι οὐ παραιτεῖται ἁπλῶς τὰ τῶν ἁγίων προφητῶν ἀπομνημονεύειν ὀνόματα, ἵνα τῇ τῶν σεβασμίων ἀνδρῶν προσηγορίᾳ ἀνύποπτος αὐτῷ ὁ δόλος τῆς ἀρνιθέου ἀγαρηνίας γένηται· ψιλῶς γὰρ μόνον αὐτοὺς ἐξονομάζει· τὴν δέ γε μὴν παρ' αὐτῶν κηρυττομένην ἀλήθειαν, ἀπάτην φανερῶς διὰ πραγμάτων ἐλέγχειν πειρᾶται· καὶ ὡς οὐχ ἱκανοῦ ὄντος τοῦ νόμου τοὺς ὑπ' αὐτοῦ παιδαγωγουμένους σῶσαι, εἰ μὴ τούτῳ πεισθεῖεν. Ἔτι γε μὴν καὶ αὐτοῦ διαφόρως μνημονεύει τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἕνα αὐτὸν διαγορεύει τῶν λοιπῶν προφητῶν, μόνον κατ' ἐξαίρετον ἔχοντα ὡς θεοῦ λόγον τὴν δι' ἁγίου πνεύματος ἐκ παρθένου γέννησιν, καὶ τῇ συναπαθείᾳ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάληψιν, ὁ μὴ εἰδὼς τί ἦν περὶ ὅτου ἔλεγεν· τῷ δὲ δὴ τρόπῳ δῆλον ὅτι τοῦ δόλου κεχρημένος, ἐπεὶ τοί γε φανερῶς αὐτὸν διασύρει· φησὶ γὰρ αὐτὸν παρὰ τοῦ πατρὸς ἠρωτῆσθαι*, εἰ θεὸς εἴη, καὶ θεὸν ἑαυτὸν ἐκήρυξεν· καὶ διαρνούμενον· ἀγνοεῖν γὰρ εἰκὸς τοῦτον τὸν πατέρα αὐτοῦ οἴεται 4).

λβ'. Πρὸς τούτοις δὲ κἀκεῖνο εἰδέναι ἀσφαλές, ὅτι σφαλσευμένα πάντα ἃ ἀπὸ τῆς παλαιᾶς γραφῆς προφέρει, καὶ ἃ ἀπὸ τῆς νέας· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ ὅσα οὐδὲ γέγραπται, οὔτε συνῳδά

cod. f. 62.
Sur. II. 2?.
Sur. V. 162. VI. 85. sq.
cod. f. 63.
Sur. III. 47. XXI. 91. LXVI. 13. et alibi.
Sur. IV. 156.
Sur. V. 116.

1) Paradisus voluptarius et plane lascivus Mohamedis cognoscitur sur. II. 25. XLIII. 68. LV. 70. LVI. 24. LXXVIII. 32. et alibi.

2) Graviter hic peccat Nicetas, dum verba *Deus enim non erubescit* nectit cum praecedentibus de voluptate capienda cum feminis. Prorsus enim ea verba pertinent ad sequentem versiculum, in quo de alia re innocua agitur. Ecce enim et Maraccius rectissime interpretatur: *porro Deus non erubescet ut proponat (in) parabolam* etc. Caret itaque hac saltem blasphemia Alcoranus. Eodem ac byzantinus errore labitur etiam graecus auctor secundi opusculi adversus Alcoranum, apud Moynium var. sacr. T. I. p. 447.

3) Choniata praedictus p. 490, ait ex Alcorano: *καὶ τοὺς Σαμαρείτας εἰσέρχεσθαι ἐν τῷ παραδείσῳ, οὐ πρὸς τὸ ἀπολαῦσαι, ἀλλ' ἵνα τὰ ἀφόδια καὶ τὸν κόπρον αὐτῶν τοῦ παραδείσου ἐκβάλλωσιν, ὅπως μὴ ἂν ἀποζέσειεν ὁ παράδεισος: Samaritanos paradisum introire, non ut fruantur, sed ut purgationes et stercora Moslemorum paradiso eiciant, ne forte paradisus male oleat.* Sic fere loquitur etiam graecus auctor secundi opusculi apud Moynium var. sacr. T. I. p. 447. Item Zygabenus.

4) Apud Choniatam p. 484, concludit Deus: *ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ Θεός· οἶδα ὅτι σὺ ἔλεγες τὸν λόγον τοῦτον: scio te huiusmodi sermone usum.*

τυγχάνει τῇ θείᾳ γραφῇ, τρανῶς αὐτοῦ τῆς σκαιότητος ἐντεῦθεν παραγεγυμνωμένης καὶ τεθριαμβευμένης· καὶ πλεῖστα δὲ αὐτοῦ τῆς μανιχαϊκῆς μυσαρίας συλλέλεκται τερατεύματα, δαιμόνων τινῶν προσηγορίαι, καὶ κατ᾽ αὐτῶν ὁρκωμοσίαι ἐπὶ δυσφήμοις, προσφωνήσεις τε πρὸς τῶν δαιμόνων χώρους, καὶ ὁμολογίας ὅτι καὶ ἐξ (cod. f. 54.) αὐτῶν ἀπόστολοι καὶ προφῆται, τὸ παρὰ τοῦ διαγγελλομένου ἐν τῇ τοιαύτῃ γραφῇ θεὸν *, πλειστάκις κεχειροτόνηνται· καὶ στοιχεῖον δὲ γοητικῶς προγραφὲν 1), καὶ ψῆφοι μεταγεγραμμέναι παρ᾽ αὐτῷ διαφόρως τυγχάνουσι 2)· τῆς προσούσης δὲ αὐτῷ δειλίας περὶ τὴν ἀποτυχίαν τοῦ ματαίου αὐτοῦ φρονήματος, τὸ οἰκεῖον ἔργον ἐναργῶς μαρτυρεῖ· σχεδὸν γὰρ ἐν ἑκάστῳ λόγῳ τοῦτο αἰτεῖται μὴ διαπιστευθῆναι, ὅτι θεόθεν τὸ θεολοίδορον τοῦτο ἤγαγεν γράμμα· ὅπερ συμβαίνει τοῖς μὴ ἐξ ἔργων τὴν τῶν λόγων βεβαίωσιν ἔχουσιν· καὶ γὰρ ἠγνόει ὁ δύστηνος τῆς διὰ τὴν τόλμην ταύτην μενούσης αὐτῷ κολάσεως τὴν σφοδρότητα· ἀλλ᾽ ὅτι γε φανερῶς ἐθεομάχει, καὶ οὐδὲ λαθεῖν τοὺς ἀνθρώπους εἶχεν ἠπίστατο· αὐτίκα γοῦν ἐν τῷ αὐτῷ πρώτῳ 3) λόγῳ τὸ ἐκ θεοῦ ταῦτα ἐκπεπέμφθαι βεβαιῶσαι οἰόμενος, οὕτω φησίν· (Sur. II. 23.) « ἐὰν ἐστὲ ἐν σκανδάλῳ περὶ ὧν κατηγάγο» μεν ἐπὶ τὸν δοῦλον ἡμῶν, ἀγάγετε ᾠδὴν 4) » ἐκ τῶν ὁμοίων αὐτοῦ » τῶν προφητῶν δηλαδὴ λέγων « καὶ ἀγάγετε τοὺς μάρτυρας ὑμῶν » τοὺς (cod. f. 55.) αὐτοὺς λέγων προφήτας, ἢ καὶ τοὺς δυνατοὺς ἐξετάσαι ἀληθῆ ἢ ψευδῆ λόγον· « εἰ πάρεξ » θεοῦ, φησί, ἐςαι ἀληθὴς 5)· » ὡσανεὶ ἔλεγεν ὅτι κἀγὼ θεὸν κηρύττω ὡς κἀκεῖνοι· ἀλλ᾽ ἔλαθεν ἑαυτὸν ὁ καμηλόφορβος, ὡς οὐχὶ τὸ ἁπλῶς θεὸν κηρύττειν ἐστὶν ἀληθοῦς κήρυκος, καὶ θεοῦ ἀληθοῦς, ἀλλ᾽ εἰ ἀληθοῦς θεοῦ ἀληθῶς ἐστι κήρυξ ὁ κήρυξ· τί γὰρ ὄνησις τῇ ᾠδῇ τοῦ Δαβίδ, ἢ τῇ τοῦ Ἡσαΐου προφητείᾳ, ἢ Ἐζεκιὴλ τε, καὶ Δανιὴλ, καὶ ταῖς τῶν λοιπῶν προφητῶν ἐκ τῆς σῆς θεοκηρυξίας ἀθέου, εἴποιμι ἂν πρὸς τὸν βάρβαρον τοῦτον καὶ θεομάχον, ἐπ᾽ ἂν τὸ σὸν κήρυγμα ἐπ᾽ ἀνατροπῇ τοῦ ἐκείνων κηρύγματος γέγραπται; πόθεν οὖν ἄλλοθεν τὴν ἀπόδειξιν ἕξεις, τῆς ἐν ᾗ ἐπεποίθεις ἀποδείξεώς σοι σβεσθεί-

neque divinis libris ullo modo consonant; quae res improbitatem eius manifeste nudat et publicat. Plurima etiam manichaicae abominationis portenta apud eum sunt collecta: daemonum aliquot nomina, et per ipsos de rebus nefandis iurationes: adlocutiones quoque ad daemonum loca; et confessiones, quod ex ipsis quoque apostoli ac prophetae, a praedicato in huiusmodi sua scriptura Deo saepissime electi fuerunt: et littera fraudulenter praeposita, et sententiae varie mutatae, saepe apud eum comperiuntur. Timoris autem ei perpetuo haerentis, ne stultum suum consilium frustra sit, ipse liber testis est: etenim in omni prope capitulo petit ne fides sibi derogetur, quod divinitus iniuriosam hanc Deo scripturam acceperit: quod verba sane iis sollemne est, qui operibus suis firmare verba non queunt. Et sane ignorabat miser poenae gravitatem, quae ipsum propter facinus hoc manebat; quodque aperte Deo adversaretur, id homines non latere sciebat. Statim igitur in primo capitulo, missam a Deo hanc doctrinam confirmare volens, sic ait: « si scan» dalizamini in iis quae demisimus ad servum » nostrum, adducite canticum ex similibus ei. » Ex prophetis videlicet. « Et adducite testes ve» stros » eosdem nimirum prophetas dicens, vel etiam idoneos vera a falsis discernere. « Si prae« ter Deum, inquit, est aliquis verax. » Quasi dicat: ego Deum, aeque ac illi, praedico. Sed ignorat camelarius, quod non simpliciter Deum praedicare, veracem denotat praedicatorem Dei veri; sed oportet veri Dei verum esse praedicatorem qui praedicat. Nam quaenam utilitas cantico Davidis, aut Isaiae vaticinio, aut Ezechielis, aut Danielis, et reliquorum prophetarum, ab irreligiosa tua Dei praedicatione accidit (aio utique huic barbaro et Dei hosti) quoniam tu praedicationem tuam ad doctrinae illorum eversionem scripsisti? Et quomodo aliunde demonstrationem sumes, illa tibi extincta cui confidebas demonstratione? Nonne omnis vetus divina scriptura Deum fore incarnandum praenun-

1) Videtur denotare solitarias illas, nulloque sensu, ut Moslemi fatentur, praeditas litteras, quas multarum surarum initiis praepositas videmus.

2) Intelligit fortasse sententias abrogatas seu retractatas in Alcorano, de quibus Maraccius tract. de Alc. cap. V.

3) Diximus iam p. 347. adn. 3. non computari a Niceta Alcorani prooemium, ideoque quae secunda in vulgatis editionibus sura est, hanc illi esse primam, et sic deinceps.

4) Nimirum ipsa Alcorani elocutio habet quemdam rhythmum, ideoque confertur cum canticis. Irridet tamen hanc Mohamedis iactantiam, gratisque assertam alcoranici rhythmi venustatem, specimine eius satis insulso prolato, Maraccius T. I. prodrom. refut. part. 2. p. 72.

5) Alcorani textus postulat ut scribatur *εἰ ἐστὲ ἀληθεῖς*, *si estis veraces*.

ciat? qualem nimirum manifeste Christus se exhibuit, etiamsi carne passus est. Inenarrabilem dicit eius generationem Isaias. Dum utitur vocabulo « generatio » filii ex patre progressum describit: namque hanc rem vocabulum ostendit, quam tu, o inerudite, non admittis.

33. Deinde in sua fabulosa scriptione introducit Deum deliberantem cum angelis de hominis creatione, atque ab illis cohibitum, quoniam homo futurus erat iniquus: et nihilominus Deum facientem, ac sapientiam prae illis Adamo conferentem; atque ab hoc dicit nomina existentium rerum enunciata. Talis est anthropogonia auctoris, qui hortatur ut cum antiquioribus se scripturis arabica quoque somnia admittantur. Deinde dicit Moysem Deo iubente vaccam populo ostendisse quam immolari oportebat. Illis autem ignorantibus qualis esset, saepenumero hac super re Deum oravisse. Atque ita rem demum cognovisse, illosque per symbola edocuisse, hanc neque vetulam esse neque iuvenculam, sed media inter has aetate, colore croceo, rudem et indomitam: atque hanc vix illis persuasisse ut immolarent. Hae sunt fabularum eius nugae: quae a nobis expositae sunt, ut eius impossibilis cum divinis libris consonantia innotescat; cuius tamen gratia fidem se veracitatis adepturum putabat.

34. Impudentiam vero suam vir atheus adversus Dei patris gloriam exserens, atque hanc ad se attrahere diabolica vesania satagens, tamquam ipse Moysem olim alloqui solitus, et dominum quoque nostrum Iesum Christum misisset, ait. « Adtulimus Moysi scripturam; postque eum apostolos misimus; adtulimus Iesu » Mariae filio revelationem, et roboravimus » cum sancto Spiritu. » Haec scribens, quid probare se putavit? Nempe dicit, barbaricam hanc scripturam suam tamquam divinam fore recipiendam: nesciens tamen se magnopere a scopo aberrare, quo potiri sperabat. Dicet enim ei aliquis: quomodo vel quamobrem, ut Moysem reprehenderes, Iesum misisti? Quod si ut par est, atque ut vere actum fuit, responderet: nihil reprehendendum in Moyse fuisse, sed Iesum ad illius rudimenta perficienda missum, nec non gravem consuetudinem carnalium observationum in meliorem atque aptiorem spiritus morem immutandam; rursus huic ipsi responderent: tu

σης; ἢ γὰρ οὐχὶ πᾶσα ἡ θεία καὶ ἀρχέγονος γραφὴ θεὸν σαρκωθησόμενον προαγγέλλει; ὅστις ἀριδήλως ἀποδέδεικται ὑπάρχων ὁ Χριστὸς, κἂν ἐπεπόνθει σαρκί; ἀδιήγητον τὴν γενεὰν Ἡσαΐας * φάσκει διὰ τὸ εἰπεῖν γενεὰν, καὶ τὴν υἱικὴν ἐκ τοῦ πατρὸς πρόοδον ὑπογράψας, τὸ πρᾶγμα τοῦτο δηλοῦντος τοῦ ὀνόματος· ἣν σὺ ὡς ἀμαθὴς οὐ παραδέχῃ.

* Is. LIII. 8.

λγ'. Ἐφεξῆς δὲ τοῦ μυθικοῦ αὐτοῦ συγγράμματος παρεισάγει τὸν θεὸν συμβουλευσάμενον τοῖς ἀγγέλοις περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου γενέσεως, καὶ κωλυόμενον παρ' αὐτῶν ὡς ἀδίκου ἐσομένου αὐτοῦ· τὸν δὲ θεὸν καὶ ποιήσαντα καὶ σοφίσαντα τὸν Ἀδὰμ ὑπὲρ αὐτούς· καὶ τοῦτον εἶναι τὸν διδάξαντα τὰ τῶν ὄντων ὀνόματα· τοιαύτη ἡ ἀνθρωπογονία τοῦ παραινοῦντος ταῖς πρὸ αὐτοῦ θείαις γραφαῖς συναποδέχεσθαι τοὺς ἀραβικοὺς ὀνείρους. Ἔπειτα τὸν Μωϋσέα φησὶ βοῦν θήλειαν ἐκ θεοῦ κελευσθέντα ὑποδεῖξαι τῷ λαῷ, ἣν ἔδει θῦσαι· τῶν δὲ ἀγνοούντων ὁποία τις ἂν εἴη, πλειστάκις δεηθῆναι τοῦ θεοῦ περὶ τούτου· καὶ οὕτως μαθεῖν καὶ αὐτὸν κἀκείνους διὰ συμβόλων διδάξαι ὅτι ἐστὶν οὔτε παλαιὰ, φησὶν, οὔτε νέα, ἀλλὰ μέση τούτων, τὴν χροιὰν κρόκινος ἀγρία καὶ ἀδάμαστος· καὶ μόλις αὐτοὺς πεῖσαι ταύτην κατασφάξαι· αὗται τῶν αὐτοῦ πλασμάτων αἱ φλυαρίαι· παρετέθησαν δὲ ἵνα δειχθῇ τὸ ἀκοινώνητον αὐτοῦ τῆς συμφωνίας πρὸς τὴν θείαν γραφήν· δι' οὗ τὸ ἀληθὴς εἶναι πιστευθήσεσθαι ἤλπιζεν.

cod. f. 86. Sur. II. 30. Sur. II. 67.

λδ'. Ἀναισχυντῶν δὲ ὁ ἄθεος κατὰ τῆς τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς δόξης, καὶ ταύτην εἰς ἑαυτὸν ἀφαιρεῖν δαιμονιωδῶς ἐκφραινόμενος, καὶ ὡς αὐτὸς εἰ ὁ τῷ Μωϋσεῖ συλλαλήσας, καὶ τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐξαποστείλας φησίν· « ἐπηγάγομεν τῷ Μωϋσεῖ γραφήν· καὶ ἀπεστείλαμεν μετ' αὐτὸν ἀποστόλους· καὶ ἐπηγάγομεν » τῷ Ἰησοῦ υἱῷ Μαρίας τὴν φανέρωσιν, καὶ ἐνεδυναμώσαμεν αὐτὸν διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος. » Ταῦτα δὲ γράφων, τί κατασκευάζειν ἐνόμισε; τὸ φάναι τοῦ αὐτοῦ θεοῦ οὖσαν καὶ τὴν βάρβαρον ταύτην γραφὴν, ὡς θείαν παραδεχθήσεσθαι· ἀγνοήσας ὡς πάμπολυ τοῦ σκοποῦ διαμάρτοι ἢ ὡς οὐ κρατῆσαι ἤλπισε· πῶς γάρ; τις ἐρεῖ πρὸς αὐτόν· καὶ τί ἔχων Μωϋσέως καταμέμψασθαι, Ἰησοῦν ἐξαπέστειλας; εἰ δὲ τὸ εἰκὸς καὶ ὡς ἀληθῶς γεγονὸς ἐρεῖτο, ὅτι μέμψασθαι μὲν εἶχον οὐδὲν, τελειῶσαι δὲ τὰ αὐτῷ στοιχειωθέντα· καὶ ἄλλως τὸ ἐπαχθὲς καὶ εἰωθὸς τῶν σαρκικῶν παρατηρήσεων ἐπὶ τὸ κοῦφον καὶ πρέπον μεταθεῖναι τοῦ πνεύματος, πάλιν

cod. f. 87. Sur. II. 87.

πρὸς αὐτὸν τούτους εἰπεῖν· τί δὲ κατεγνωκὼς Ἰησοῦν, ταύτην τὴν καινοτέραν καὶ τρίτην γραφὴν ἐκδέδωκας; ἆρά γε ὡς τὰ ἴσα καὶ τὰ αὐτὰ, ἢ τὰ μείζω, ἢ καὶ τὰ ἐλάττω διδάξουσαν; καὶ τὰ μείζω μὲν διδάξαι, τῶν ἀδυνάτων τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει· τί γὰρ πλέον τοῦ ὑπὲρ ἐντολῆς Θεοῦ, κόσμον μισῆσαι καὶ σῶμα, ἔτι δὲ καὶ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ἀριδήλως πρὸς τὰ ὑπερφυῆ μεταθεῖναι; ἀλλὰ πρόδηλον ὅτι οὐδὲν τοιοῦτον τῇ βαρβαρώδει ταύτῃ ἐμπεριέχεται γραφῇ· ἀλλ' οὐδὲ ἁπλῶς τι ὑψηλὸν καὶ ἄξιον λόγου· τοὐναντίον μὲν οὖν καὶ κτηνωδίας πάσης καὶ ἀθεΐας ἀνάμεστος ὅλη τυγχάνει· τὰ ἴσα δὲ διδάσκουσαν αὖθις φάναι· καὶ τίς χρεία καὶ νόμον καὶ εὐαγγέλιον ἀνιστᾷν; τὸν μὲν ἐνδεῶς ἔχοντα, τὸν νόμον λέγων· τὸ δὲ τελειωτικῶς, τὸ εὐαγγέλιον φημί· ὡς ἀστηρίκτους καὶ τοὺς τὰ ἑκάτερα δουλεύοντας καθιστᾷ· μηδ' ὁποτέρους ἔχοντας ἐπὶ σωτηρίαν θαῤῥεῖν· τῶν μὲν τὸ ἀτελὲς αἰτιωμένων, τῶν δὲ τὸ ὑψηλὸν ὡς ὑπὲρ ἄνθρωπον παραιτουμένων· ἀλλ' οὐδετέρου παρ' αὐτῇ καθ' αὐτὸ ἀκρίβεια θεωρεῖται· λείπεται ἄρα τὰ ἐλάττω ταύτην διδάξουσαν δεδόσθαι· ἀλλ' εἰ τούτου χάριν ἐδόθη, πολὺς ὁ γέλως, τὰ ὑψηλὰ καὶ μέσα καταλιπόντας, τὰ πάντη χαμερπῆ, καὶ τῶν ἀλόγων εἰς μηδὲν ὑπερβεβηκότα μεταδιώκειν· καὶ ἄλλως δὲ τὴν ἄκραν φυσικῶς ἐναντιότητα πρὸς τὰ μείζω εἰληχότα τὰ ἐλάχιστα πολέμια αὐτοῖς καθεστήκει· ὃ δὴ καὶ ἀληθές ἐστιν ἐπὶ τῇ γραφῇ ταύτῃ· ἀντιτεταγμένως γὰρ ἐν πᾶσι τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ Χριστοῦ διατέτακται. Εἰ οὖν εὐαγγέλιον τελειοῖ τὸν νόμον, συνιστᾷν δὲ μᾶλλον τὸ τελειοῦν ἐστι, καταστρέφειν δὲ τὸ εὐαγγέλιον ἡ βάρβαρος πειρᾶται γραφὴ, καταστρέφειν ἄρα καὶ τὸν νόμον δοκεῖ· καταστρέφειν τε τὰ τελειοῦντα καὶ τελειούμενα, οὐ τοῦ Θεοῦ· οὐκ ἄρα τοῦ Θεοῦ ἐστι γραφὴ, ἡ τοῦ βαρβάρου θεομάχος γραφή. λείπεται ἄρα εἶναι τοῦ ἀντιθέου, τουτέστι τοῦ Ἀντιχρίστου.

λε'. Μετέπειτα δὲ μέμνηται Σολομῶντος, καὶ ἀνεξαπάτητον αὐτὸν διισχυρίζεται γενέσθαι, τῆς θείας γραφῆς φανερῶς αὐτὸν παριστώσης πρὸς τὸ γῆρας εἰδωλολατρῆσαι, ἐναντία πανταχοῦ τῇ γραφῇ φρονῶν· καὶ ἀγγέλων δὲ δύο μέμνηται οὓς λέγει καταληλυθέναι ἐν Βαβυλῶνι, ὧν τὰ ὀνόματα Ἀριὼθ καὶ Μαρώθ· οὓς καὶ διδασκάλους εἶναι τοῦ κακοῦ λέγει τοῖς βουλομένοις· ἔτι δὲ καὶ τὰς συζυγίας τῶν ἀνδρογύνων 1) τούτους φησὶ

cod. f. 58. · cod. f. 59. · Sur. II. 102. · cod. f. 60.

vero quid in Iesu damnans, tertiam hanc recentiorem edidisti scripturam? Puto quia paria, vel eadem, vel maiora, vel etiam minora doctura erat. Atqui maiora docere, impossibile humanae naturae est. Quid enim maius est, quam propter Dei mandatum, mundum et corpus odio habere, immo et animam propriam indubitanter supernaturalium rerum causa tradere? Profecto constat, nihil huiusmodi barbarico hoc libro contineri, immo nihil omnino excelsum bonaeque frugis; contra vero beluina omni stoliditate atque atheismo totum redundare. Iam si paria docere dicatur, quae fuit utilitas et legem et evangelium excitandi? illam, id est legem, defectivam; hoc, evangelium inquam, perfectum. Tum etiam male firmos eos qui alterutri serviunt exhibet, neutrosque de sua salute posse confidere; alios quidem imperfectionem causantes; alios sublimitatem, ceu naturae humanae superiorem, a se deprecantes. Sed neutrius secundum idem exaequare perfectionem videtur: restat ergo, ut Mohamedis scriptura ceu minora docens data fuerit. Sed si ob hanc causam data fuit, valde hoc sit ridiculum, sublimibus scilicet mediisque derelictis, vitam humi repentem et beluinam, quae nihil celsum spectat, sectari. Praeter quam quod summa heic naturaliter repugnantia est; et ea quae meliore sorte sunt, deterioribus adversantur: quod sane de hoc libro verum evadit: etenim is contrarius plane in omnibus evangelio Christi est. Si ergo evangelium legem perfecit; perfectio autem rem magis confirmat; barbarica vero scriptura evertere evangelium nititur, legem pariter videtur evertere. Porro illa evertere, quae perficiunt et sunt perfecta, non est Dei officium. Non est ergo Dei scriptura, hic inimicus Deo barbari hominis liber. Superest igitur ut sit antithei id est Antichristi opus.

35. Deinde Salomonis infert mentionem, eumque nullo errore deceptum fuisse contendit; quum tamen divina scriptura aperte adfirmet eum senili aetate idolorum cultui se addixisse: quae dum ait, contrarium prorsus sacrae scripturae sentit. Angelos quoque duos memorat, quos Babylonem adventasse ait, quorum sunt nomina Arioth et Maroth, quos magistros esse vitii volentibus dicit. Praete-

1) Videtur prorsus error in Nicetae scriptura, ἀνδρογύνων pro ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν. Quippe apud Alcoranum sur. II. 102. hi angeli dissociavisse dicuntur coniugia inter maritos et uxores, non inter androgynos.

terea coniugia androgynorum ab his ait dissoluta, ipsosque male facere ait; verumtamen concessionem a Deo simulanter ipse quoque dicit illos accepisse. Iam vero hos angelos divinae scripturae traditio ignorat; nisi hos forte dicit Mohamedes patris sui Satanae daemones, et ipsi soli cognitos. Hoc quoque observandum est in huius barbari vanitate verborum, quod daemones quidem nominatim et cognoscit et proclamat; hoc tamen loco simulat ipsos aversabiles appellare, nec non ipsorum praesidem diabolum; ut hinc etiam idiotas capiat, persuadens eis non esse a malo spiritu figmentum suum, sed ab auctore qui daemones increpat. Paululum vero progressus in his nugis, existimans se iam esse cunctis praelatum, et contrarii suffragii immunem, et aliis emendandis factum magistrum, criminatur Iudaeos atque Christianos invicem adversantes: et eos qui alterutram opinionem superare conantes, sectabantur alteram pro altera opinionem, magis promeruisse divinam familiaritatem, et paradisi delicias. Postea utrosque a spe sua excidisse ait, propter haerentem utrique dogmati errorem; se vero unum esse paradisi heredem sponte propria decernit; idem faciens homini, exempli causa, qui nonnullis de iure talentum possidendi litigantibus, medium se inferens diceret, neutrius vestrum hanc esse proprietatem, quandoquidem de ea contenditis; mihi autem esse adsignandam, qui nihil eiusmodi fecerim, neque adversus quempiam contenderim: et qui unum cum uno disceptare nollet, ipse contra duos id agere non erubescit.

36. Quamnam porro hic habeat demonstrationem se hunc librum de caelo accepisse, quum dicere non queat, ipse sibi imprecatur, hoc unum recte faciens, quod damnationes vituperiaque innumera sibi imponit, nisi a Deo missus fuerit, mendacii videlicet suspicionem obumbrare sperans; iuratque per solem ac lunam, et astra, et lampyrides beluas, et cursorios canes, et arbores, et ignota alia nomina barbarica (quae prorsus daemonum esse existimo, quorundam saltem) quod ipse Deus Abrahami, et Deus Isaaci, novum testamentum ob complendam legem indixerit, qui etiam Mohamedi manichaicam hanc abominationem tradiderit; quae quidem utrum consonet, an contra dissonet, homo amentissimus cognosce-

διαλύειν καὶ κακοποιεῖν δὲ αὐτοὺς λέγει· πλὴν τὴν ἐπιτροπὴν ὑποκρίνεται καὶ αὐτὸς φᾶναι τοῦ θεοῦ ἐκδεχομένους· τούτους δὲ τοὺς ἀγγέλους οὐκ ἐπίσταται ἡ ἔκδοσις τῆς θείας γραφῆς· εἰ μή που τίς φαίη αὐτοὺς τοῦ πατρὸς αὐτοῦ εἶναι δαίμονας τοῦ σατανᾶ καὶ ὑπ' αὐτοῦ μόνου γνωριζομένους. Ἐπισκέψασθαι δὲ δεῖ καὶ τοῦτο περὶ τὴν τοῦ βαρβάρου κενοφωνίαν, ὅτι δαίμονας μὲν φανερῶς ἐξ ὀνόματος καὶ γινώσκει καὶ ἀναγορεύει· προσποιεῖται δὲ δῆθεν ἀπευκταίους αὐτοὺς καλεῖν, καὶ τὸν αὐτῶν πρωτοστάτην διάβολον· ὡς ἂν κατὰ τοῦτο δυνηθῇ τοὺς ἰδιώτας θηρεῦσαι· πείθων αὐτοὺς ὅτι οὐ τοῦ πονηροῦ ἐστι πνεύματος ἡ τούτου μυθοπλασία, ἀλλὰ τοῦ ἐπιτιμῶντος τοῖς δαίμοσι. Μικρὸν δὲ προελθὼν τούτου τοῦ λήρου, δόξας ἑαυτὸν παριστάνειν πάντων πρόκριτον ἀθῷόν τε καταγνώσεως, καὶ πρὸς διόρθωσιν ταῦτα διδάσκοντα, διαβάλλει ἰουδαίους τε καὶ χριστιανοὺς ἀλλήλοις ἀντιτεταγμένους, καὶ τοὺς θατέρας δόξης προεστηκέναι διισχυριζομένους, θατέραν δόξαν ὑπὲρ θατέρας, μᾶλλον ἠξιῶσθαι θείας οἰκειώσεως καὶ τῆς ἐν παραδείσῳ τρυφῆς· εἶτα ἀμφοτέρους φησὶν ἀποτυχεῖν τῆς ἐλπίδος, διὰ τὴν ἑκατέρου δόγματος πλάνην· ἑαυτὸν δὲ μόνον εἶναι τοῦ παραδείσου κληρονόμον ἀποφαίνεται ἀκελεύστως· ὅμοιον δέ τινι πεποίηκεν, εἰ τινῶν ἐχόντων λόγου χάριν ὑπὲρ ταλάντου πρὸς ἑαυτοὺς δικαιολογίαν, οὗτος ἑαυτὸν παρενείρας εἰς μέσον, μηδενὸς ὑμῶν τοῦτο εἶναι, διότι πρὸς ἑαυτοὺς στασιάζετε· ἐμοὶ γὰρ ὥρισται ὡς μηδὲν πεποιηκότι, μηδέ τινι διαμεμαχημένῳ· καὶ ὅπερ τοῦ ἑνὸς πρὸς τὸν ἕνα διαμφιβάλλοντος κατεγνώκει, αὐτὸς πρὸς τοὺς δύο τοῦτο ποιῶν οὐκ αἰσχύνεται.

λϛ΄. Ὁποία δὲ τούτου ἀπόδειξίς ἐστι τοῦ θεόθεν αὐτὸν κεκομικέναι τὴν βίβλον ταύτην, οὐ δέον εἰπεῖν, καὶ ἐπαρᾶσθαι δὲ ἑαυτοῦ καταθαῤῥεῖ, ἐν τούτῳ μόνῳ τῷ ὄντι καλῶς ποιῶν· καὶ καταγνώσεις καὶ μέμψεις μυρίας ἐπιφημίζει, εἰ μὴ παρὰ θεοῦ ἀπεσταλμένος εἴη, τὴν ὑποψίαν δηλονότι τοῦ ψεύδους συγκαλύπτειν νομίζων· καὶ ἐξόμνυσθαι δὲ κατά τε ἡλίου καὶ σελήνης καὶ ἀστέρων καὶ λαμπυρίδων ζώων καὶ κυνῶν δρομικῶν καὶ φυτῶν καὶ ἑτέρων ἀγνώστων βαρβαρικῶν ὀνομάτων (οἶμαι δὲ δὴ πάντως δαιμόνων καὶ αὐτῶν ὄντων τινῶν) ὡς αὐτὸς εἴη ὁ θεὸς Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαάκ, ὁ τὴν καινὴν ἐπὶ ἐκπληρώσει τοῦ νόμου ὑπαγορεύσας· ὁ καὶ τῷ Μωάμετ τὴν μανιχαϊκὴν ταύτην ἐπαναγαγὼν βδελυγμίαν· μὴ δὲ εἰ συμφωνεῖ ὅλως, ἢ διαφωνεῖ αὐτὴ πρὸς ἐκείνας

Sur. II. 311. seq

cod. f. 81.

cod. f. 82.

συνιδεῖν ὁ ἀνοήσατος δυνηθείς· καὶ τὰ πρόσωπα δὲ αὐτῶν συγκεχυμένα καὶ ἀνάρμοστα δι' ὅλου τοῦ μυθικοῦ αὐτοῦ λόγου ἀλλήλοις φέρεται· ἐπιλανθανομένου ὥσπερ τοῦ ταῦτα ἀνατυπώσαντος ὅστις εἴη ὅ τε λαλῶν καὶ ἀκούων, καὶ ὑπὲρ οὗ ἔλεγον, καὶ ἀμοιβαδὸν ἀντιτίθενται, πῆ μὲν τοῦ λέγοντος, εἰς τὸ τοῦ ἀκούοντος· πῆ δὲ τοῦ ἀκούοντος εἰς τὸ τοῦ λέγοντος· καὶ ὑπὲρ οὗ ἔλεγον εἰς τὰ ἀμφότερα· ὅπερ μαινομένου καὶ παραπαίοντος ἴδιον πάθος. Ναὸν δὲ λέγει παρά τε Ἰσραὴλ καὶ Ἀβραὰμ τῷ Θεῷ ἀνοικοδομηθῆναι, τὸν οὔτε γενόμενον πώποτε, οὔτε παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ μνημονευόμενον· εἰ γὰρ ἀλοιφὴν λίθου μόνου εἰς στήλην Θεῷ κεχρισμένην οὐ παρεῖδεν ὁ Θεόπτης *, πῶς ναὸν ὅλον ἀπεσιώπησεν;

Sur. II. 128. — * Gen. XXVIII. 18.

λζ'. Πρὸς δὲ τοὺς καταιτιωμένους τοὺς ὑπ' αὐτοῦ πεπλασμένους ἕνεκεν τοῦ πρὸς νότον εὔχεσθαι ἐστραμμένως, μὴ δεῖν ἄλλοτε φάναι, ἢ ἕνεκεν φησὶ τοῦ ἀποδεῖξαι τὴν πρὸς τὸν Μωάμετ εὐλάβειαν, καὶ τοῦ διακρίνεσθαι αὐτοὺς ἀπὸ τῶν μὴ ποιούντων αὐτό· καὶ εὖ γε τῇ θείᾳ σοφίᾳ κἂν τούτῳ αὐτοὺς ἀποδιαστησάσῃ, καὶ τῷ ὄντως σκότει προσκυνοῦντας ἐλεγξάσῃ· ἵνα δὲ καὶ ὁ δόλος αὐτοῦ κατάδηλος γένηται, τῷ εἰς Βάκα κειμένῳ εἰδώλῳ, ὅπερ αὐτὸς προσκύνημα παρατηρήματος καλεῖ, τοὺς ἀθλίους βαρβάρους προσκυνεῖν παρασκευάζει. « Ἔνθα γὰρ » ἐστὲ, φησὶ, ὀρθώσατε ὑμῶν τὰ πρόσωπα » εἰς τὸ μέρος τοῦ προσκυνητηρίου τοῦ παρα» τηρήματος. » Καὶ δύο δὲ ὀνόματα βάρβαρα τό τε Ζαφὰ καὶ Μαρουὰ 1) ἐκ τῶν σεβασμίων εἶναι λέγει τοῦ θεοῦ· θεοῦ πάντως τοῦ οἰκείου καὶ τοῖς ἠπατημένοις δὲ ὑπ' αὐτοῦ παραγινομένοις, κατὰ τὸ ἐκεῖσε μεμολυμμένον οἴκημα τοῦ προσευκτηρίου περιγυρεῦσαι εἰς αὐτὸ προστάσσει· ὡς δὲ παρά τινος ἐξ αὐτῶν εἰς χριστιανοὺς ἐλθόντων ἐμάθομεν, εἴδωλόν τι λίθινον κάθηται δῆθεν μέσον τοῦ οἴκου· καὶ οἱ τὴν πρόσταξιν τοῦ δαιμονιώδους τούτου πληροῦντες, κεκλικότες τοὺς ἀθλίους αὐτῶν αὐχένας, καὶ τὴν χεῖρα ὄρθιον πρὸς αὐτὸ ἐκτεταχότες, τῇ τε ἑτέρᾳ τὸ οὖς αὐτῶν κατέχοντες, κυκλοτερῶς εἰλοῦνται, μέχρις ἂν σκοτοδινίᾳ ληφθέντες καταπέσωσι 2)· τοῦτο οἶμαι ἐκεῖνο εἶναι τὸ εἴδωλον ὡς αὐτοὶ φαῖεν τῆς Ἀφροδίτης 3).

cod. f. 63. Sur. II. 115. seq. — Sur. II. 160. — cod. f. 64.

re impotens, sectarum personas confundit, et invicem incongruentia toto suo fabuloso sermone recitat. Obliviscitur enim qui haec componit, quisnam sit loquens, et quisnam audiens, et de quo argumento loquantur, et mutuo dissideant; modo verba loquentis conferens in audientem; modo audientis vicissim in loquentem, et colloquii materiem in utramque partem; qui est furiosi vel delirantis morbus. Templum quoque dicit ab Ismaële atque Abrahamo Deo aedificatum, quod tamen neque umquam extitit, neque a divina scriptura memoratur. Nam si ne unctionem quidem unius lapidis cippumque oleo linitum omisit divus historicus, quomodo integrum templum silentio praeteriisset?

37. Tum etiam admonet, ut iis qui incusant adseclarum a se deceptorum morem orandi conversa ad austrum facie, nihil aliud velint respondere, nisi hoc ipsos facere ut suam erga Mohamedem pietatem ostendant, et ab iis distinguantur qui aliter faciunt. Macte equidem divina sapientia, quae illos hac etiam ratione distinguit, verasque tenebras adorare coarguit! Atque ut dolus eius aperte cognoscatur, en idolo apud Bacam posito, quod ipse oratorium observationis appellat, infelices barbaros iubet cultum exhibere « ubi » enim, inquit, fueritis, levate facies ve» stras erga partem oratorii observationis. » Duoque nomina barbara Zapha et Marua de numero venerabilium Dei nominum dicit, Dei prorsus sui suorumque deceptorum adseclarum: quos illic circa impurum oratorii aedificium circumire iubet. Sicut autem a quodam ex ipsis ad christianos converso didicimus, idolum est quoddam illic in aedificio medio statutum: qui vero diabolici Mohamedis iussa faciunt miseras suas inclinantes cervices, manumque erectam ad idolum tendentes, altera autem aurem propriam tenentes, in gyrum tamdiu se revolvunt, donec vertigine tenebricosa correpti corruunt. Hoc arbitror esse idolum, ut ipsi fatebuntur, Veneris. Re sane vera haec librum il-

(1) Nomina duorum montium haec sunt, ut censet ad sur. II. 160 Maraccius, nec non Relandus op. cit. p. 121. et 166. Graeci perperam intellexerunt angelos duos.

2) Notissima est haec superstitiosorum, praesertim vero Dervisiorum, apud Mohamedanos chorea.

3) Adorari a Mohamedanis Venerem copiose docteque negat Relandus op. cit. lib. II. cap. 5, Graecos coarguens qui hanc illis idololatriam imputarunt.

lum Dei donum esse ac de caelo demissum ostendunt!

38. Unum porro ex omnibus animalibus esu submovet porcum, non canem aut lupum, aut aliud quodlibet, sed omnibus vesci hortatur deceptos suos « comedite, inquit, ex » his quae in terra sunt; munda et bona » sunt. Neque Satanae vestigia sequamini: ipse » enim manifestus vester hostis est. » Satanam nempe appellans illum qui mundorum et immundorum distinctionem constituit, prout in lege fit. Cernitis ne quomodo palam Satanae nomen Deo affingit? Tum dictorum oblitus miser, paulo post ait: « qui autem in scripturis » ambigue se gerunt, hi sunt in longa apo- » stasia » Numquid hoc impudentius aut insanius inveniri potest? Sicut autem simia, leonis impetum simulans, simia non leone dignum facere saltum convincitur; sic aerumnosus iste caelestis legis dignitatem sibi vindicans, nihil aliud quam miserandam ruditatem habere deprehenditur. Nam speciem tantummodo, immo nudum nomen, absque re ipsa, sibi religionis circumposuit. Volens itaque ieiunii legem barbaris infelicibus ferre, haec ait: « mensis est ramidanus, quo ad » vos lectio delata fuit; ipsum ieiunate. Ie- » iunii nocte licebit vobis cum uxoribus ve- » stris copula: ipsae enim sunt vobis indu- » menta, et vos illis aeque indumenta. No- » vit enim Deus, fore ut animas vestras frau- » daretis in ieiunio. Ideo vobis indulget. Con- » cumbite cum illis ad solatium; et come- » dite vespere ac bibite: donec quod no- » ctu videbatur filum nigrum, interdiu vi- » deatur album. Et rursus observate ieiu- » nium usque ad vesperam. Et [ne] copu- » lemini illis, dum in oratorio perseveratis. » Haec est lex Dei: ne ad illas accedatis. » Tantumne simia leoni cedit, quantum detestabilis hic atque exsecrabilis a divinae scripturae legislatore?

39. Post scelestum illud ieiunium, suos » concitat ad bellum contra nos gerendum. » Interficite, inquit, illos ubicumque in eos » incurreritis. » Tum iis legem caritatis statuens, ut par est, ait: « Et quicumque ad- » versus vos iram fovet, odite illum, prout » ille vos odit. » Iam ad continentiam falso ipsos temperantiamque adhortans ait: « uxo-

Ἀριστά γε θεοδώρητος καὶ ἐξ οὐρανοῦ δεδομένη ἡ βίβλος αὕτη ἐκ τούτων δείκνυται.

λη'. Ἐν δὲ πάντων τῶν ζώων τῆς βρώσεως ἀποπέμπεται μόνον τὸν χοῖρον, οὔτε δὲ κύνα, οὔτε λύκον, οὔτε ἄλλο, ἀλλὰ πάντων μετέχειν προτρέπεται τοῖς ὑπ' αὐτοῦ ἠπατημένοις « φάγετε γάρ » φησιν ἐκ τῶν ὄντων ἐν τῇ γῇ· καθαρὰ γὰρ καὶ » καλά· καὶ μὴ ἐξακολουθῆτε ἐν τοῖς ἴχνεσιν τοῦ » σατανᾶ· αὐτὸς ἐχθρὸς ὑμῶν ἐστι φανερός· » σατανᾶν δηλονότι καλῶν τὸν τυπώσαντα τὴν διάκρισιν τῶν τε καθαρῶν καὶ ἀκαθάρτων κατὰ τὸν νόμον· ὁρᾶτε πῶς ἀναφανδὸν σατανᾶν τὸν Θεὸν ὀνομάζει; μὴ συνιεὶς ὁ δείλαιος ὅπερ ἐφθέγξατο, μετ' ὀλίγον φησίν· « εἰ τινες δὲ ἀμφιβάλλονται » ἐν ταῖς γραφαῖς, εἰσὶν ἐν ἀποστασίᾳ μακρῇ » ἔστι τούτου εὑρεῖν ἀναισχυντότερον καὶ ἀνοητότερον; καθάπερ δὲ πίθηκος, ὁρμὴν ὑποκριθεὶς λέοντος, πιθήκειον ἀλλ' οὐ λεόντειον τὸ ἅλμα ποιῶν ἐξελέγχεται, οὕτω καὶ ὁ δύστηνος οὗτος τῆς ὑπερτάτου νομοθεσίας ἑαυτῷ ἀξίωμα ἐπιγράψας, τῆς παροικτίστου ἀβελτηρίας μηδὲν ἔχων πλέον ἐλήλεγκται· σχῆμα γὰρ μόνον, μᾶλλον δὲ ὄνομα ψιλὸν, ἀλλ' οὐκ αὐτὸ τὸ πρᾶγμα τῆς θεοσεβείας ἑαυτῷ περιτέθεικε· δόξας γοῦν περὶ νηστείας διατάττεσθαι τοῖς ἀθλίοις βαρβάροις, ταῦτα φησίν· « μὴν Ῥαμίδα ἐστὶν, ἐν ᾧ » κατήχθη ὑμῖν τὸ ἀνάγνωσμα· νηστεύσατε αὐ- » τόν· ἔξεσται δὲ ὑμῖν ἡ νὺξ τῆς νηστείας, » εἰς μῖξιν τῶν γυναικῶν ὑμῶν· αὗται γὰρ ὑμῶν » εἰς σκεπάσματα, καὶ ὑμεῖς αὐταῖς ἐστε σκε- » πάσματα· ἔγνω γὰρ ὁ Θεὸς ὅτι παραβουλεύ- » σετε ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν ἐν τῇ νηστείᾳ, καὶ » ἵλεως ὑμῖν γίνεται· μίχθητε εἰς αὐτὰς εἰς » παράκλησιν· καὶ φάγετε ἑσπέρας καὶ πίετε, » ἕως ἂν τὸ ἀπὸ τοῦ σκότους φαινόμενον ῥάμμα » μέλαν, διὰ τῆς ἡμέρας φανῇ ἄσπρον· καὶ πάλιν » πληρώσατε τὴν νηστείαν ἕως τῆς ἑσπέρας· καὶ » [μὴ] μίχθητε αὐταῖς ὑμῶν συχναζόντων ἐν » τῷ προσκυνητηρίῳ· αὕτη ἐστὶ νομοθεσία Θεοῦ, » καὶ μὴ ἐγγίσητε αὐτάς. » Ἆρα γε τοσοῦτον πίθηκος λέοντος ὑστερεῖ, ὅσον οὗτος ὁ μυσαρὸς καὶ ἐναγὴς τοῦ τὴν θείαν γραφὴν νενομοθετηκότος;

λθ'. Μετὰ δὲ τὴν ἀθεμιτούργητον ἐκείνην νηστείαν, εἰς τὸν καθ' ἡμῶν αὐτοὺς διεγείρει πόλεμον « φονεύσατε, λέγων, αὐτοὺς ὅπου δ' » ἂν συναντήσητε αὐτοῖς· » ὅρους δὲ αὐτοῖς ἀγάπης ὡς εἰκὸς τιθεὶς φησίν· « καὶ ὅστις δὲ μνησι- » κακεῖ ἐφ' ὑμᾶς, ἐχθράνατε αὐτὸν καθὼς ἐχ- » θρανεν ἐπάνω ὑμῶν. » Πρὸς ἐγκράτειαν δὲ καὶ σωφροσύνην αὐτοὺς ψευδῶς ἀλείφων φησίν·

Sur. II. 173. Sur. II. 170. v. 176. 177. cod. f. 65. v. 180. seq. cod. f. 66. Sur. II. 192. Sur. II. 221.

« αἱ γυναῖκες ὑμῶν νεατὸς ὑμῶν· εἰσέλθετε εἰς
» τοὺς νεατοὺς ὑμῶν ὅθεν βούλεσθε· καὶ συνέλ-
» θετε ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν » τουτέστι πᾶσαν ἐπι-
θυμίαν τῶν ψυχῶν ὑμῶν πληρώσατε· ἄρα γε
κτηνώδης οὗτός ἐστιν ὁ βίος, ἢ μᾶλλον δαιμο-
νιώδης. Λύσεως δὲ μνημονεύσας γυναικὸς ἐξ ἀν-
Sur. II. 221.
δρὸς, τάδε φησὶ τοῖς βαρβάροις « ἐὰν τις ἀπο-
» λύσῃ γυναῖκα αὐτοῦ, οὐκέτι ἐξέσται αὐτῷ
» μετὰ τὸ ἀπολυθῆναι αὐτὴν, ἕως ἂν ζευχθῇ
» ἀνδρὶ ἑτέρῳ· καὶ ἐὰν ἀπολύσῃ αὐτὴν ὁ δεύ-
» τερος, οὐκ ἔστι κατάκριμα ἐν ἑαυτοῖς, ἐὰν
» ἐπιστρέψωσι πρὸς ἀλλήλους· οὗτοι γὰρ, φησὶν,
» νόμοι θεοῦ. » ὢ τῆς βαρβαρικῆς ἀσω-
τείας.

μ'. Ἐρεθίζων δὲ πρὸς ἀνδροφονίαν τοὺς βαρ-
βάρους, ἔδοξεν εἰς προτροπὴν ἱστορίαν γραφικὴν
αὐτοῖς παραθέσθαι, καὶ συγχύσας τὰ πρόσωπα,
Sur. II. 247. seq.
ὥσπερ ἀεὶ ποιεῖ, καὶ ἀλλάξας, τέθεικε τὰ ἐπὶ
cod. f. 67.
Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ ἐπὶ τὸν Γεδεὼν, καὶ τὰ τοῦ
Γεδεὼν εἰς τὰ τοῦ Σαοὺλ, καὶ ὁμόχρονον αὐτῶν
Sur. II. 219.
εἶναι φησὶ τὸν Δαβίδ· τὴν δε κιβωτὸν ὑπ' ἀγ-
γέλων ἔλεγε βαστάζεσθαι, ἀλλ' οὐχὶ παρ' ἀν-
θρώπων· οὕτω τὴν θείαν γραφὴν καὶ ἠπίστατο
καὶ ἐδίδασκεν ὁ τῶν θείων ἐμπαίκτης καὶ ἄθεος.
Πρόνοιαν δὲ τῶν εἰς αὐτὸν εὐσεβούντων ποιῶν
ὁ κύριος, ἐματαίωσεν αὐτοῦ τὴν ἄθεον καρδίαν,
μὴ καθ' ὃ εἶχεν καὶ προέσται· περὶ γὰρ τῆς
κατὰ τὴν πίστιν βιαίας ἀπαρνήσεως, οὕτω φησί·
Sur. II. 257.
« οὐκ ἀναγκάσαι δὲ εἰς πίστιν· ἐφανερώθη γὰρ
» τὸ εὐπρόσδεκτον ἐκ τοῦ σφαλεροῦ. » Ἐπεμβαλὼν
Sur. II. 258. seq.
δὲ συνήθως τὰ ψευδῆ αὐτοῦ μυθεύματα, παρ-
εμβάλλει τὸν Ἀβραὰμ διαλέξεις ληρώδεις ποιοῦν-
τα, καὶ πρὸς θεὸν διαμφιβάλλοντα περὶ νε-
κρῶν ἀναστάσεως· καὶ ὅτι διὰ τεσσάρων ὀρνέων
παρ' αὐτοῦ ἐπὶ τέσσαρα ὄρη ἀποτεθέντων καὶ
ἀνακληθέντων, τὴν τῆς ἀναστάσεως πίστιν ἔλα-
βεν ὁ Ἀβραάμ· ὧν οὐδὲν ἡ θεία καὶ ἀρχαιο-
τάτη μέμνηται γραφή· οὐκ ἀναιδῶς δὲ μόνον
Sur. II. 276. seq.
ὁμόσε πρὸς τὰ κακὰ χωρεῖ, ἀλλὰ καὶ τόκον δια-
βάλλειν δοκεῖ, καὶ ἁρπαγὰς ὀρφανῶν, καὶ συμ-
πάθειαν ποιεῖν παραινεῖ· ὡς ἂν ἐκ τοῦ χρηστὸς
σύμβουλος εἶναι δοκῶν, διαλάθῃ εἰς τὰ καίρια
cod. f. 68.
βλάπτων ὁ δείλαιος· καὶ ἐν τούτοις τὴν καθ'
Sur. II. 287.
ἡμῶν νίκην εὐξάμενος, τὸν πρῶτον φλήναφον
ἔστησεν.

ΕΛΕΓΚΤΙΚΟΣ Β.

μα'. Δεύτερος τῆς μυθοπλαστείας τοῦ Μωά-
* cod. Ἀβραὰμ.
μετ λόγος εἰς τοὺς τοῦ Ἀμρὰν * ἐπιγέγραπται·

« res vestra novalia vestra sunt: ingredimi-
» ni in novalia vestra unde volueritis; et con-
» gredimini ex animorum vestrorum senten-
» tia » id est quamlibet cupiditatem animorum
» vestrorum explete » Est igitur lex haec be-
luina vel potius diabolica. Tum divortium vi-
ri ab uxore memorans, sic alloquitur bar-
baros. « Si quis uxorem suam repudiaverit,
» non licebit ei, postquam eam dimiserit, do-
» nec alteri viro copuletur. Quod si et se-
» cundus eam dimiserit; non est illis piacu-
» lum, si ad coniugium redeant. Haec sunt
» enim, inquit statuta Dei. » O barbaricam
libidinem!

40. Barbaros autem ad homicidium conci-
tans, videtur hortamenti loco obiicere histo-
riam de sacris scripturis sumptam, confusis
tamen, quod semper facit, personis ac permu-
tatis. Nam res a Iesu Navi gestas Gedeoni tri-
buit; rursus res Gedeonis Sauli; hisque ait
contemporalem Davidem: arcamque ab ange-
lis, non ab hominibus, gestatam. Adeo divi-
nam scripturam et callebat et alios docebat hic
rerum divinarum illusor et atheus! Quippe Do-
minus piis suis cultoribus consulens, irreligio-
sum cor illius infatuavit, ut ne prout se ha-
bebat, ita et procederet. Nam de fidei violenta
abnegatione sic ait: « non est cogendum ad fi-
» dem; etenim quid sit recte admittendum, ex
» fallaci contrario innotescit. » Suis vero fabu-
lis perpetuo insistens, inducit Abrahamum nu-
gaciter cum Deo colloquentem, cumque illo de
mortuorum resurrectione disputantem: et quod
ex quatuor avibus ab eo supra quatuor montes
repositis, et deinde revocatis, resurrectionis
fidem didicerit Abrahamus: cuius rei nullam
facit antiquissima scriptura mentionem. Non
tamen impudenter tantummodo ad vitia ruit,
sed et usuram improbare videtur, atque or-
phanorum spoliationes, et ad eleemosynam fa-
ciendam hortatur; ut dum boni consilii au-
ctor videtur, mortifera nocumenta latenter in-
ferat vir exitiosus. Atque in his, postquam sibi
victoriam de nobis imprecatus est, primae nu-
gaci fabulae finem imponit.

CONFUTATIO II.

41. Secundum fabulae Mohamedis capitulum
AMRANI FAMILIA inscribitur. Statim ab initio

traditum a Deo hoc scriptum adfirmat: eiusque rei causam addit, quod ab hoc confirmentur illa superiore tempore tradita, lex videlicet atque evangelium, directio nempe hominibus atque salus. Observate ergo, utrum secundum hanc promissionem fulcrum legis atque evangelii deinde factis suis semet demonstret, atque illa praeclare sancire, et bene se habere ut in scripto iacent; vel saltem defectiva supplere. Quod si nihil huiusmodi in eo fuerit, aut cernatur, certe mentitur, et mendaci ore haec effutit, et a mendacii parente provenire convincitur. Abunde itaque in sequentibus pro more suo iocatur de quadam Iambrae concubina, quae alicunde prodierit; eiusque precem et supplicem gratiarum actionem refert propter Mariae conceptionem, quae fuit, inquit, mater Iesu; et quod hanc in templo [mater] praesentaverit, et quod a Domino, inquit, recepta sit, et a Zacharia suscepta. Eoque aliquando in templum ingresso, et apud eam divino cibo conspecto, sciscitatum esse unde hic provenisset. Illam, a Deo dixisse; ipsumque illic postulasse a Deo filium; factamque ei pollicitationem quod Iohannem filium habiturus esset virum iustum atque prophetam. Illo mox dubitante quomodo iam senex filium esset suscepturus, poenam retulisse silentium tridui. Deinde angelos introducit Mariae dicentes: te Deus elegit prae cunctis a saeculo mulieribus. Id autem ait ex incogniti negotii narratione Mohamedi facta: nempe quod ille qui sibi loquebatur dixerit: hoc ad te detulimus, qui illic non eras; cum suas angeli ulnas explicuerunt, quisnam eorum Mariam esset suscepturus. Tu vero non eras illic. Angelos autem ei dixisse; Deus, inquit, nuncium tibi mittit verbum suum. Hic est Christus Iesus Mariae filius existens in hac vita et in futura, unus de propinquantibus [Deo], sermocinans ad homines, iam inde ab incunabulis aetate adulta, et ex probis. Postea introducit illam scire volentem, quomodo sibi filius erit absque viro? Illos autem dixisse: quod Deus vult, hoc fit. Atque ab angelis ipsum didicisse ait sapientiam, et scripturam, ac legem et evan-

[Sur. III. 2.] εὐθὺς δὲ ἐξ εἰσόδου τὸ ἐκ Θεοῦ δεδόσθαι τὸ τοιοῦτον γράμμα ἀποφαίνεται· καὶ αἰτίαν τούτου προστίθησι, τὸ εἶναι βεβαιωτικὸν τῶν πρὸ αὐτοῦ κατενεχθέντων· τὰ δὲ κατενεχθέντα πρὸ αὐτοῦ, ὁ νόμος φησίν ἐστι καὶ τὸ εὐαγγέλιον, ὁδήγησις τοῖς ἀνθρώποις καὶ σωτηρία· σκοπεῖτε οὖν εἰ ἄρα κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν ταύτην, βεβαιωτικὸν τοῦ νόμου καὶ τοῦ εὐαγγελίου, ἐν τοῖς ἑξῆς διὰ πραγμάτων δειχθήσεται· ἤτοι ἐκεῖνα κυροῦν καλῶς καὶ ἀνενδεῶς ἔχειν ὡς γέγραπται, ἢ τὰ ἐλλείποντα ἀναπληροῦν· ὡς εἴ γε μηδὲν τούτων ἐπ' αὐτοῦ, ἢ τοιοῦτον θεωρηθείη, ψεύδεται· καὶ ἐκ ψευδοῦς προεληλυθὼς στόματος, καὶ τοῦ πατρὸς τοῦ ψεύδους ἀπελέγχεται. [Sur. III. 30.] Ἱκανῶς οὖν ἐφεξῆς τὰ συνήθη ἀδολεσχήσας, ἑταιρίδος τινὸς Ἰαμβρᾶ, ἥτις καὶ ὤπται πώποτε ἀπὸ μέρους, καὶ τὴν ταύτης εὐχὴν καὶ εὐχαριστίαν ἱκέτιν ἐποιήσατο ἐπὶ τῇ συλλήψει Μα- [cod. f. 69.] ρίας τῆς μητρὸς φησὶν Ἰησοῦ· καὶ ὅτι ἐν τῷ ναῷ ταύτην ἀνέθετο· καὶ παρὰ τοῦ κυρίου φησὶν ἀποδέδεκται, καὶ ὑπὸ τοῦ Ζαχαρίου προσείληπται· καί ποτε αὐτοῦ εἰσελθόντος ἐν τῷ ναῷ, καὶ τροφὴν θείαν παρ' ἑαυτῇ ἑωρακότος, καὶ ἐπερωτήσαντος πόθεν ἐληλύθει, παρὰ Θεῷ φάναι; αὐτόν τε ἐκεῖσε αἰτῆσαι παρὰ Θεοῦ τέκνον· καὶ ἐπαγγελθῆναι λαβεῖν Ἰωάννην ἄνδρα δίκαιον καὶ προφήτην· ἀμφιβάλλοντος δὲ αὐτοῦ πῶς ἐπὶ γήρως ἕξει υἱόν, ἐπιτίμιον λαβεῖν σιωπὴν ἡμερῶν τριῶν· ἐφεξῆς δὲ τοὺς ἀγγέλους εἰσάγει πρὸς Μα- [Sur. III. 42.] ρίαν εἰρηκότας, ὅτι σὲ ὁ θεὸς ἐξελέξατο ὑπὲρ τὰς ἀπ' αἰώνων γυναῖκας· τοῦτο δὲ ἐκ τῆς ἐξηγήσεως τοῦ ἀφανοῦς πράγματος φησὶ πρὸς τὸν Μωάμετ, ὡς αὐτὸς λέγει ὁ πρὸς αὐτὸν λαλῶν ὅπερ κατηνέγκαμεν εἰς σέ, σοῦ μὴ ὄντος ἐκεῖσε, ὅτ' ἂν [Sur. III. 44.] ἥπλωσαν αὐτῶν τὰς ἀγκάλας 1) ἄγγελοι, ποῖος ἐξ αὐτῶν προσδέξεται τὴν Μαρίαν· καὶ οὐκ ἦς ἐκεῖσε· τοὺς δὲ ἀγγέλους πρὸς αὐτὴν φάναι· ὁ θεὸς φησὶν εὐαγγελίζεταί σε τὸν λόγον αὐτοῦ· Χριστὸς Ἰησοῦς υἱὸς Μαρίας ἐπιτυγχάνων ἐν τῷ βίῳ τούτῳ, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι ὑπάρχων, ὢν ἐκ τῶν ἐγγιζόντων, καὶ λαλῶν τοῖς ἀνθρώποις ἀπὸ σπαργάνων φησὶν ὑπάρχων πρεσβύτης καὶ ἐκ τῶν [cod. f. 70.] χρησίμων· εἶτα εἰσάγει ταύτην πειρωμένην μα- [Sur. III. 47.] θεῖν πῶς ἔσται ταύτῃ υἱὸς ἄνευ ἀνδρός; τοὺς δὲ φάναι· ὃ βούλεται ὁ Θεός, τοῦτο καὶ γίνεται· καὶ παρὰ τῶν ἀγγέλων δὲ λέγει αὐτὸν μεμαθηκέναι τὴν σοφίαν καὶ τὴν γραφὴν καὶ τὸν

1) Ita evidenter codex. Maraccius vocabulum arabicum أقلام *calamum* explicat, et fabellam narrat de calamis seu virgis sortiendi causa iactis, quisnam angelorum Mariae curam susciperet. Cur vero Nicetas dicit ἀγκάλας? Fortasse mendum scripturae est pro ἀστραγάλους, *tales lusorios*, vel pro καλάμους. Hoc enim postremum postulat vox arabica.

νόμον καὶ τὸ εὐαγγέλιον, καὶ ἀπεστάλθαι ἀπόστολον πρὸς τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ. (Sur. III. 48.) Εἶτα εἰσάγει τὸν Χριστὸν ὄρνεα ἐκ πηλοῦ πεποιηκότα, ἐμφυσήσαντα, καὶ ζωώσαντα ταῦτα· καὶ τυφλοὺς καὶ λεπροὺς ἰασάμενον, καὶ νεκροὺς ἀναστήσαντα, καὶ προγνώστην· καὶ ὅτι θεὸν αὐτοῦ τὸν θεὸν τῶν ἀνθρώπων ἐκάλει· (v. 54.) καὶ ὅτι ἐξελέξατο ἑαυτῷ τοὺς ἀποστόλους· καὶ ὅτι εἶπεν αὐτῷ ὁ Θεός· ἐγώ σε ὑποβάλλω θανάτῳ, κἀγώ σε ἐνυψῶ πρός με, καὶ καθαρίσω σε ἐκ τῶν ἀρνησαμένων· καὶ καταστήσω τοὺς ἀκολουθήσαντάς σοι ἐπάνω τῶν ἀρνησαμένων ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς ἀναστάσεως· τοὺς δὲ ἀρνησαμένους κολάσω κόλασιν βαρείαν ἐν τῷ μέλλοντι, καὶ οὐκ ἔστιν αὐτοῖς ἔκδικος· τὸ δὲ εἶδος τῆς ὁμοιώσεως Ἰησοῦ (v. 58.) φησὶν εἶναι κατὰ τὸ εἶδος τοῦ πρώτου Ἀδὰμ ὃν ἔπλασεν ὁ Θεός· καὶ προστίθησι λέγων· αὕτη ἐστὶν ἡ ἐξήγησις ἡ ἀληθινή.

gelium, atque legatum ad Israëlis filios missum. Deinde Christum introducit aviculas ex luto facientem, flatuque vivificantem, caecosque et leprosos sanantem, ac mortuos resuscitantem, et praesagum; et quod hominum Deum, Deum proprium appellaret; et quod apostolos sibi delegerit; et quod dixerit ei Deus; ego te morti subiicio, et ego te extollam ad me, teque a negantibus expiabo, constituamque adseclas tuos supra illos qui te negaverunt, in die resurrectionis. Verumtamen negantes poena gravi puniam in futuro saeculo, neque erit illis vindex. Speciem vero Iesu ait esse secundum speciem primi Adami, quem Deus formavit. Concluditque: haec est vera narratio.

(v. 59.) μβ'. Ἀληθινὴν δὲ ταύτην εἰπὼν, δηλονότι τῶν θείων εὐαγγελίων, ὡς ψευδῆ ἀπεκρούσατο· (cod. f. 71.) ποῦ γὰρ παρὰ τοῖς θείοις εὐαγγελίοις Ἰαμβρᾶ τῆς θεοτόκου γεννήτωρ καταγγέλλεται; Τί δὲ ποιήσομεν τοὺς παρὰ τῷ Λουκᾷ κειμένους ἐννέα τῆς σιωπῆς Ζαχαρίου μῆνας, καὶ τρεῖς ἡμέρας μόνας τούτου ταύτην γεγενῆσθαι λέγοντος; ποῦ δὲ ὄρνεα ἐκ πηλοῦ παρὰ τῷ Ἰησοῦ πλαττόμενα καὶ ψυχούμενα; ἀλλ' ὄντως ὡς ἀληθῶς ἐκ τοῦ ἀφανοῦς διακένου τῆς αὐτοῦ παρανοίας ταῦτα πέπλασται· αὕτη ἐστὶν βεβαιωτικὴ τῶν πρὸ αὐτῆς γραφή; ἀλλ' ὡς ἔοικεν ἐπελάθετο ὧν ἐπηγγέλτο· ἢ τάχα κακουργεῖ κἀνθάδε, κἂν μὴ διέλαθεν· δύο γὰρ αὐτῷ περὶ τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν προκειμένων τρόπων, καθ' οὓς τὸ θεὸς ἀληθὴς εἶναι ἀναιρεῖν πειράσεται, ἑνὸς μὲν τοῦ μηδαμῇ μηδαμῶς αὐτὸν ἐληλυθέναι ἀποδεῖξαι σπουδάσαι, ἑτέρου δὲ τοῦ ἐληλυθότος μὴ θεὸν, ἀλλ' ἄνθρωπον ψιλὸν ἐπιφημίσαι, ὡς δυσχεροῦς αὐτῷ πρὸς ἀνασκευὴν τοῦ πρώτου λίαν ὑπάρχοντος, πρὸς φανερὸν οὕτως ἀπομαχόμενος πρᾶγμα, ἐπὶ τὸ δεύτερον καταφεύγει· καὶ τὸν λόγον καταδραμὼν τῆς ἐνανθρωπήσεως, διὰ τοῦτο τὸ θεὸς εἶναι ἀνελεῖν ἤλπισε, μηδενὸς τῶν τὴν αὐτοῦ θεότητα κηρυττόντων μνημονεύσας· διὸ καὶ ἀκόλουθα τοῖς προθεῖσιν αὐτὰ περὶ τῆς ἀνθρωπότητος Χριστοῦ τὰ ἑξῆς ἐπιφέρει λέγων. (cod. f. 72.) «Ἀε 1) οἱ (Sur. III. 63.) » οἰκεῖοι τῆς γραφῆς· (τοὺς ὑπὸ τὸ εὐαγγέλιον τελοῦντας ἐνταῦθα καλῶν·) δεῦτε εἰς τὸν λόγον » τὸν στοιχοῦντα μέσα ἡμῶν καὶ ὑμῶν τοῦ μὴ » δουλεύειν εἰ μὴ τὸν θεὸν, καὶ τοῦ μὴ θεῖναι

42. Iam vero dum hanc veram ait, sine dubio divinorum evangeliorum historiam ceu falsam reiicit. Ubinam quippe apud divina evangelia Iambra Deiparae genitor nunciatur? Quid faciemus novem mensium silentio Zachariae apud Lucam memoratorum, quum Mohamedes tres tantum ei silentio dies statuat? Ubinam aviculae abs Iesu ex luto formatae et animatae? Revera ex ipsius arcana vanaque dementia haec sunt conficta. Haeccine est priorum se confirmatrix scriptura? Sed ut videtur, promissi sui oblitus est: vel potius heic etiam maliiose agit, etiamsi nos non latet. Quum enim duo sint ei propositi circa dominum nostrum Iesum Christum modi, quibus eius divinitatem destruere conatur; unus, quo demonstrare studet, eum nullo modo advenisse; alter, quo pernegat, etiamsi Christus advenerit, Deum fuisse, nihilque praeter hominem extitisse vult; quum primus modus difficilis admodum ei esset, tam evidens nempe negotium oppugnandi, ad secundum confugit; omissaque incarnationis historia, hoc pacto divinitatem eius evertere speravit, dum nullum ex his qui eius divinitatem praedixerat memoravit. Hinc fit, ut consentanea dictis a se superius, res Christi humanati pergat dicere «Hem qui familiares scripturae estis (sic appellat hoc loco illos qui sub evangelio degunt) adeste » ad sermonem qui inter nos vosque vertitur, ut ne serviamus nisi Deo, neque illi

1) Ita graecus auctor pronunciat interiectionem arabicam يا.

umquam quidlibet adsociemus. » Quia enim, eo quem diximus modo, humilia de Christo dixerat, et quod Deum hominum ipse quoque appellaverat Deum suum, hortatur nunc ex communi unius Dei invocatione, qui Christi et hominum simulque Christianorum et Agarenorum Deus est, hortatur inquam ne participem Christum patris maiestatis confiteamur, idest neque consubstantialem neque pari solio considentem. Quod si concedatur, nihil vetat quominus Christiani ad Agarenos accedant. Eo scilicet apud eum recidunt Mariae annunciatio per angelos, et patris ad Christum verba et miracula.

43. Sed quidnam nostrum de hominis dementia stuporem superabit, qui Moysis sororem dicit Christi matrem? et cum Moyse Christianos in deserto fuisse? insuperque in Salomonis templo, Zachariae aetate, virgini ab angelis partum Christi praedictum? ita ut ex his narrationibus res contrarium ordinem habere cogitandum sit; Salomonem Moyse antiquiorem; Moysem vero, Mariam, et Zachariam contemporales; et post plurimos a templi aedificatione annos Moysem in deserto erravisse. O daemoniacum! O atheismi crapula ebrium! O infelices barbaros, qui librum mendacia talia continentem divinum credunt! Interrogent alienos a nostra fide homines, Samaritanos inquam atque Iudaeos, interrogent Persas, interrogent Graecos auctores et historicos, hi vesani et omnis logicae ignari, et mentis oculos obtenebratos gerentes; atque ab iis discant Moysem Salomone antiquiorem, non posteriorem. Nam si antiquior est Salomone Moyses, posterior autem Salomone Christus, profecto Moysi non fuit contemporalis Christus. Quod si contemporalis Moysi non fuit Christus, neque Mariae Moysis sororis filius, quam iam fidem merebitur, qui tale tantumque mendacium contra veri Dei veritatem pronunciavit? Vere caeca est, velit nolit, improbitas.

44. More suo rursus dolosus ac mendax, primam sacram aedem positam dicit hominibus apud Maccch; ibique signa manifesta esse in

« αὐτῷ κοινωνόν τί ποτε. » Ἐπειδὴ γάρ, ὡς αὐτῷ ἐδόκει, καθ' ὃν εἰρήκαμεν τρόπον, ταπεινὰ περὶ τοῦ Χριστοῦ εἰρήκει, καὶ ὅτι θεὸν ἑαυτοῦ τὸν θεὸν τῶν ἀνθρώπων καὶ αὐτὸς ἀπεκάλει, παραινεῖ νῦν ἐκ τῆς κοινῆς τοῦ μόνου θεοῦ ἐπικλήσεως, Χριστοῦ καὶ ἀνθρώπων καὶ Χριστιανῶν καὶ Ἀγαρηνῶν, καὶ μηκέτι κοινωνὸν ὁμολογεῖν τῆς τοῦ πατρὸς δόξης τὸν Χριστόν, τουτέστι μήτε ὁμοούσιον, μήτε σύνθρονον· εἰ δὲ τοῦτο δοθείη, οὐδὲν κωλύει Χριστιανοὺς ἀγαρίζειν· εἰς τοῦτο αὐτὸν ὁ τῆς Μαρίας εὐαγγελισμὸς παρὰ τῶν ἀγγέλων, καὶ αἱ πρὸς Χριστὸν τοῦ πατρὸς ὁμιλίαι, καὶ τὰ θαύματα φέρει τὸ τέλος.

μγ΄. Ποίαν δὲ ἐκπλήξεως ὑπερβολὴν ἡ τοῦ ματαίου τούτου ἄνοια οὐ παρατρέχει; Μωυσέως ἀδελφὴν τὴν μητέρα Χριστοῦ καλοῦντος 1)· καὶ ἐν τῇ ἐρήμῳ σὺν Μωυσῇ τοὺς Χριστιανοὺς εἶναι; καὶ αὖθις ἐν τῷ ναῷ Σολομῶντος ἐπὶ Ζαχαρίου τὴν παρθένον τοῦ Χριστοῦ τόκον εὐαγγελισθῆναι παρ' ἀγγέλων· ὡς ἐκ τούτου ἀνάπαλιν τὰ πράγ- (cod. f. 71.) ματα ἀκολουθῆσαι νοεῖν ἀρχεγονώτερον Μωυσέως εἶναι τὸν Σολομῶντα, Μωυσέα δὲ καὶ Μαρίαν καὶ Ζαχαρίαν ὁμοχρόνους, καὶ μετὰ πλείστους τῆς οἰκοδομῆς τοῦ ναοῦ χρόνους εἰς ἔρημον τὸν Μωυσέα πλανᾶσθαι· ὢ ἀπὸ τοῦ δαιμονιώδους· ὢ ἀπὸ τοῦ μεμεθυσμένου τῷ τῆς ἀθεΐας κάρῳ· ὢ ἀπὸ τῆς ἀθλιότητος τὴν θείαν γραφὴν τὰ πηλίκα ταῦτα ψευδῆ πιστευσάντων βαρβάρων· ἐρωτάτωσαν τοὺς τῆς ἡμῶν πίστεως ξένους, Σαμαρείτας φημὶ καὶ Ἰουδαίους· ἐρωτάτωσαν Πέρσας, ἐρωτάτωσαν συγγραφεῖς καὶ ἱστοριογράφους Ἑλλήνων οἱ ἀνόητοι, οἱ ἀδιαλόγιστοι, οἱ ἐσκοτισμένοι τὰς τῆς γνώσεως ὁράσεις, καὶ παρ' αὐτῶν μαθέτωσαν ὅτι Μωυσῆς Σολομῶντος προγενέστερος καὶ οὐ μεταγενέστερος· εἰ δὲ καὶ προγενέστερος μὲν Σολομῶντος Μωυσῆς, μεταγενέστερος δὲ Σολομῶντος Χριστός, οὐκ ἄρα ὁμόχρονος Μωυσέως ὁ Χριστός· εἰ δὲ οὐχ ὁμόχρονος Μωυσέως ὁ Χριστός, οὐδὲ τῆς αὐτοῦ ἀδελφῆς αὐτοῦ Μαρίας υἱός, τίνος ἄξιος ἔσται ὁ τὸ τοσοῦτον ψεῦδος κατὰ τῆς ἀληθείας τοῦ ὄντως (cod. f. 71.) θεοῦ ἐπιφημίζων; ὄντως ἐπεὶ καὶ ἀληθῶς τυφλὸν ἡ πονηρία, καὶ ἑκοῦσα καὶ ἄκουσα.

μδ΄. Συνήθως δὲ πάλιν ὁ δόλιος ψευδόμενος, πρῶτον οἶκον ἱερὸν τεθεῖσθαι λέγει τοῖς ἀνθρώποις εἰς τὸ Μάκχ, καὶ ὅτι εἰσὶ σημεῖα ἐν αὐ- (Sur. III. 90.)

ρον ἐπιτιμῆσαι· τοὐναντίον δὲ τοῖς τὰ μάλιστα αὐτῷ διαμαχομένοις· οἵ τε γὰρ Ἰουδαῖοι οὐ γνήσιον υἱὸν Θεοῦ τὸν Ἰσραὴλ ὀνομάζουσιν, ἀλλ' ἢ ὅσον ἀποδεῖξαι τὴν περὶ αὐτῶν τοῦ Θεοῦ ὑπερκειμένην πρὸς τὰ λοιπὰ ἔθνη διὰ τοὺς πατέρας στοργήν· πῶς οὖν ὁ υἱὸς τοῦ πατρὸς τοῦ ψεύδους φάσκει αὐτοὺς κύριον ἑαυτῶν τὸν Ἰσραὴλ ἐπιλαβέσθαι πάρεξ Θεοῦ; ἐρωτάσθωσαν Ἰουδαῖοι εἴποτε τοῦτο ἐντεθύμηνται, ἢ ἐν γραφαῖς αὐτῶν εἴρηται κύριος αὐτῶν ὁ Ἰσραήλ· εἰ δέ γε Χριστιανοὶ τῷ ὄντι ἀληθῶς καθ' ὃ πρέπον Θεῷ γνήσιον υἱὸν, καὶ τῆς αὐτῆς τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς οὐσίας τὸν Χριστὸν ὁμολογοῦσιν τῇ θεϊκῇ οὐσίᾳ, κατὰ τὴν καὶ παρ' αὐτοῦ τοῦ βαρβάρου ὁμολογουμένην ἐκ Θεοῦ δεδόσθαι γραφὴν τοῦ εὐαγγελίου· εἰ γὰρ, ὡς ὁμολογεῖ, θεόθεν δέδοται τὸ εὐαγγέλιον, ἐν αὐτῷ δὲ γέγραπται, ὅτι τρίτον ἄνωθεν ὁ Θεὸς ὑπὲρ Χριστοῦ ἐπεβόησεν *· πῆ μὲν, οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός· πῆ δὲ, καὶ ἐδόξασα καὶ πάλιν δοξάσω *· τί ἄτοπον καὶ ξένον ποιοῦσιν οἱ Χριστιανοὶ, Θεὸν καὶ Θεοῦ υἱὸν τὸν Χριστὸν ὁμολογοῦντες; τοῦ Θεοῦ αὐτὸ τοῦτο μαρτυροῦντος, καὶ τοῦτο μὲν ἐκ τῆς ἐπαινουμένης παρ' αὐτῷ βίβλου τῶν εὐαγγελίων· ἀλλ' οἶμαι οὐκ ἀνέγνω πώποτε τὴν τῶν θείων εὐαγγελίων γραφὴν ὁ βάρβαρος, μόνην δὲ αὐτῶν τὴν προσηγορίαν ἀκούων ἐξεθείαζε· καὶ οὐκ ᾤετο ἐν αὐτοῖς γεγράφθαι ὅτι ἀληθῶς υἱὸς Θεοῦ ἐστιν ὁ Χριστός.

ξα'. Ἐκ δὲ τῶν ἀπείρων τῆς προγενεστέρας τῶν θεοπτικῶν καὶ προφητικῶν γραφῆς· ἀστέρων γάρ τις ἀριθμῷ σχεδὸν ἁμιλλωμένας εὑρήσει τὰς ἀποδείξεις, ἀπ' αὐτῆς τῆς πρωτογράφου βίβλου Μωϋσέως ἕως Δανιὴλ τοῦ προφήτου καὶ τῶν λοιπῶν. Ὅτι γὰρ Μωϋσῆς ᾔδει τοῦ θείου τὸ τῆς φύσεως μοναδικὸν, καὶ τῶν ἰδιοτήτων, ἤγουν τῶν ὑποστάσεων, τὸ διάφορον, φανερόν· ἡνίκα ἔγραφε *, ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ ὁμοίωσιν. Καὶ ὅτε ἔφασκεν, ἰδοὺ γέγονε Ἀδὰμ ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν. Ἀλλὰ καὶ ὅτε ἔγραφεν *, ἄκουε Ἰσραὴλ, κύριος ὁ Θεός σου, κύριος εἷς ἐστι· τῷ αἰτίῳ καὶ τῇ οὐσίᾳ καὶ συμπνοίᾳ ἑνιζομένην ἐγίνωσκε τὴν τριάδα φανερόν· ἢ γὰρ ἐναντία ἑαυτῷ ἔγραφεν, ἄνω μὲν τιθεὶς διάφορα πρόσωπα διαλεγόμενα, μετέπειτα δὲ ἓν μόνον ἐκήρυττεν εἶναι πρόσωπον τό τε λέγον καὶ ἀκοῦον καὶ ποιοῦν· ὅπερ ἀθέμιτον. Καὶ ὁ πάντων δὲ τῶν πάλαι προφητῶν ἐμφαντικώτατος Δανιὴλ, τρανῶς καὶ τὸν χρόνον ἐδήλωσεν τῆς Χριστοῦ ἐλεύσεως, καὶ τὴν αὐτοῦ ἀξίαν ἐσήμανεν, ἡνίκα λέγει *·

* Matth. III. 17 et Luc. IX. 35.
* Ioh. XII. 28
cod. f. 98.
* Gen. I. 26.
* Gen. III. 22.
* Deut. VI. 4.
cod. f. 99.
* Dan. VII. 13.

ἐθεώρουν, καὶ ἰδοὺ ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ ὡς υἱὸς ἀνθρώπου· καὶ αὐτῷ ἐδόθη ἡ τιμὴ, καὶ ἡ προσκύνησις, καὶ τὰ ἑξῆς· καὶ τοι τοῦ παλαιοῦ τῶν ἡμερῶν καθεζομένου ἐπὶ τοῦ θρόνου.

ξβ'. Ἀλλ' ἀφείσθω τὰ ἀπὸ τῶν ἀρχαίων γραφῶν· ἀπ' αὐτῶν τῶν τοῦ Χριστοῦ προῤῥήσεων, καὶ τῶν τούτου ἐκβάσεων, εἴ γε συνιέναι ὁ μάταιος ἴσχυε, τὸ τῆς θεότητος αὐτοῦ σέβας κατέλαβεν ἂν καὶ ἀπὸ τῆς τοῦ Ἰωάννου μαρτυρίας, ὃν προφήτην καὶ ἄνδρα δίκαιον αὐτὸς καταγγέλλων ἀποδέδεκται *· ἢ καὶ ἀπὸ τῶν θαυματουργιῶν τῶν αὐτοῦ συμβόλων, τοῦ τάφου φημὶ καὶ τῆς ἀναστάσεως· ἀλλ' οὐδὲν τούτων συνεώρακεν ὁ λῃσταγωγός· οὐδὲ γὰρ ἦν αὐτῷ θείας φροντὶς ἐπιγνώσεως πώποτε, πλὴν ὅσον τοῦ θηρᾶσαι διὰ τῆς προσηγορίας τῶν γραφῶν τοὺς ἀκούοντας· τί γὰρ φέρε εἰπεῖν ἀληθῶς, λέγων στοιχεῖν τὸν τοῦ φίλου αὐτοῦ λόγον ἐπὶ βεβαιώσει τινῶν πραγμάτων διηρνημένον, ἐπὶ ἔργῳ τίθεται τὴν ἐκείνου πίστιν; εἰ δὲ καί τις που εὑρεθείη τοιοῦτος, ὑπὸ κατάραν ἐστὶ κατὰ τὴν γραφήν· οὐαὶ γάρ φησιν ἁμαρτωλῷ ἐπὶ δύο τρίβους πορευομένῳ *· ὥσπερ δὲ καὶ οὗτος ὁ ἄφρων τε καὶ ἀπάνθρωπος· οἱ μὲν φασὶν εἶναι τὸν Ἰσραὴλ υἱὸν θεοῦ, οἱ δὲ τὸν Χριστόν· τί οὖν τοῦτο ἐναργὲς σημεῖον ψεύδους ἀεὶ κρίνεις, τὸ διαφόρων προσώπων ἀμφιβαλλόντων περί τινος μὴ συμφωνεῖν ἀμφοτέρους; καὶ ἀναίρεσιν οἴει τοῦ πράγματος παντελῆ γίνεσθαι ὁπηνίκα τινὲς περὶ αὐτοῦ διαφόρους ἔχωσι δόξας, καὶ τῇ τῶν ἑτέρων μερῶν ἀποφάσει; ἢ οὐδέτερον τούτων, ἢ παντάπασιν οὐκ ὂν ἀπελέγχεσθαι νομίζεις; ὑπέρευγέ σου τῆς φιλαληθοῦς γνώσεως· τί οὖν ποιήσεις ἡμῶν μὴ πιστευόντων τῷ θεῷ σου, ἀλλὰ τῷ θεῷ ἡμῶν, καὶ σοῦ τῷ νομιζομένῳ θεῷ σου πιστεύοντος, ἀλλ' οὐχὶ τῷ θεῷ ἡμῶν, εἰπέ· σοῦ γάρ ἐστι κατὰ τὸν προφήτην ἀφρόνως εἰπεῖν, οὐκ ἔστι θεός *· εἰ ἕτερος παρ' ἑκατέρων θεὸς, ἴδε ποῦ αὐτῷ ὁ κραταιὸς ἔλεγχος αὐτοῦ κατέστραπται· ὄντως ἐπιστρέψει ὁ πόνος αὐτοῦ εἰς κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ κορυφὴν αὐτοῦ ἡ βλασφημία αὐτοῦ καταβήσεται *· εὐλόγως δὲ καὶ ὁ τῆς παιδίσκης υἱὸς *, φύσει δοῦλος, ἵν' οὕτως εἴπω, τυγχάνων, τὴν τοῦ υἱοῦ προσηγορίαν, οὐδὲ κατὰ χάριν κατὰ τὸν Ἰσραὴλ φαντασθῆναι ἰσχύει· δουλοπρεπῶς ἀνηνεγμένος, καὶ δουλοπρεπῶς μεμυημένος, καὶ τούτου πλέον οὐδέν.

ξγ'. Ἐφεξῆς δὲ τὸ περὶ τὸν Ἀντίχριστον εἰρημένον σημεῖον τῷ ἀποστόλῳ, ἐναργῶς ἐν τούτῳ

Sur. III. 39.
cod. f. 100.
* Eccli II. 14.
* Ps. XIII. 1.
* Ps. VII. 17.
* nempe Agaris filius.
cod. f. 101.

adventùs, eiusdemque dignitatem significavit, dicens: aspiciebam, et ecce in nubibus caeli, tamquam filius hominis; eique datus est honor, et veneratio, et reliqua. Et quidem etiam antiquum dierum in throno sedentem.

62. Sed veteres omittamus scripturas. Ex ipsis Christi praedictionibus, harumque exitu, si certe stultus Mohamedes sapere aliquid poterat, divinam illius dignitatem intellexisset, nec nec non abs Iohannis testimonio, quem ipse et prophetam et iustum hominem dicens, admittit. Item a Christi miraculis per eiusdem symbola patratis, a sepultura et resurrectione. Sed nihil horum mente sua comprehendit hic latronum dux: neque ei cordi umquam fuit Dei notitiam adsequi, sed decipiendis tantum auditoribus commemoratione scripturarum studebat. Nam quomodo, oro, veri aliquid diceret, qui se sponderet amici sententiam sequi ob rei alicuius confirmationem, et tamen negatam circa id negotium illius fidem recitaret? Quod si quis huiusmodi reperiretur, in maledictionem a scriptura edictam incideret: vae enim, inquit, peccatori qui duplici via graditur: veluti reapse facit hic etiam vesanus et inhumanus. Iudaei quidem filium Dei Israhelem dicunt; Christiani autem, Christum. Cur tu porro hoc evidens semper iudicas mendacii indicium, quia diversae personae de re aliqua aliter sentientes, sententiis non conspirant? existimasque perimi omnino rem aliquam, si forte nonnulli diversam de illa sententiam gerant? Et ob alterutrius partis negationem, vel nihil huiusmodi stare, vel omnino umquam extitisse iudicas? Macte ista veritatis amica mente tua! Quid ergo facies, nobis non credentibus Deo tuo, sed nostro? te autem putato tuo Deo credenti, non autem nostro? Dic sodes. Superest tibi, ut prophetae verbis dicas, non est Deus; quoniam diversus est apud ambos Deus. Vides quò validum eius argumentum tamquam fulmen deciderit. Vere convertetur labor eius in caput eiusdem, et in verticem ipsius blasphemia propria descendet. Praeclare famulae filius, naturaliter ut ita dicam servus, filii appellationem ne secundum gratiam quidem imaginari valet, cum ipse serviliter sit natus, serviliter sacris initiatus, et nihil amplius.

63. Deinde dictum ab apostolo de Antichristo signum, perspicue in Mohamede conspicere

licet. Ait enim: « etiamsi moleste ferant negantes, Deus est qui misit legatum suum, ob directionem veramque fidem, atque ut dominetur cuilibet fidei. » Hoc perinde est atque illud: « qui adversatur et extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur » id est quod prorsus cuilibet fidei dominatur. Ergo apud hunc despicatui est etiam fides Abrahami, ad cuius normam se quoque credere existimabat: atque exsufflat non legem tantummodo et evangelium; se enim cuilibet fidei superiorem dicit; suamque veram adfirmat reliquis comparatam. Iamque ego non ambigo, hunc deinceps Antichristum indicare, cuiusmodi reapse est. Paulo autem post apparet quo totus eius adversandi Deo scopus tendat: nam qui hactenus Deo non esse filium contenderat, haud sibi confidens talia verbis vindicare, reputans tamen fortasse iam habere, hanc sibi personam non induit, quamquam oblique id agit: simulat itaque et confingit turpem admodum stoliditatem, aitque: « nonnulli laedunt prophetam, dicuntque ipsum esse filium Dei. » Et non dixit exclusivo sensu et unicum filium Dei, de illo cogitans quem contendit destruere; ne omni suo dolo nudatus, una cum illo corrueret. Sed dicunt, ait, ipsum esse filium Dei: quasi dicat: si me vultis filium confiteri, ego praedicto proximior sum. Postea nonnulla indecore blaterans, nugarumque suarum nugacibus demonstrationibus firmare iactitans, nominat quosdam Thamut et Madian et Mateuchamat, ad quos inquit legati revelationem suam deferebant. Prorsus autem hi sunt incogniti, et sine ulla probatione, prout et ipse est. Ilico autem barbaros contra nos in proelium mittit, et quae ad id concitare valeat allatrans, vanam fabulam concludit.

ἔστιν εὑρεῖν· « Κἂν ἀηδῶς ἔχωσιν οἱ ἀρνησάμε- » νοι, θεός ἐστιν ὁ πέμψας τὸν ἀπόστολον αὐ- » τοῦ, εἰς ὁδήγησιν καὶ εἰς πίστιν ἀληθινὴν, » τοῦ δεσπόζειν αὐτὸν ἐπάνω πάσης πίστεως. » Τοῦτο ταυτόν ἐστι τῷ, ἀντικείμενος καὶ ὑπεραιρόμενος ἐπὶ πάντα λεγόμενον θεὸν ἢ σέβασμα*· ἁπλῶς τοῦ δεσπόζειν αὐτὸν ἐπάνω πάσης πίστεως· ἐφαυλίσθη ἄρα παρ' αὐτῷ καὶ ἡ τοῦ Ἀβραὰμ πίστις, καθ' ἣν αὐτὸς πιστεύειν ἐνόμιζε· καὶ οὐχ ὁ νόμος μόνον οὐδὲ τὸ εὐαγγέλιον· ἐπάνω γὰρ πάσης πίστεως φησίν· τὸ δὲ ἀληθινὴν εἴρηται, ὡς πρὸς τὰς λοιπάς· οὐκ ὀκνῶ τοῦ λοιποῦ περὶ αὐτοῦ ἐντεθυμῆσθαι, ὅτι καὶ οὗτος Ἀντίχριστός ἐστιν ἀληθῶς· μετ' ὀλίγον δ' ὅποι φέρεται ὁ σύμπας τῆς θεομαχίας σκοπὸς, ἔκδηλος γίνεται· ὁ γάρ τοι ἕως τοῦ νῦν διισχυριζόμενος ὅτι θεὸς υἱὸν οὐκ ἔχει, οὐ θαῤῥῶν ἑαυτῷ ταῦτα φιλονεικοῦντι, ἀλλὰ διαλογισάμενος ὅτι τυχὸν καὶ ἔχει, οὐκ ἀναδύεται ἑαυτῷ τοῦτο προσάψαι τὸ πρόσωπον· εἰ καὶ ἐκ πλαγίου τοῦτο ἐπήγαγεν, καὶ προσποιεῖται οἱονεὶ σχηματίζεσθαι βλακείαν πάνυ αἰσχρὰν, καὶ φησίν· « τινὲς συν- » νοῦσι* τὸν προφήτην, καὶ λέγουσιν ὅτι αὐτὸς » υἱὸς 1) θεοῦ ἐστι· » Καὶ οὐκ εἶπεν ὅτι ὁ υἱός ἐστιν, λογιζόμενος ὃν ἀνελεῖν ἀγωνίζεται, ἵνα μὴ γυμνὸς παντελῶς τοῦ δόλου καταληφθεὶς συσκελισθῇ, ἀλλ' ὅτι αὐτὸς υἱός ἐστιν· ὡς ἂν εἰ ἔλεγεν, ὅτι εἰ θέλετε υἱὸν θεοῦ ὁμολογεῖν, ἐγὼ τοῦ λαλουμένου ἐγγύτερον· εἶτα βαττολογήσας τινὰ ἀσέμνως, καὶ τῶν αὐτοῦ φλυαριῶν διὰ φλυαρίας τὰς ἀποδείξεις πιστοῦσθαι ἀβρυνόμενος, μέμνηται τινῶν Θαμοὺτ, καὶ Μαδιὰμ, καὶ Ματευχαμὰτ 2), πρὸς οὓς ἔφερον φησὶν οἱ ἀπόστολοι αὐτῶν τὴν φανέρωσιν, ἀδήλων ὄντων τούτων καὶ ἀναποδείκτων, ὥσπερ δὴ καὶ αὐτός· καὶ εὐθέως ἐκστρατεύει καθ' ἡμῶν τοὺς βαρβάρους, καὶ τὰ εἰς τοῦτο αὐτοὺς ἐρεθίζοντα καθυλακτήσας, ἀποκόπτει τὸν φλήναφον.

Sur. IX. 33. — * II. Thess. II. 4. — Sur. IX. 63. — cod. f. 102. — * cod. σιαίνουσι. — v. 72.

CONFUTATIO IX.

64. Nona a Mohamede fabula inscribitur IONAS, nihil tamen de Iona in ea occurrit. Sed statim ab exordio tamquam pugnans et reprehendens et ironia quadam utens « an, inquit, novum est hominibus, quod Deus alicui homini ex illorum numero revelaverit

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

ξδ. Ὁ ἔνατος τῷ Μωάμετ μῦθος ἐπιγέγραπται μὲν εἰς τὸν Ἰωνᾶν, οὐδὲν δὲ τοῦ Ἰωνᾶ ἐν αὐτῷ φέρεται· ἀλλ' εὐθέως ἐκ προοιμίων ὥσπερ μαχόμενος καὶ ἐγκαλῶν ἢ εἰρωνευόμενος ἐπεισέρχεται λέγων· « ἆρα ἦν τοῖς ἀνθρώποις ξένον ὅτι » ἀπεκάλυψεν ὁ θεὸς πρὸς ἄνθρωπον ἐξ αὐτῶν τοῦ

Sur. X. 2. — cod. f. 103.

1) Ita in codice graeco est υἱός, *filius*. At arab. *auris*. Dicerem scripturae graecae mendum υἱός pro οὖς *auris*; nisi mox Nicetas de filio reapse loqueretur.

2) Aliter heic vides apud Maraccium.

» διαμαρτύρασθαι τοῖς ἀνθρώποις καὶ εὐαγγελίσασθαι τοῖς πιστεύσασιν ὅτι ἔστιν αὐτοῖς προκοπὴ » ἀληθινὴ παρὰ τοῦ κυρίου αὐτῶν;» ταῦτα δὲ ὡς ἐκ προσώπου δῆθεν Θεοῦ λέγει περὶ αὐτοῦ· εἶτα εἰσάγει τοὺς καὶ κατὰ τὸ εἰκὸς διαπιστοῦντας καὶ λέγοντας, ὅτι οὗτος φάρμακος ἐστίν· τοῦτο αὐτὸς ὑπὲρ ἑαυτοῦ. Ἡμεῖς δὲ πρὸς τὸν πρῶτον λόγον οὐ πάνυ φαμὲν ξένον τὸ παρὰ Θεοῦ ἀποκαλυφθῆναι καὶ εὐαγγελισθῆναι τοῖς πιστεύουσιν, ὅτι ἔστιν αὐτοῖς προκοπὴ ἀληθινὴ παρ' αὐτοῦ· ἕως δ' ἂν ἀληθεύῃ τὸ προκοπὴ ἀληθινὴ περὶ αὐτοῦ· τούτου δὲ ψεύδους πεφηνότος, τὸν λέγοντα ἀποκεκαλύφθαι τι τοιοῦτον, ὡς ἄνομον ἀληθῶς, καὶ ὡς αὐτὸς φησὶ φάρμακον ἀποστρεφόμεθα· τόν τε γὰρ Ἀβραὰμ τοιοῦτον ἔγνωμεν, καὶ οὐ ξενιζόμεθα· θέλει γὰρ ὁ Θεὸς πάντας ἀνθρώπους σῶσαι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν *· ἐκ γὰρ τῆς εἰδώλων ἀγνωσίας προέβη ὁ Ἀβραὰμ εἰς προκοπὴν ἀληθινὴν θεογνωσίας, διὰ τὸ ἀποκαλυφθῆναι αὐτῷ τοῦτο παρὰ Θεοῦ· καὶ τὰ ἔργα αὐτῷ τῆς θεοσεβείας ἐκδηλότερα γέγονε βεβαιοῦντα τὴν τῆς ἀληθείας ἐπίγνωσιν. Μετ' ἐκεῖνον πάλιν ἔγνωμεν Μωϋσέα ἀποκαλυφθέντα παρὰ Θεοῦ διαμαρτύρασθαι τοῖς ἀνθρώποις, ὅτι ἔστιν αὐτοῖς προκοπὴ ἀληθινὴ πιστεύουσι παρὰ τοῦ κυρίου αὐτῶν· καὶ ἐγένετο τοῦτο· ἀπὸ γὰρ τῆς περὶ τὸν Ἀβραὰμ ἔτι ἀτελοῦς οὔσης θεογνωσίας καὶ πολιτείας, ἐπὶ τὴν μᾶλλον τελείαν θεογνωσίαν καὶ πολιτείαν ἀνῆγεν τοὺς αὐτοῦ ἐκγόνους ὁ τοῦ Θεοῦ νόμος· εἰ γὰρ μὴ τοῦτο δοθῇ, περιττὰ καὶ ἄκαιρα πάντα τὰ τοῦ νόμου, τό τε σάββατον καὶ αἱ θεόδεκτοι θυσίαι, ἅτινα Ἀβραὰμ οὐκ ᾔδει, ὅπερ ἀδύνατον. Μετὰ Μωϋσέα, ἵνα καταχρήσωμαι τῷ τῆς ἀποκαλύψεως ὀνόματι, ἕως ἂν ἡ ἔκβασις τὸ πᾶν δηλώσῃ, ἀπεκάλυψεν ὁ Θεὸς διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῖς ἀνθρώποις, ὅτι ἔστιν αὐτοῖς προκοπὴ ἀληθινὴ τοῖς πιστεύουσι παρὰ κυρίου· καὶ ἔσχεν ὁ λόγος τὸ ἔργον πέρας· ἥ τε γὰρ θεογνωσία τρανοτέρα, καὶ ἡ πολιτεία ἀκριβεστέρα καθέστηκε· καὶ δῆλον ἐν τῷ ἐκείνοις μὲν λέγεσθαι, μὴ φονεῦσαι *· ἡμῖν δὲ, μὴ ὀργισθῆναι *.

* 1. Tim. II. 4 — cod. f. 104. — * Exod. XX. 13. — * Matth. V. 22.

ξε'. Ἐπεὶ οὖν προκοπὴ ἀληθινὴ καθορᾶται, ἐπὶ μὲν Ἀβραὰμ ἀπὸ τῶν εἰδώλων ἀγνωσίας Θεοῦ ἐπὶ Θεῷ· καὶ μάρτυς ὁ βίος αὐτοῦ· ἀπὸ Ἀβραὰμ ἐπὶ τὸν νόμον προκοπὴ ἀληθινή· καὶ μαρτυρεῖ ἡ εὐταξία τῆς νομοθεσίας· ἀπὸ δὲ τοῦ νόμου ἐπὶ τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν προκοπὴ ἀληθινή· καὶ μαρτυρεῖ τὸ ἀκριβὲς τῆς εὐαγγελικῆς πολιτείας· οὐκ ἔστι ξένον τοῖς ἀνθρώποις,

cod. f. 105.

» testari hominibus et evangelizare credentibus, quod ipsis est incrementum verum a » Domino ipsorum? » Haec scilicet tamquam ex Dei persona de se ipso ait. Deinde inducit homines merito non credentes, dicentesque: magus hic est. Hoc ipse de se. Nos vero ad priorem sermonis partem dicimus, haud sane novum esse, quod ex Deo reveletur aliquid et evangelizetur credentibus, quia sine dubio incrementum illis fit a Deo. Quod tamen verum incrementum circa Mohamedem factum sit, id cum putum mendacium appareat; hominem qui hoc sibi revelatum dicit, ceu vere scelestum, atque ut ipse ait magum, abominamur. Abrahamo ita factum scimus, neque miramur; vult enim Deus omnes homines salvare, et ad agnitionem veritatis venire. Etenim ex idololatrica inscitia processit Abrahamus in incrementum verum divinae notitiae, quia haec ei revelata a Deo fuit; et mox opera eius religiosa manifestiora evaserunt, veritatis cognitionem firmantia. Post illum denuo novimus Moysem illuminatum a Deo, ob testandum hominibus, quod ipsis credentibus fiat incrementum verum a Domino ipsorum. Atque ita reapse evenit. Namque ab Abrahami adhuc imperfecta Dei notitia et vitae instituto, ad perfectiorem divinam scientiam moresque deduxit illius posteros lex. Nisi enim hoc concedatur, supervacanea fuerunt et importuna omnia legis instituta, et sabbatum, et Deo acceptabiles hostiae, quae omnia Abrahamo fuere incognita; quod impossibile est. Post Moysem, ut pergam uti revelationis nomine, donec exitus omnia manifestet, revelavit Deus per Iesum Christum hominibus, quod fit ipsis incrementum verum, credentibus scilicet, a Domino; verbaque in rem collata fuere: nam et Dei cognitio clarior, et vitae mos accuratior extitit. Idque vel inde constat, quod antiquis dictum fuit, ne occidatis; nobis autem, ne irascamini.

65. Verum ergo incrementum conspicitur; sub Abrahamo quidem ab idololatrica inscitia Dei, ad Deum ipsum; cuius rei testis vita ipsius. Ab Abrahamo ad legem incrementum verum, quam rem testatur legislationis recta ordinatio. A lege denique ad dominum nostrum Iesum Christum incrementum verum, prout demonstratur a perfecto evangelicae vitae genere. Non

est ergo novum inter homines, quod Deus revelet alicui ex eorum numero, ut testetur atque evangelizet credentibus verum fieri incrementum. Superest ut videamus utrum sub Mohamede id contigisse comperiatur. Etenim is venerari videtur Abrahami fidem, et legem, et evangelium. Et Abrahamum quidem atque legem is non debet augere; necessarie vero evangelium. Spectemus itaque, quodnam de Christi mandatis auxerit; num illud de non possidendo? num de pudicitia? num de mansuetudine? Atqui nihil horum apud Mohamedem conspicitur; immo omnia his contraria scripsit egitque. Reliquum ergo est, ut necessario putemus nihil a Deo ipsi revelatum; sed neque hominibus quicquam testatum, neque verum incrementum credentibus evangelizasse, sed decrementum potius et subversionem atque exitium. Ecce enim propria illius verba ceu gnomonem regulamque secuti, ipsum per semet ipsum convicimus, nullam a Deo revelationem accepisse. Sed ut ipsemet dixit, esto utique, si vult, magus, sed certe divinum nihil accepit. Ab hoc gradu deiectus, ubinam sit reponendus, patet: veraxque erit ille qui dixit: incident in retiaculum suum peccatores. His infirmissimis eius sermonibus marcidiores adhuc dictiunculas ab eo subiunctas, propter futilitatem ipsarum et inutilitatem, merito a me omittendas iudicavi. Fuit enim Mohamedes indole prava, loquace, vel potius vetularum more nugace; formidolosa insuper, iracunda, suspicace, et arrogante: atque haud scio an quid pravi diabolo resit, quo Mohamedes caruerit. Recto autem iudicio, ac sollerti mente omnis eius sermo prorsus est expers. Quamobrem ipsum sinemus cum his iocularibus fabulae suae coronidem imponere.

CONFUTATIO X.

66. Decima a Mohamede fabula inscribitur SERMO CHUDI. Prooemium egregia gloriatione abundat, quia dicit hunc sermonem a sapiente viro sapienter elaboratum, dispositumque periodis et distinctum. Interim sane humana peritia egentem confitetur Dei ipsius scripturam. Rursus autem incipit timorem barbaris incutere, quod Dei leges sint, haec sua ludicra: territatque illos, nisi crediderint,

ὅτι ἀπεκάλυψεν ὁ Θεὸς πρὸς ἄνθρωπον ἐξ αὐτῶν τοῦ διαμαρτύρασθαι καὶ εὐαγγελίσασθαι τοῖς πιστεύουσιν ὅτι ἔστι προκοπὴ ἀληθινή. Εἴδωμεν λοιπὸν εἰ καὶ ἐπὶ τοῦ Μωάμετ τοῦτο γεγονὸς εὕρηται· δοκεῖ γὰρ σεμνύνειν καὶ τὴν Ἀβραὰμ πίστιν, καὶ τὸν νόμον, καὶ τὸ εὐαγγέλιον· καὶ τὸν μὲν Ἀβραὰμ καὶ τὸν νόμον, αὐτὸς οὐκ ὀφείλει παραυξῆσαι, τὸ μέν τοι εὐαγγέλιον ἐξ ἀνάγκης. Ἐπισκεψώμεθα οὖν τίνα τῶν ἐντολῶν τοῦ Χριστοῦ ἐπηύξησεν· ἆρά γε τὰ περὶ τῆς ἀκτημοσύνης; ἆρά γε τὰ περὶ σωφροσύνης; ἆρά γε τὰ περὶ ἀοργησίας; ἀλλ' οὐδὲν τούτων παρ' αὐτοῦ καθορᾶται· μᾶλλον μὲν οὖν καὶ ἀπεναντία τούτοις πᾶσιν ἔγραψέ τε καὶ ἔδρασε· λείπεται ἄρα ἐννοεῖν ἐξ ἀνάγκης μὴ ἐκ Θεοῦ αὐτὸν ἀποκαλυφθῆναι· ἢ ὡς μὴ διαμαρτυράμενον τοῖς ἀνθρώποις, μηδὲ εὐαγγελισάμενον τοῖς πιστεύουσι προκοπὴν ἀληθινὴν, ἀλλ' ἀναστροφὴν, μᾶλλον δὲ καταστροφὴν καὶ ἀπώλειαν· ἰδοὺ δὴ τὸν οἰκεῖον αὐτοῦ λόγον, γνώμονα καὶ κανόνα λαβόντες, δι' αὐτοῦ αὐτὸν ἀπηλέγξαμεν μὴ ἀποκαλυφθέντα παρὰ Θεοῦ· ἀλλ' ὡς αὐτὸς μὲν ἔφη, φαρμάκος ἔστω εἰ βούλοιτο· πλήν γε θεόθεν οὐδὲν ἔλαβε· τούτου δὲ ἐκπεσὼν, ὅποι δὴ καὶ τετάξεται, οὐκ ἄδηλον· καὶ ἀληθεύσει ὁ εἰρηκώς*, πεσοῦνται ἐν ἀμφιβλήστρῳ αὐτῶν οἱ ἁμαρτωλοί· τούτων αὐτοῦ τῶν ἀφαυροτάτων λογίων, ἔτι σαθρότερα ῥησείδια ὑποτιθέμενα, διὰ τὴν παντελῆ χαύνωσιν καὶ ἀδράνειαν, εὔλογον παριδεῖν ἐκρίναμεν· φύσεως μὲν γὰρ τῷ ὄντι πονηρᾶς καὶ πολυλάλου, μᾶλλον δὲ φλυάρου καὶ γραοπρεποῦς ἐτύγχανεν· ἔτι δὲ καὶ δειλῆς καὶ ὀργίλου καὶ ὑπούλου καὶ μεγαλοφρήμονος· καὶ οὐκ οἶδ' ὅ τι κακὸν ἐνέλιπε τῷ διαβόλῳ ὅπερ αὐτῷ οὐ προσῆν· ὀρθῆς δὲ κρίσεως καὶ διανοίας εὐστόχου παντάπασιν ἄμοιρος αὐτοῦ ὁ πᾶν λόγος τυγχάνει· διὸ αὐτὸν παρήσομεν ἐν τούτοις ἀδολεσχοῦντα καταλῦσαι τὸν φλήναφον.

cod. f. 106

* Ps. CXL. 10.

ΕΛΕΓΚΤΙΚΟΣ Ι'.

ξς'. Ὁ δέκατος μῦθος τῷ Μωάμετ, λόγος Χοὺδ ἐπιγέγραπται, καὶ τὸ προοίμιον καυχήσεως πεπλήρωται κομψῆς, ὅτι φησὶν ὑπὸ σοφοῦ ἀνδρὸς ἐσοφίσθη καὶ ἐστίχθη καὶ διεκρίθη· τέως μέν τοι τῆς παρὰ ἀνθρώπων γνώσεως ἐπιδεῆ ὁμολογεῖ τὴν τοῦ Θεοῦ αὐτοῦ γραφήν· ἄρχεται δὲ πάλιν καταπλήττειν τοὺς βαρβάρους, ὅτι δὴ Θεοῦ εἰσιν νομοθεσίαι τὰ τοιαῦτα παίγνια· καὶ καταφοβεῖ αὐτοὺς, εἰ μὴ πείθοιντο, ἀπό τε τῆς

Sur. XI. 2.

cod. f. 107.

v. 4.

μελλούσης κολάσεως, ἀπό τε τῶν συμβαινόντων παρὰ προσδοκίαν ἀνιαρῶν τοῖς ἀνθρώποις· εἴ τι δ' ἂν γάρ φησι συμβαίνῃ ὑμῖν, εἴ τε ἐν γῇ εἴτε ἐν θαλάσσῃ, διὰ τὴν περὶ ταῦτα ἀπιστίαν πείσεσθε· καὶ παράγει εἰς μαρτυρίαν προφήτην (v. 26.) καὶ ἀπόστολον γεγονότα τὸν Νῶε· καὶ ὅτι πάν- (v. 42.) των ἀρνησαμένων, οἱ πάντες ἀπώλοντο· καὶ ὅτι εἷς τῶν αὐτοῦ υἱῶν μὴ πιστεύσας ἀπεπνίγη ὁρῶντος τοῦ γέροντος· καὶ ὅτι ἐξ ἑκάστου εἴδους (v. 40.) ζώων, οὐχ ἑπτὰ καὶ δύο ζυγὰς, ἀλλ' ἀνὰ μίαν μόνην ζυγὴν μετ' αὐτοῦ ἔλαβε· καὶ προστίθησιν (v. 49.) ὡς ἐκ τοῦ πρὸς αὐτὸν δῆθεν ἐμπνέοντος, ὅτι ἐκ τῶν ἐξηγήσεων τῶν ἀπόντων δηλοποιοῦμεν ταῦτα πρὸς σέ· οὐκ ἧς γινώσκων αὐτὰ σύ· οὔτε ὁ λαός σου πρὸ τούτου· ἰδοὺ δὲ αὐτὸς περὶ αὐτοῦ ὁμολογεῖ ὅτι τὴν μωσαϊκὴν γραφὴν οὐκ ἀνέγνω, ἐπειδὴ αὐτὴν οὐ προφέρει ὀρθῶς, ἀλλὰ πάνυ ἐνδιαστρόφως καὶ ἀκαταλλήλως πρὸς ἑαυτήν· πρόδηλον ὅτι οὐ τοῦ ὑπαγορεύσαντος αὐτὴν (cod. f. 99.) ἐστιν ἡ πρὸς αὐτὸν ὁμιλία, καὶ ἡ τῆς γραφῆς νόθευσις, ἀλλ' ἡ παρὰ ἀνδρὸς μανιχαίου, ἢ παρὰ δαίμονος, ἢ τάχα καὶ ἐθελοντὴς κακουργεῖ, ὑπὲρ Μωυσέα ἑαυτὸν ἐπᾶραι θέλων. Καὶ πρὸς τούτοις τὸν Ζάλεθ εἰσηγεῖται προφήτην καὶ διδάσκαλον λαοῦ ἀγνώστου· καὶ ὅτι διεστείλατο (Sur. XI. 64.) αὐτοῖς τοῦ μὴ βλάψαι κάμηλόν τινα νεμομένην ἐν ἀγροῖς· καὶ ὅτι ἐκεῖνοι παραβάντες, ἐφόνευσαν αὐτὴν, καὶ κατελείφθησαν διὰ τὴν κάμηλον ἐν ὀργῇ θεοῦ εἰς τὰς αὐλὰς αὐτῶν ἐξαρώμενοι ὡς μὴ φανέντες· φοβερὸν τὸ τοῦ βαρβάρου ὑπόδειγμα ἐν πᾶσι, πλὴν τὸ ἀληθὲς πεφηνέναι· (v. 69.) μέμνηται δὲ καὶ τῆς περὶ τὸν Ἀβραὰμ κατὰ (v. 70.) τὴν τῆς μεσημβρίας ὀπτασίαν, καὶ τοῦ Λώτ· καὶ παρασολοικίζει πάντα καὶ συγχεῖ· ὅμως τὴν (v. 76. seq.) ἐπὶ Σόδομα κατενεχθεῖσαν ὀργὴν ἐξέθετο· πά- (v. 83.) λιν δὲ τοῦ ἀδήλου Σωαὴπ μέμνηται τοῦ μαδια- (v. 98.) νίτου, εἴ τις ἄρα καὶ ἐγεγόνει, καὶ τῶν ἐπὶ Φαραώ· καὶ ἐπισυνάπτει, καὶ τὴν αὐτοῦ ματαιοκηρυξίαν, ὅτι ἑνός τινος τούτων ἴσον, καὶ τοὺς ἐμοὺς παραδέξασθε λόγους· καὶ ἐν τούτοις τὸν φλήναφον ἐπετέμετο· σκοπεῖν δὲ δεῖ τὸ τοῦ βαρβάρου ἀλόγιστον ἐν τοῖς τοιούτοις αὐτοῦ ὑποδείγ- (cod. f. 100.) μασιν, ὅτι τῶν μὲν ἐνδόξων προσώπων ἀδεῶς ἐμνημόνευσεν, τὴν ἐναντίαν δὲ αὐτοῖς πορευόμενος, δυοῖν θάτερον ἔπασχεν· ἢ γὰρ οὐ συνίει τοῦτο πεπονθὼς, ἢ λαθεῖν πάντως ἐνόμισεν· ἔστι δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἀνοίας ἁπλῶς, τὸ δὲ δεύτερον παρανοίας καὶ ἀναισχυντίας.

futura punitione, et iis quae praeter expectationem accidunt humanae vitae molestiis. Nam si quid, inquit, vobis eveniet terra marive, id utique propter vestram in his incredulitatem patiemini. Adducitque testem prophetam legatumque Noë, cui cum omnes fidem denegarent, omnes perierunt: et quod unus filiorum eius incredulus, aquis suffocatus fuerit, sene spectante: et quod ex unaquaque animalium specie, haud septem ac duo paria, sed unum tantummodo par secum detulerit. Additque tamquam aliquo ei adspirante: haec ex historiis remotorum tibi nota facimus, quae tu ignorabas, populusque tuus ante hoc tempus. Ecce autem ipse mosaicam scripturam se non legisse confitetur; quandoquidem illam haud recte recitat, sed perverse omnino, et sibi contradicentem. Hinc constat, eum qui illam historiam dictavit, haud nunc cum Mohamede loqui. Sed eius potius scripturae falsatio vel ab homine manichaeo erat, vel a daemone; vel ipse Mohamedes Moysem dedita opera malitiosus est, volens se supra evehere. Praeterea Zalethum inducit prophetam, ignoti populi magistrum; et quod is illis feminae mandaverit, quominus camelo cuidam nocerent in agris pascenti: et quod illi immorigeri illam occiderint, ideoque traditi sint propter camelum irae Dei in habitationibus suis maledicti, qui et nusquam apparuerint. Terribile a barbaro exemplum ubique proponitur; sed tamen rei veritas nulla apparet. Memorat etiam Abrahami in meridie visionem, itemque Lotum; verumtamen omnia corrumpit atque confundit. Simul et immissam Sodomis iram ponit, et incogniti cuiusdam Soaipi madianitae mentionem facit, si hic umquam inter homines fuit. Res quoque Pharaonis attingit, nectitque iis stultam suam praedicationem; seque illis aequalem facit; et meos, inquit, sermones admittite. Atque ita nugatorium hoc capitulum claudit. Oportet vero summam barbari animadvertere inconsiderantiam, qui tam libere personas illustres memorat, contrarium tamen illis vitae institutum sectatur. Ergo alterutrum peccat: vel enim se praevaricatorem esse non intelligit, vel id omnes latere existimat: quorum alterum summae dementiae est, alterum vesaniae et impudentiae.

CONFUTATIO XI.

67. Undecima a Mohamede fabula inscribitur IOSEPH; narrat autem res pudici Iosephi modo imperfecte, modo interpolatas et extensas, quaedam etiam ridicula et turpia « et » quod Rachel ad pedes eius procubuerit cum » Israhele patre illius in Aegypto. » Atqui Moyses dicit ipsam praemortuam in partu Beniamini. Adeo semper studet fallacem demonstrare virum visione Dei donatum! Additque: « atque haec ex historiis antiquo» rum tibi revelamus arabicis litteris. » Atqui alibi dicit, se sine scripto has ineptias suas recepisse. Est autem verborum eius scopus hic, quod si Iosephum Aegyptus admisit, multo me magis debetis vos recipere. Tanta est insania eius! Atque ita stultam fabulam suam concludit.

ΕΛΕΓΚΤΙΚΟΣ ΙΑ'.

ξζ'. Ὁ ἑνδέκατος μῦθος τῷ Μωάμετ ἐπιγέγραπται μὲν εἰς τὸν Ἰωσὴφ, διηγεῖται δὲ τὰ περὶ τοῦ σώφρονος Ἰωσὴφ, πῆ μὲν ἐλλειπῆ, πῆ δὲ παρεμβεβλημένα καὶ ἐκτεταμένα καὶ γελοιώδη καὶ αἰσχρά· « καὶ ὅτι, φησὶν, ἡ Ῥαχὴλ ἔπε» σεν εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ σὺν Ἰσραὴλ τῷ » πατρὶ αὐτοῦ ἐν Αἰγύπτῳ. » Καί τοι γε ὁ Μωϋσῆς προτελευτῆσαι αὐτὴν λέγει ἐν τῷ τόκῳ Βενιαμίν· οὕτως ἀεὶ ψευδόμενον φιλονεικεῖ δεικνῦναι τὸν θεόπτην· καὶ προστίθησιν « ὅτι τοῦτο » ἐκ τῶν διηγήσεων τῶν ἀπόντων ἀποκαλύπτομεν » ταῦτα πρός σε διὰ ἀραβικῶν γραμμάτων· » καί τοι γε ἀλλαχοῦ φησὶν ὅτι ἀγράφως τὰς τερθρείας ταύτας δέδεκται· ὁ δὲ σκοπὸς αὐτῷ τοῦ λόγου τοιοῦτος· ὅτι εἰ τὸν Ἰωσὴφ ἡ Αἴγυπτος παρεδέξατο, πολλῷ μᾶλλον ἐμὲ δέξασθαι ὑμεῖς ὀφείλετε· τοσοῦτον αὐτῷ τὸ περιὸν τῆς ἀπονοίας· καὶ ἐν τούτοις τὸν φλήναφον ἀπεσόμισεν.

Sur. XII. 100.

CONFUTATIO XII.

68. Duodecima a Mohamede fabula inscribitur TONITRU. Monet autem auditores, Deum caelum terramque fecisse; et ab eodem imbrem grandinemque demitti: quasi nusquam id esset famigeratum, haec videlicet Deum fecisse, vicissimque operari iussisse. Et mox ceu confessa quaedam principia haec proponens, tamquam necessario consecuturam necyomantiam suam adnectit, et huiuscemodi quaedam nugatur. Deus tonat; hinc me esse prophetam illius cognoscite. Deus fulgurat; me prophetam eius esse cognoscite. Deus in terra collocavit omne genus animalium atque plantarum; me prophetam illius esse cognoscite. Viden, quomodo infelices barbaros decipiat? Superest ut nos quodammodo ab eo discentes, et singula considerantes, prout ipse nos egregie docet, dicere valeamus: asinus rudit; cognoscite o barbari, Mohamedem esse Dei ipsius prophetam. Vaccae mugiunt; cognoscite, o barbari, Mohamedem esse Dei ipsius legatum. Similiter de canum latratu, de vesparum strepitu, et aliis huiusmodi. Cuinam impio hunc ob irreligionis excessum comparem, non comperio. Neque tamen delirus hic sentiens impiam suam nugacitatem, immo magnopere in ea se iactans, quod Deum tonantem audit,

ΕΛΕΓΚΤΙΚΟΣ ΙΒ'.

ξη'. Τὸ δωδέκατον μυθάριον τῷ Μωάμετ ἐπιγέγραπται μὲν εἰς τὴν βροντήν· ὑπομιμνήσκει δὲ τοὺς ἀκούοντας ὅτι τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ὁ Θεὸς ἐποίησεν, καὶ αὐτὸς βρέχει, καὶ χάλαζαν καταφέρει· ὡσανεὶ οὐδέπω ἄλλοτε τούτου φημισθέντος, ὅτι τε ὁ Θεὸς ταῦτα ἐποίησεν, καὶ ἐνεργεῖν ἐκέλευσεν· καὶ λοιπὸν ὥσπερ ἀρχάς τινας ὁμολογουμένας ταύτας προσθεὶς, ὡς ἀναγκαίως ἕπεσθαι ὀφειλομένην τὴν ἑαυτοῦ νεκυομαντείαν ἐπισυνάγει· καὶ τοιαῦτα τινὰ παραληρεῖ· ὁ Θεὸς βροντᾷ· ἐκ τούτου γνῶτε ὅτι προφήτης αὐτοῦ εἰμι ἐγώ· ὁ Θεὸς ἀστράπτει, γνῶτε ὅτι προφήτης αὐτοῦ εἰμι ἐγώ· ὁ Θεὸς ἔθηκεν ἐν τῇ γῇ πᾶν ζῶον καὶ φυτόν· γνῶτε ὅτι προφήτης αὐτοῦ εἰμι ἐγώ· ἴδε πόθεν εἷλε τοὺς ἀθλίους βαρβάρους. Λοιπὸν δὲ καὶ ἡμεῖς ὡς ἐκ τούτου μαθόντες, καὶ τὰ κατὰ μέρος κατανοοῦντες, καθ' ὃ αὐτὸς διδάσκει εὐφυῶς περὶ αὐτοῦ λέγειν δυνάμεθα· ὄνος ὀγκᾶται, γνῶτε οἱ βάρβαροι ὅτι Μωάμετ θεοῦ αὐτοῦ προφήτης· βόες μυκῶνται, γνῶτε οἱ βάρβαροι ὅτι Μωάμετ θεοῦ αὐτοῦ ἀπόστολος· ὡσαύτως δὲ καὶ περὶ κυνῶν ὑλακῆς, καὶ βομβύλων ἠχῆς, καὶ τῶν ὁμοίων· τίνι τῶν δυσσεβῶν αὐτὸν ἀπεικάσαι δι' ὑπερβολὴν θεομαχίας, οὐκ ἔχω· καὶ οὐδὲ συναισθόμενος ὁ παραπαίων τῆς ἀθέου φλυαρίας, ἀλλὰ καὶ μέγα ἐπ' αὐτῇ φρονῶν, ὅτι δῆθεν ἀκούει βροντῶντος Θεοῦ καὶ

cod. f. 110
Sur. XIII. 3.

cod. f. 111.

ἀστράπτοντος ὁρᾷ, καὶ ἄλλοις ταῦτα λέγει· ἐκβοάτω τοῦτο μέγα καὶ ἐξαίσιον ἔργον ὡς ἐκ στόματος τοῦ πηρώσαντος αὐτοῦ τὰς νοητὰς αἰσθήσεις οὕτως.

Sur. III, 32.

ξθ'. « Ἀπεστείλαμέν σε πρὸς ἔθνος οὗ παρῆλθον παρ' αὐτοῦ ἔθνη τοῦ ἐντυγχάνειν ἐπάνω αὐτῶν τὰ ἀποκαλυφθέντα πρὸς σέ· » Ὦ ἀπὸ τῆς ἀνωτάτω σοφίας τοῦ Μωάμετ· ὄντως νῦν εὔκαιρον τὸ γραφικὸν ἐκεῖνο φάναι ῥητόν· ὁ μωρὸς μωρὰ λαλήσει, καὶ ἡ καρδία αὐτοῦ μάταια νοήσει *· περὶ δὲ τῆς βροντῆς, δι' ἣν καὶ ἡ ἐπιγραφὴ κεῖται φησί· « καὶ δοξάζει ἡ βροντὴ » ἐν τῇ εὐχαριστίᾳ αὐτοῦ· » τουτέστιν εὔνους καὶ λογικὴ φωνή ἐστιν ἡ βροντή· τοῦτο δὲ τῆς ἐγκρινομένης γραφῆς οὐκ ἔστιν· καὶ εἰκότως· ἦν γὰρ ἂν καὶ περιφλοίσβου θαλάσσης, καὶ ῥοίζου ἀνέμου, καὶ ἑτέρων πλειόνων τοῦτο διανοεῖσθαι· ἀλλ' ἔσονταί τινες ἀπηχέστατοι ψόφοι, οἷς οὐχ ἁρμόσει τὸ εἰρημένον· τῆς δὲ δυσφήμου αὐτοῦ δόξης τῆς τὸν Θεὸν αἴτιον τῶν κακῶν τιθείσης, ὥσπερ δὴ καὶ τῶν καλῶν, ἀναιδέστερον ἐπιμνησθεὶς φησίν. « Ἐὰν γὰρ ἤθελεν * ὁ Θεός, ὁδηγῆσαι εἶχεν αὐτοὺς ἀνθρώπους πάντας· καὶ ὃν » πλανᾷ ὁ Θεός, οὐκ ἔστιν αὐτοῦ ὁδήγησις. » Ὄντως οὗτος ηὐλίσθη κατὰ τὸν Σολομῶντα * ἐν τόποις οὓς οὐκ ἐπισκοπεῖ ὁ ὕψιστος· πάλιν δὲ τῆς περιδεοῦς αὐτῷ ὑποθέσεως, τοῦ μὴ ἀπιστηθῆναι ἀντέχεται, καὶ φησί· « Λέγουσιν οἱ ἀρνησάμενοι, » οὐκ εἶ ἀπόστολος· εἰπέ· ἀρκεσθῇ μοι ὁ Θεὸς » μάρτυς μεταξύ τε ἐμοῦ τε καὶ ὑμῶν· καὶ ὅστις » ἐστὶν παρ' αὐτοῦ εἴδησις τῆς γραφῆς. » Θεὸν προβάλλεται μάρτυρα τῆς αὐτοῦ ἀποστολῆς· θεοῦ δὲ οὐδέν τι ἄξιον ἐπιφέρεται σύμβολον, οὐ θαυματουργίαν, οὐ προφητείαν, οὐ βίον ἐξησκημένον, οὐδὲ ἁπλῶς γνῶσιν· ἀλλ' ἀναποδείκτως Θεὸς μάρτυς φησίν· εἶτα αἰσθόμενος τῆς κατὰ Θεὸν συκοφαντίας, καὶ τοῦ ἑαυτοῦ ψεύδους, οὐ γὰρ εἶχε τοῦτο πόθεν πιστώσεται, καταφεύγει εἰς τοὺς εἰδότας τὴν γραφήν, ἐν τῷ τέως τοὺς βαρβάρους ἀγνώστους ὄντας διαπαῖξαι καὶ λαθεῖν ἰσχύσας· καὶ ὅστις ἐστὶ παρ' αὐτοῦ φησὶν εἴδησις τῆς γραφῆς· ποίας γραφῆς; ὅλως γὰρ δὴ οἴει ἀληθῆ τὴν γραφὴν εἶναι καὶ περὶ σοῦ μαρτυροῦσαν· εἰκὸς τὰ περὶ τοῦ βδελύγματος τῆς ἐρημώσεως * περὶ σοῦ εἴρηται· ἀλλὰ γὰρ οὐδὲν περιλείπεται τοῖς συνιοῦσι διανοεῖσθαι περὶ σοῦ· εἰ δὲ μὴ τοῦτο αὐτὸς ἀνέχοιτο, ἀλλ' ἕτερόν τι ὑψηλὸν ἀπαιτεῖ, ὅσοι τὴν θεόπνευστον μελετᾶτε γραφήν, αὐτοὶ ἐπίστασθε ὅσας προαγγελίας περὶ Μωάμετ ἀποστόλου ὁ Θεὸς ἔγραψε, καὶ τῆς τούτου προσ-

* Is. XXXII, 6.

cod. f. 112.

Sur. XIII, 36.

* cod. ἦλθεν.

* Prov. XIX, 23.

Sur. XIII, 46.

cod. f. 113.

* Dan. IX, 27.

et fulgurantem videt, hoc ipsum et aliis narrat. Clamet vero hoc grande et immensum opus, tamquam ex eius ore, qui mentis eius sensum obtudit, clamet inquam sic:

69. « Misimus te ad gentem, cui praecesserunt » gentes, ut recitares super eas, quae revelavi» mus tibi: » O caelestem Mohamedis sapientiam! Vere nunc tempestive recitabitur scripturale dictum illud: stultus stulta loquetur, et cor eius vana cogitabit. De tonitru autem, quo vocabulo etiam inscriptionem fecit: « tonitru glorificabit in sua gratiarum actione. » Id est benivola et rationalis vox est tonitru. Porro hoc accuratam scripturam non decet; sane merito: idem enim et de maris murmure et de venti sibilo, et de aliis plurimis cogitare liceret. Erunt nihilominus quidam turpissimi crepitus, quibus praedicta non convenient. Infamem vero sententiam suam, quo Deum malorum aeque ac bonorum causam dixerat, nunc impudentius refricans ait: « etenim si Deus voluerit, utique universos homines diriget. Et » quem Deus errare facit, non est ei directio. » Revera hic habitavit, ut ait Salomon, in locis quos Deus non inspicit. Rursus vero ob suum animi timorem, ne forte ei discredatur, satis agit et ait: « dicunt negantes, non » es legatus. Dic: sufficit mihi testis Deus inter » me ac vos; et is apud quem est scientia scripturae. » Deum producit testem legationis suae; nullum ceteroqui Deo dignum profert indicium, non miraculum, non prophetiam, non vitam virtutibus exercitam, nec ullam saltem scientiam; sed absque ulla demonstratione Deus, inquit, testis est. Deinde agnoscens suam contra Deum calumniam, suumque mendacium, quandoquidem confirmare dictum nullatenus poterat, confugit ad illos qui scripturae scientiam habent; quo dicto illudit barbaris tunc litterarum ignaris, ita ut fraudem suam celare valeat. Et quicumque habet, inquit, scripturae scientiam. Quam dicis scripturam? Sine dubio existimas veram esse illam scripturam quae de te testatur. Ergo effatum illud « abominatio » desolationis » de te dictum fuit. Nihil aliud cordatis superest de te cogitare. Quod si Mohamedes non est eo contentus, et sublimius aliquid postulat; vos quidem divinae scripturae studiosi, probe scitis quasnam ibi de Mohamede legato praedictiones Deus scripserit,

et de ipsius expectatione. Immo et in istius libro invenietis sumpta ex sacris scripturis testimonia, congruenter eius dogmatibus applicita, ex lege, prophetis, atque evangelio, quos libros ipse divinos indicare videtur: quorum ceu sibi notorum praetextu barbaros latens, fabulae finem facit.

δοκίας· εἰρήσετε δὲ καὶ ἐν τῇ τούτου συγγραφῇ τὰς ἐκ τῆς θείας γραφῆς μαρτυρίας εὐστόχως ἐν τοῖς αὐτοῦ δόγμασιν ἐξαγομένας ἀπό τε νόμου καὶ προφητῶν καὶ τοῦ εὐαγγελίου, ἃ ἐκθειάζειν δοκεῖ, καὶ ὧν ὑπὸ τὴν πρόφασιν τῆς εἰδήσεως τοὺς βαρβάρους λαθὼν, τὸν φλήναφον ἔπαυσεν.

CONFUTATIO XIII.

70. Tertia decima a Mohamede fabula inscribitur ABRAHAM; nihil tamen frugi de hoc homine narrat; sed prout etiam in superiore fabula, breviter de re creata locutus, quam a divino Spiritu regi dicit, subdit ministerii sui negotium; consuetamque blasphemiam effutit, quod Deus quem vult errare facit, vicissimque quem vult dirigit. Rursusque meminit Thamudi et Aadi, iuxta priscum deliramentum suum: et quod propterea sibi quoque credi debeat ut Dei legato. Huius autem legationis suae hoc dicit indicium, quod futuri sunt in paradiso credentes, cum uxoribus suis et filiis simul deliciantes; infideles autem, in iudicio. « Interulae eorum ex pice cedrina, et cooperiet vultus eorum ignis. » Atque ita tremendum diem irridens, fabulari desinit. Animadvertendum est morem esse improborum hominum haud nuda obiicere retia; alioquin ipsi potius praedae forent. Non est ergo mirandum siqua interdum apud eum sunt laudabilia. Verumtamen illa oportet explorare quae noviter ipse ponit, quantopere fraudes eius dolique adversentur divinis, a quibus is decerpit, legibus.

ΕΛΕΓΚΤΙΚΟΣ ΙΓ'.

ο'. Τὸ τρισκαιδέκατον μυθάριον τῷ Μωάμετ εἰς μὲν τὸν Ἀβραὰμ ἐπιγέγραπται, οὐδὲν δὲ ἄξιον λόγου περὶ τοῦ ἀνδρὸς ἐξηγεῖται, ἀλλὰ κατὰ τὸν πρὸ τούτου μῦθον ὀλίγα περὶ τῆς κτίσεως καταλέξας ὅτι θείῳ πνεύματι διοικεῖται, ἐπάγει τὰ οἰκονομούμενα παρ' αὐτοῦ· καὶ φησὶ τὴν συνήθη βλασφημίαν, ὅτι ὁ Θεὸς ὃν θέλει πλανᾷ, καὶ ὃν θέλει ὁδηγεῖ· καὶ αὖθις μέμνηται Θαμοὺδ καὶ Ἀὸδ κατὰ τὸν πάλαι λῆρον αὐτοῦ· καὶ ὅτι διὰ τοῦτο κἀγὼ ὀφείλω πιστωθῆναι ὡς Θεοῦ ἀπόστολος· τῆς δὲ τούτου ἀποστολῆς γνώρισμα τοῦτο φησίν· ὅτι ἔσονται φησὶν οἱ πιστοὶ ἐν τῷ παραδείσῳ ταῖς ἑαυτῶν γυναιξί τε καὶ τέκνοις συνευφραινόμενοι· οἱ δὲ ἄπιστοι φησὶν, ἐν τῇ κρίσει· « τὰ χαμήσια αὐτῶν ἀπὸ κεδρίας, καὶ καλύπτει τὰ πρόσωπα αὐτῶν τὸ πῦρ· » καὶ οὕτως καταπαίζων τῆς φοβερᾶς ἡμέρας, τοῦ φληνάφου ἀπέστη. Ἐπιστῆσαι δὲ δεῖ ὅτι ἐπὶ τῶν κακουργούντων ἴδιον τὸ μὴ γυμνὰς προτιθέναι τὰς ἄρκυς· ἢ γὰρ ἂν αὐτοὶ μᾶλλον ἑάλωσαν· οὐ χρὴ ξενίζεσθαι, εἰ καὶ παρ' αὐτῷ τι τῶν ἐπαινουμένων θεωρηθείη· ἀλλὰ τὰ παρ' αὐτοῦ καινιζόμενα βασανίσαι δεῖ· εἴ γε μὴ σφόδρα διαμάχεται τοῖς ἐξ ὧν ἐλήφθησαν αὐτοῦ τὰ δελέατα καὶ αἱ ἀπάται θεογράφοις νόμοις·

Sur. XIV. — v. 10 — cod. f. 114. — Sur. XIV. 49.

CONFUTATIO XIV.

71. Quarta decima fabula inscribitur NOGER, cuius meminit circa fabulae ipsius finem, nempe quod sodalis Sodomitarum fuerit. Totus autem huius fabulae scopus est, ne fides ei denegetur; idcirco ait: dicent omnino, daemoniacus es, si a Deo haec accepisse adfirmas. Nam si verax esses, angelos adduxisses. Iam ipse causas, quamobrem angelum venire non oporteat, ponit duas; tum quia id a quibusdam prohibetur;

ΕΛΕΓΚΤΙΚΟΣ ΙΔ'.

οα'. Τὸ τεσσαρεσκαιδέκατον μυθάριον ἐπιγέγραπται μὲν εἰς τὸν Νόγερ 1)· μέμνηται δὲ αὐτοῦ πρὸς τῷ τέλει τοῦ μύθου ὅτι ἑταῖρος ἦν τῶν Σοδομιτῶν· ὁ πᾶς δὲ σκοπὸς τούτου τοῦ μύθου περὶ τοῦ μὴ διαπιστηθῆναι αὐτόν· καὶ φησὶν, ὅτι πάντως ἐροῦσί σοι ὅτι δαιμονιώδης εἶ λέγων ἐκ Θεοῦ δέξασθαι ταῦτα· εἰ γὰρ ἦς ἀληθινός, ἄγγελον ἂν κατῆγες. αἰτίας δὲ τίθησι τοῦ μὴ δεῖν ἔρχεσθαι ἄγγελον, δύο· ὅτι τε εἰσί τινες δι' οὓς τοῦτο κωλύεται· καὶ ὅτι ἐκείνων ἐλθόντων,

Sur. XV. 79. — Sur. XV. 7.

1) Alcoranus arabicus *Hegrum*, quam Gelal apud Maraccium vallem dicit. Noster graecus hominem existimat, et scribit *Noger*.

τὸ ὅλον ἤνυσται· καὶ τίς χάρις τοῖς ἀνθρώποις; εἰ δὲ καὶ τὸν οὐρανὸν φησὶν ἠνοίξαμεν, ἵσταντο ἂν οἱ ὁρῶντες αὐτὸν ἔκθαμβοι· διὰ τοῦτο οὐδὲν τούτων γίνεται· ἀλλ᾽ ἀντὶ τούτων φησὶ καλῶς εἰδὼς τὰ μετέωρα· « ἴδετε τὸ ὕψος τοῦ οὐρανοῦ » καὶ τοὺς ἀστέρας, καὶ τὰς ἀστροτοξίας γινο- » μένας, ὁπηνίκα ἀναβαίνει ὁ σατανᾶς παρα- » κροάσθαι θέλων τὰ ἐν τῷ οὐρανῷ λαλούμενα· » καὶ διὰ τοῦτο πιστεύσατε ὅτι ἀπόστολός εἰμι· » ἄλλος γὰρ τοῦτο πρὸ ἐμοῦ οὐκ ἐδίδαξεν. » Εἶτα πάλιν μέμνηται τῆς τοῦ Ἀδὰμ πλάσεως, καὶ τῆς γενέσεως τοῦ Βελίαρ, καὶ τῆς αὐτοῦ ἀπειθείας, καὶ τοῦ Ἀβραάμ, καὶ τῆς ἱστορίας τῆς κατὰ τὸν Λώτ· καὶ παρεμβαλὼν τινα ἔξωθεν ἕτερα, κατορθώσας τε ἐκ τῆς τούτων ἐξηγήσεως ὡς ἐνόμιζε τὸ πιστωθῆναι, καθάπτεται λοιπὸν τῶν τιθέντων κοινωνὸν Θεῷ 1)· καὶ ἐν τούτοις τῷ φληνάφῳ τέλος τίθησιν.

ΕΛΕΓΚΤΙΚΟΣ ΙΕ΄.

οβ΄. Τὸ πεντεκαιδέκατον μυθάριον ἐπιγέγραπται μὲν εἰς τὰ μελίσσια· μέμνηται δὲ τῶν μελισσῶν περὶ τὰ μέσα τοῦ μύθου, ὅτι ἐργάζονται κηρὸν καὶ μέλι· προστίθησι δὲ τὴν ἀπάτην αὐτοῦ, ὅτι δὴ ἐκ Θεοῦ ταῦτα δέδεκται· καὶ ἐπιτρέχειν δοκεῖ τὰς ἐν τῇ κτίσει τοῦ Θεοῦ δυναστείας· καὶ ὅτι ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὰ κτήνη, καὶ διοικεῖ πάντα· καὶ ἐξόμνυται ὅρκον φρικτὸν κατὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ Θεοῦ, ὅτι ὅσοι λέγουσιν ἔχειν τὸν Θεὸν θυγατέρας ἀγγέλους, τιμωρηθήσονται· τὴν δὲ τελείαν σαφήνειαν τοῦ προχρηματισμοῦ τούτου, ἐν τῷ ἐπιόντι αὐτοῦ μύθῳ ὄψόμενοι ἐκπλαγήσεσθε· μέμνηται δὲ πάλιν περὶ βρώσεως κρεῶν, καὶ φησί· « Μὴ εἴπητε ὅτι τοῦτό ἐστι » λελυμένον, καὶ τοῦτο κεκωλυμένον τοῦ βλασφημεῖν ἐπάνω τοῦ Θεοῦ ψεῦσμα· βλασφημίαν καὶ ψεῦσμα καλῶν τὸν νόμον τοῦ Θεοῦ· καὶ παραινεῖ τῇ πίστει Ἀβραὰμ μοναρχίαν τοῦ πιστεύειν· ἔθετο γάρ φησι τὸ σάββατον ἐπάνω τῶν ἀμφιβαλλόντων εἰς αὐτόν· καὶ τοι γε οὐκ ἐγίνωσκε σαββατισμὸν Ἀβραάμ· ὡς ἐκ τούτου στοχάσασθε, ὅτι καὶ σαββατίζειν ἐβούλετο τοὺς βαρβάρους· ἀλλ᾽ ἴσως οὐκ ἀκουσθεὶς ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ, οὐκ ἐτόλμησε περὶ αὐτοῦ τι προσθεῖναι· καὶ ἐν τούτοις ὁ φλήναφος αὐτῷ πεπέρασται.

tum quia illis advenientibus, cuncta consummabuntur. Quae porro gratia erit hominibus? « Quod si caelum ipsum, inquit, aperi- » remus, profecto admirabundi spectarent. » Ideo nihil horum fit. Sed eorum loco, inquit, praeclare sciens caelestia. « Videte caeli celsi- » tudinem atque sidera, et siderum iaculatio- » nes, quo tempore ascendit Satanas audien- » di cupidus quae in caelo dicebantur. Id- » circo credite me esse legatum: hoc enim » ante me nemo docuit. » Deinde meminit rursus creationis Adami, et originis Belial, atque eius contumaciae; Abrahami item et historiae Loti. Tum quibusdam insertis exterius desumptis, atque hac narratione existimans sibi fidem conciliasse, reprehendit illos postea qui socium Deo dant. Atque ita finem vanae fabulae imponit.

CONFUTATIO XV.

72. Quinta decima fabula inscribitur APES; memoratque reapse apes circa fabulae medium, quia ceram et mel fabricant: addit tamen commentum suum, nempe quod a Deo haec sibi tradita fuerunt. Et delibare videtur Dei in creando potentiam, et quod Deus iumenta fecerit, atque omnia regat: iuratque magnum iusiurandum per Dei nomen, quod poenas luent quicumque Deum habere dicunt filias angelos. Plenam autem praedictionis huius declarationem in subsequente fabula non sine stupore videbitis. Denuo carnium esum memorat dicens: « nolite dicere hoc esse » concessum, illud vero prohibitum, ne blas- » phemum adversus Deum mendacium pro- » feratis: » blasphemiam videlicet appellans atque mendacium legem Dei; hortaturque ut Abrahamum unius Dei credulitate imitentur. Statuit enim, inquit, sabbatum super discordes de eo. Atqui sabbatismum Abrahamus ignoravit. Quamobrem ex hoc coniicite quod etiam sabbatizare voluisset barbaros; sed cum ei fortasse suadenti non auscultaretur, nihil circa illud ausum esse constituere. Atque in his eius fabula explicit.

1) Christianos designat, qui Deo patri dant socium, vel potius consubstantialem filium.

CONFUTATIO XVI.

73. Sexta decima a Mohamede fabula inscribitur FILII ISRAELIS. Declarat autem, qui hanc scripsit: nos dedimus Moysi scripturam. Nos item iudicavimus de filiis Israhelis in scriptura, fore iterum vastitatem in terra, magnumque excessum eventurum. At enim cognoscite ex sequentibus, vere ne hic scripturam Moysi tradiderit. Nam paululum progressus ita nugaciter inquit: « et nos unicuique » homini de collo suspendimus sortem ipsius. » Contingetque ut in die resurrectionis haec illi » obvia scriptura fiat: lege scripturam tuam. » Hoc autem paene omnibus exploratum est, quod sortis decretum ac fatum, non solum haud suasit Moyses, sed ne id quidem memorare voluit. Si igitur ad Dei gloriam pertinet fatum admittere, nil mirum quod postea tradita Mohamedi sint, quae olim sub silentio fuerunt. Sin vero Deum mali aeque ac boni causam vult demonstrare; tunc frustra fuisse leges datas, et poenarum minas intentas, coarguit. Hoc autem est impossibile. Ergo necessario mentitur scriptor, nempe quod haec inepta fabula auctorem habeat illum qui Moysi legem dedit. Eundem habent scopum apud ipsum, quae sequuntur. Dicit enim: « cum aliquod pessumdare oppidum volu- » mus, iubemus incolas eius luxuriose agere; » atque ita iusta fuit de iis sententia: exter- » minio illos exterminavimus: et profecto ge- » nerationes post Noë multas perdidimus. » Atqui haec verba, Deumne hominum amantem an daemonem osorem decent? Deus ne luxuriari iubet an diabolus? Quis evidentiorem postulet demonstrationem, quò sibi persuadeat totum Mohamedis librum a Satana esse editum? Quod si aliqui dicant: quomodo valuit Satanas generationes multas post Noë pessumdare? respondemus, quod viribus ac potentatu quasi divino, nequaquam; fraude autem, et tentatione quò illae Deum ad iracundiam cierent, utique valuit; quod et nunc peragere potest: meritoque ita, quamquam casu fortuito, veraciter dicit diabolum homines pessumdare.

74. Quod si nondum his refutationibus per-

ΕΛΕΓΚΤΙΚΟΣ Ις'.

[Sur. XVII] ογ'. Τὸ ἑκκαιδέκατον μυθάριον τοῦ Μωάμετ ἐπιγέγραπται εἰς τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ 1)· ἀποφαίνεται δὲ ὁ τοῦτο συγγράψας, ὅτι [v. 2.] ἡμεῖς δεδώκαμεν τῷ Μωϋσεῖ τὴν γραφὴν, καὶ ὅτι ἡμεῖς ἐκρίναμεν εἰς τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ ἐν τῇ γραφῇ τὸ ἀφανίζειν ἐν τῇ γῇ δεύτερον, καὶ ἐξαρθῆναι ἔπαρσιν μεγάλην· σκοπεῖτε δὲ ἐκ τῶν ἑξῆς, εἰ ἀληθῶς οὗτός ἐστιν ὁ τῷ Μωϋσεῖ τὴν γραφὴν [cod. f. 117.] δεδωκώς· μικρὸν γὰρ προβὰς φλυαρῶν φησί· « Καὶ ἡμεῖς ἑκάστου ἀνθρώπου ἐκολλήσαμεν αὐ- [v. 13.] » τῷ τὴν μοῖραν αὐτοῦ εἰς τὸν τράχηλον αὐτοῦ· » καὶ ἐκβαίνει αὐτῷ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς ἀναστά- » σεως γραφὴ ὑπαντῶσα αὐτῷ αὕτη· ἀνάγνωσον » τὴν γραφήν σου. » Τοῦτο δὲ σχεδὸν πᾶσιν ἐστὶ φανερὸν, ὅτι μοιρογραφίαν καὶ εἱμαρμένην, οὐ μόνον οὐκ ἐνουθέτει, ἀλλ' οὔτε μνημονεῦσαι ἠνέσχετο Μωϋσῆς· οὐκοῦν εἰ μὲν πρὸς θεὸν δόξαν συντείνει τὸ ἀποδέξασθαι εἱμαρμένην, οὐδὲν ξένον εἰ ὕστερον τὰ τότε σιωπηθέντα αὐτῷ δέδοται· εἰ δὲ κακῶν αὐτὸν αἴτιον, ὥσπερ δὴ καὶ τῶν καλῶν ἀποφαίνει, καὶ ἐκ τούτου ἐπὶ ματαίῳ τὰς νομοθεσίας αὐτῶν τεθεῖσθαι, καὶ τὰς κολάσεις ἀπειλῆσαι ἐλέγχει· τοῦτο δὲ ἀδύνατον· ψεύδεσθαι πάντως ἀνάγκη τὸν γράψαντα, ὅτι τὸ ληρῶδες τοῦτο μυθάριον τοῦ δεδωκότος Μωϋσῇ τὸν νόμον ἐστί· τοῦ αὐτοῦ δὲ σκοποῦ αὐτῷ καὶ τὰ ἑξῆς ἔχεται· φησὶ γάρ· « ὅτ' ἂν ἠθέλο- [v. 16.] » μεν ἀπολέσαι χωρίον, ἐκελεύομεν τοὺς ἑστῶ- » τας ἐν αὐτῷ, καὶ ἠσώτευσαν ἐν αὐτῷ· καὶ » ἐδικαιώθη ἐπάνω αὐτοῦ λόγος· καὶ ἐδαμάσα- » μεν αὐτοὺς δάμασιν· καὶ πολλοὺς ἀπωλέσαμεν » ἐκ τῶν γενεῶν μετὰ τὸν Νῶε. » Ταῦτα τὰ ῥήματα τίνι μᾶλλον ἁρμόττει; τῷ φιλανθρώπῳ θεῷ, ἢ τῷ μισανθρώπῳ δαίμονι; θεὸς κελεύει [cod. f. 118] ἀσωτεύειν, ἢ διάβολος; ἔτι ταύτης σαφεστέραν ἀπόδειξιν τις ἐπιζητεῖ τοῦ πεπληροφορῆσθαι ὅτι τὸ ὅλον τοῦ Μωάμετ βιβλίον ὁ σατανᾶς ἐξέδωκεν; εἰ δέ τινες ἐξ αὐτῶν εἴποιεν· καὶ πῶς ἴσχυσε σατανᾶς πολλοὺς ἀπολέσαι ἐκ τῶν γενεῶν μετὰ τὸν Νῶε, ἐροῦμεν ὡς ἐξ ἐπικρατείας καὶ δεσποτείας θεϊκῆς οὐδ' ὅλως· ὡς ἐξ ἀπάτης δὲ καὶ τοῦ ἐρεθίσαι αὐτοὺς εἰς τὸ παροργῆσαι τὸν θεὸν, ἴσχυσε· καθ' ἃ καὶ νῦν τοῦτο ποιεῖν δύναται· καὶ εἰκότως ἐν τούτῳ ἐκ τοῦ αὐτομάτου ἀληθεύσει λέγων, ὅτι αὐτὸς ἀπόλλυσι τοὺς ἀνθρώπους.

οδ'. Εἰ δὲ μὴ πείθοιντο ἐκ τῶν ἐλέγχων τού-

1) Quamquam vulgo inscribitur arabice *iter nocturnum*; attamen nonnulli, quos graecus sequitur, inscripserunt etiam *filii* vel *filiorum Israhelis*, ut Maraccius adnotat.

των, ἐκ τῶν ἐφεξῆς πιστεύσουσι· κατὰ συνέχειαν γὰρ τῆς περὶ Νῶε ἐξηγήσεως προϊὼν ἐπισυνάπτει καὶ τοῦτο περὶ τῶν εἰρημένων Μωϋσεῖ υἱῶν Θεοῦ καὶ θυγατέρων τῶν ἀνθρώπων, οὕτω λέγων. (v. 40.) « Καὶ ἐπελέξατο ὑμῖν ὁ κύριος ἡμῶν τέκ-» να, καὶ ἐπελάβετο ἐκ τῶν ἀγγέλων θηλείας· » ὑμεῖς δὲ λέγετε λόγους μεγάλους. » Ὁρᾶτε τὴν ἀσέβειαν, ὁρᾶτε τὴν ἄνοιαν τοῦ βαρβάρου· ἐπειδὴ γὰρ εἴρηται τῷ Μωϋσεῖ *, ὅτι ἰδόντες οἱ υἱοὶ τοῦ Θεοῦ τὰς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων ὅτι καλαί εἰσιν, ἔλαβον ἑαυτοῖς γυναῖκας· καὶ ὅτι ἐκ τῶν τικτομένων αὐτοῖς ἦσαν οἱ γίγαντες, μὴ εἰδὼς τίνα καλεῖ Θεὸν Μωϋσῆς ὅτι τὸν Ἐνὼς, καὶ τίνες αὐτοῦ εἰσιν υἱοὶ ἀμηχανήσας, ὅτι δὴ μετὰ τοσοῦτον πόνον τῶν προλαβόντων λόγων, (cod. f. 119.) ἐν τῷ παρόντι κεφαλαίῳ διαπίπτει αὐτοῦ πᾶσα ἐλπίς· φανερῶς τοῦ Μωϋσέως υἱοὺς Θεοῦ ὀνομάζοντος· αὐτῷ δὲ ἦν ἡ σπουδὴ μηδένα αὐτῷ παραχωρῆσαι· καὶ ὥσπερ ἐνθουσιάσας ἀνταμείβει τοὺς χαρακτῆρας τῶν προσώπων καὶ τὰ εἴδη· καὶ τῶν θυγατέρων τῶν ἀνθρώπων ἀναπλάττει θηλείας ἀγγέλους κατὰ τὸν ἕλληνα μῦθον· « Ἶρις δ' αὖ Ἑλένῃ λευκωλένῳ ἄγγελος ἦλ-» θεν· » ἀντὶ δὲ τῶν υἱῶν τοῦ Θεοῦ παραλαμβάνει τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων· (* Hom. Iliad. III. 121.) καὶ οὕτω τὰ ἕδνα τῆς αὐτοῦ ἀλογίας καὶ δυσφημίας τοῖς ἀθλίοις βαρβάροις προικίζει.

οε'. Τὸ δὲ πάντων ἐλεεινότερον, ὅτι παρὰ Θεοῦ τοῦτο γενέσθαι καταγγέλλει. « Ἐπελέξατο » γὰρ ὑμῖν ὁ κύριος ἡμῶν τέκνα· καὶ ἐπελάβετο » ἐκ τῶν ἀγγέλων θηλείας· ὑμεῖς δὲ λέγετε λό-» γους μεγάλους. » Τοὺς περὶ τοῦ Θεοῦ φησιν, ὅτι δὴ φημίζετε τῷ Θεῷ υἱοὺς ἔχειν, καὶ τούτους πεποιηκέναι γαμβροὺς ἀνθρώπων· μᾶλλον μὲν οὖν ἀγγέλους θηλείας νύμφας δέδωκε τοῖς υἱοῖς τῶν ἀθρώπων· ὡς ἐπὶ διορθώσει τῶν μωσαϊκῶν τοιαῦτα φάσκων· τούτου χάριν ἐν τῷ πρὸ τούτου μύθῳ ἐξόμνυται ὅτι αἱ θήλειαι ἄγγελοι οὐκ εἰσὶ Θεοῦ θυγατέρες· πλὴν ὅτι θήλειαι εἰσὶ κραταιῶς αγωνίζεται 1)· ἀλλ' οἴμοι τῷ ἁμαρτωλοτέρῳ πάσης σαρκὸς, ὅτι ἀναγκάζομαι θέλων ἐλέγ- (cod. f. 120) ξαι τὸν ἐχθρὸν τοῦ Θεοῦ, ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα λαλεῖν· τί οὖν λοιπὸν πρὸς ταῦτα ἐροῦσιν οἱ ἀρνησίθεοι Σαρακηνοί; ἆρα φιλονεικήσουσι μετὰ ταῦτα, θεόπτην Μωάμετ καλεῖν; ἢ μᾶλλον ἐπαοιδὸν καὶ γόητα καὶ ἀπατεῶνα αὐτὸν πεφηνότα διαπτύουσι; βαττολογήσας δὲ καὶ δυσφημήσας τούτοις ὅμοια πλεῖονα, ὥσπερ ἤδη σαφεῖς καὶ ἀναντιῤῥήτους ἐκ τούτων τὰς ἀποδείξεις ποι-

suadentur, sequentibus saltem credent. Etenim narrationem de Noë continuans, pergens porro connectit illud etiam a Moyse dictum de filiis Dei et filiabus hominum, atque ait: « et elegit vobis Deus noster filios, sumpsit- » que ex angelis feminas. Vos autem dicitis » grandes sermones. » Videte impietatem, videte barbari hominis insaniam! Quia enim dictum fuit a Moyse: videntes filii Dei filias hominum quod pulcrae essent, acceperunt sibi uxores; et quod ex iis quos illac pepererunt, erant gigantes; nescit videlicet, quem Deum Moyses appellet, nempe Enosum. Quinam vero sint huius filii ignorans, post tantum praecedentium sermonem laborem, in praesenti demum capitulo universa eius spes manifeste corruit. Nam Moyse filios Dei nominante, Mohamedi cordi erat, nullum omnino filium Deo concedere: ideoque tamquam oestro percitus, personarum formas et genera immutat; et pro filiabus hominum, confingit feminas angelos, iuxta graecam fabulam: » Iris vero ad Helenam candidis ulnis prae- » ditam venit nuncia (angela.) » Filiis autem Dei, filios hominum substituit. Atque ita quasi sponsale stultitiae suae munus miseris barbaris exhibet.

75. Quod vero prae ceteris deplorandum est, a Deo hoc factum adfirmat: « elegit » enim vobis Deus noster filios; sumpsitque ex » angelis feminas. Vos autem dicitis grandes » sermones » nempe de Deo, quandoquidem Deum filios habere dictitatis, atque hos hominum fecisse generos; cum contra potius angelos feminas filiis hominum uxores dederit: quae scilicet ad mosaicae historiae emendationem dicit. Propterea in praecedente fabula iuravit, feminas angelos non esse Dei filias: et nihilominus angelos esse feminas mordicus contendit. Sed heu mihi prae universa carne peccatori, qui cogor, quandoquidem Dei hostem volo confutare, tot taliaque loqui! Ceteroqui quid ad haec dicent Dei negatores Saraceni? Num post haec volent adhuc pertinaciter Mohamedem appellare Dei familiarem, et non potius praestigiatorem et magum? nec eum potius ut manifeste planum convictum despuent? Blaterans autem, et his plura similia blasphemans, quasi manifestas et irrefutabiles fecis-

1) Relandus in opere saepe citato part. II. cap. 12, negat a Mohamedanis existimari angelos feminas.

set demonstrationes, addit. « Et dic : » laus » Deo qui filium non suscepit! » Atque his dictis, fabulae suae finem imponit.

CONFUTATIO XVII.

ια'. Ἔχει δὲ πάλιν τὸ σὸν γράμμα οὕτως. » Καὶ κατὰ τὴν ἐπέκτασιν τῶν αἰώνων, καὶ » τὴν πρὸς ἄλληλα ἐναντίωσιν, ἠφανίζετο ἡ » τούτου κυριότης μετὰ τῶν κτισμάτων, καὶ » ἐκυρίευεν ὁ εἷς τοῦ ἑτέρου, καὶ ἐκόπτετο ἡ » συμπάθεια τῶν ποιημάτων. » Τοῦτο οὖν, ὦ φίλος, τὸ τῶν δύο ἀρχῶν καὶ ἐναντιώσεως ἔγκλημα ἡμῖν οὐ πρόσεστιν, ἀλλ' ἄλλοις παρὰ σοῦ ἐγκαλεῖσθαι ὤφειλε, τοῖς καὶ δύο ἀρχὰς καὶ δύο θεοὺς εἰσάγουσιν, ἀγαθόν τε καὶ κακόν· καὶ τὸν μὲν φασὶ τὸν αἰσθητὸν κόσμον δεδημιουργηκέναι καὶ συνέχειν καὶ κρατεῖν· τὸν δέ, τὸν νοητόν· ἣν δόξαν ἡμεῖς καὶ μυσαττόμεθα καὶ λίαν ἀποστρεφόμεθα, καὶ τοὺς ταύτην φρονοῦντας κεφαλικῇ τιμωρίᾳ καθυποβάλλομεν 1)· ὑμεῖς δὲ καὶ προσίεσθε καὶ ἐπιθάλπετε· ἡμῖν γὰρ μία ἀρχὴ τὸ σεβαζόμενον· ἐπεὶ καὶ εἷς θεός, κἂν ταῖς ἰδιότησιν εἴτ' οὖν ὑποστάσεσι τρία πιστεύηται· εἰ δέ σοι τὸ διάφορον τῶν ὑποστάσεων, διάφορον καὶ τὴν φύσιν ἐννοεῖν δίδωσι, καὶ ὅσας τὰς ὑποστάσεις, τοσαύτας καὶ τὰς φύσεις εἰσάγεσθαι, ἀμαθαίνοντός ἐστι τοῦτο, ἤπερ εἰδότος· οὐ γὰρ ταυτὸν φύσις καὶ ὑπόστασις· ἦν γὰρ ἂν οὐδὲν τῶν ὄντων ὁμοφυές, καὶ ταυτὸν κοινόν τε καὶ ἴδιον χρῆμα· ὅπερ οὐχ εὕρηται.

cod. f. 211r

cod. f. 211.

1) Dicit poenam capitalem adversus Manichaeos legibus principum decretam, de qua dixi in adn. ad Petrum siculum.

ιβ΄. Καὶ ἄλλως. Εἰ τὸ διάφορον τῶν ὑποστάσεων, διάφορον καὶ φύσιν εἰσάγεσθαι δίδωσιν, ἀνάγκη τὸ μὴ διάφορον τῶν φύσεων, μηδὲ διάφορον καὶ τῇ ὑποστάσει καθίστασθαι· συνάγεται ἄρα ὅτι τὰ ταυτὰ τῇ φύσει, ταυτὰ καὶ ταῖς ὑποστάσεσιν· ἔσται ἄρα Παῦλος καὶ Πέτρος ταυτοὶ ὄντες τῇ φύσει καὶ ἀδιάφοροι· καὶ τῇ ὑποστάσει ταυτοὶ, ὅπερ ἐστὶ γελοῖον· ἔστι γὰρ σου τὸ σόφισμα παρὰ τὴν ὁμωνυμίαν οὕτω καλούμενον· τοῦ γὰρ ἑνὸς πολλαχῶς λεγομένου, ὡς αἱ λογικαὶ μέθοδοι ἐκδιδάσκουσιν, ἢ γένει, ἢ εἴδει, ἢ ἀριθμῷ, ἢ ἀναλογίᾳ, δῆλον ὅτι καὶ τὸ πολλά· ὁσαχῶς γὰρ τὸ προκείμενον *, τοσαυταχῶς καὶ τὸ ἀντικείμενον ἔχει· τοῦτο γὰρ δεδιδάγμεθα· ἡμῶν δὲ ταῖς ὑποστάσεσι τὰ τρία διδόντων, σὺ δὲ καὶ τὸ τῶν φύσεων διάφορον εἰσάγεις· ταῦτα δὲ οὐχ οὕτως ἔχει· καὶ γὰρ ἡ ἐνάργεια τῶν πραγμάτων δήλη, καὶ αἱ μαθήσεις ἐκδιδάσκουσι· καὶ οὕτως σοι πᾶσαι αἱ διαβολαὶ τῆς καθ' ἡμᾶς πίστεως ἕωλοι καὶ ἀπίθανοι καὶ ψευδεῖς ἀποδεδειγμέναι εἰσί· καὶ τῶν διαβολῶν δηλονότι ἀναιρεθεισῶν, καὶ τὰ λοιπὰ πάντα συνέψεται. Καὶ ταῦτα πέρα τοῦ μέτρου, ἐπεὶ καὶ κόρος λόγου πολέμιος ἀκοαῖς· διὸ ἱκανὰ μὲν καὶ ταῦτα τοῖς θέλουσι μικρῶς πως συνορᾷν, καὶ τῇ παραθέσει τῶν κρειττόνων, τὸ ἀληθὲς διώκειν, καὶ τὸ ψεῦδος ἀπωθεῖσθαι· διὸ καὶ μέχρι τούτων τὸν λόγον στήσω 1).

* cod. ἀντικ. cod. f. 214. a.

12. Item aliter. Si quis a personarum diversitate diversitatem quoque naturae induci concedat; necesse est quod naturaliter non differt, ne personaliter quidem differre. Consequitur ergo, ut quae sunt naturaliter eadem, personaliter quoque sint. Erunt itaque Paulus et Petrus idem naturaliter et non differentes, simulque eadem persona, quod est ridiculum. Est enim sophisma tuum per homonymian ita vocatum. Nam quum « unum » multipliciter dicatur, ceu logicae regulae docent, vel genere, vel specie, vel numero, vel analogia; patet quod perinde etiam « plura. » Nam quot modis proponitur, totidem opponitur; ita enim edocti fuimus. Nobis autem personarum trinitatem agnoscentibus, tu naturarum quoque diversitatem oggeris. Sed res non ita se habet, quod et rerum evidentia palam facit, et disciplinae tradunt. Atque ita omnes tuae adversus fidem nostram accusationes, futiles, incredibiles, mendacesque demonstratae fuerunt. Porro accusationibus cunctis peremptis, reliqua tibi omnia subsequentur. Sed iam praeter iustum modulum excurrimus; namque et sermonis satietatem aures oderunt. Quare haec sufficiant iis qui parumper voluerint considerare, et comparativo meliorum delectu veritatem sequi, ac falsitatem repellere. Quamobrem finem heic dicendi faciam.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΝΙΚΗΤΑ

cod. f. 214. b.

Ἀντίῤῥησις καὶ ἀνατροπὴ τῆς δευτέρας ἐπιστολῆς τῆς σταλείσης παρὰ τῶν Ἀγαρηνῶν πρὸς Μιχαὴλ βασιλέα υἱὸν Θεοφίλου ἐπὶ διαβολῇ τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως.

EIUSDEM NICETAE

Confutatio et eversio secundae epistolae ab Agarenis missae ad Michaëlem imperatorem Theophili filium ob accusandam Christianorum fidem.

α΄. Ἠβουλόμην, ὦ φιλοσὲ, τὸν περὶ πίστεως ἡμῶν τοῦ χριστιανικοῦ λέγω δόγματος λόγον, ἀληθῆ πρῶτον ταῖς ἀποδεικτικαῖς ἀνάγκαις καθυποβάλλειν, καὶ ὡς οἷόν τέ ἐστιν ἐκ τῶν φυσικῶν λογισμῶν βέβαιόν τε τοῦτον καὶ ἀτρεκέστατον παριστᾷν· ἔπειτα δὲ καὶ τὰ παρά σου ἀλλοκότως ἐπὶ τῇ διαβολῇ τῆς καθ' ἡμᾶς θρησκείας γραφέντα διελέγχειν· τοῦτο γὰρ ἐξ ἅπαντος ὁ ἀντιλογικὸς λόγος ἀπαιτεῖ. Ἀλλ' ἐπὶ πρὸς τὴν ἑτέραν ἐπιστολήν σου τὸ οἰκεῖον δόγμα ἡμῶν ὡς εἰκὸς ἦν ταῖς ἀποδείξεσι κατασκευαστικῶς προσά-

cod. f. 215.

1. Voluissem, o sodes, veram de fide nostra, id est de christiano dogmate, doctrinam primo demonstrativis argumentis supponere, et prout fieri poterat naturalibus ratiociniis firmare hanc, et certissimam praestare: deinde tua quoque ob eam accusandam absurda argumenta refutare. Ita enim prorsus antirrheticus sermo postulat. Nunc quoniam adversus alteram epistolam tuam, dogma nostrum, ut par erat, validis demonstrationibus magnopere tractatum fuit, et evidenti conclusione stabilitum; ne

1) Eadem hac utitur clausula noster Nicetas non heic solum et in secunda epistola, verum etiam in illo suo, quem Allatius edidit adversus Armenios tractatu, ut iam in praevio monito dixi.

nunc forte videamur torpere in scribendo ad te, si tantum adversus illa argumenta quae ad nostrae irreprehensibilis fidei eversionem tu in litteris tuis misisti, responsionem fecerimus; ideo nunc ventilabimus, num tuae contra fidem nostram accusationes et reliquae contradictiones, recte collineent. Sic autem se habet scriptum tuum. « Deus est unus, neminem habens com- » municantem potestati suae: et quia commu- » nicantem non habet, ideo ne filium qui- » dem habet. » Miror equidem talia a te scribi: neque enim video, quaenam sit necessitas communicantem veluti Deo patri aut regni adiutorem filium constituere, et huiusce generis alia a te saepe proposita. Etenim quum Deus pater filium suum per omnia similem habeat, excepta innativitate et nativitate; quumque nos confiteamur non esse filium patri communicantem, nescio quomodo nos fallere velis; vel tu ipse propriis pinnis capiaris. Est enim sophisma tuum huiusmodi. Si duo quaedam sint, et unum pluris sit, aliud minoris, velut homo et animal; namque homo minoris est, quam animal; quia vicissim non alternat: animal autem pluris est; his ita se habentibus, veluti si homo est, animal quoque est; non autem, si animal est, homo quoque est; si animali existente, dicat aliquis hominem quoque esse; hic paralogismum facit, quia ista non alternant, neque invicem consequuntur.

γεσθαι μεγάλως τε πεπραγμάτευται 1), καὶ σαφῶς ἐξήνυσται, ἵνα μὴ δόξωμεν νυνὶ παρέλκειν ἐν τῷ γράφειν σοι, μόνον ἀπὸ τῶν σταλέντων ἡμῖν ἐπ' ἀνατροπῇ τῆς καθ' ἡμᾶς ἀμώμου πίστεως, τὰς ἀντιῤῥήσεις ποιησόμεθα· διὸ καὶ εἰ εὐθυβόλως αἵ τε τῆς πίστεως ἡμῶν διαβολαί, καὶ αἱ λοιπαὶ ἀντιῤῥήσεις σου ἔχουσιν, ὧδε ἐπισκεψόμεθα· ἔχει δὲ τὸ σὸν γράμμα οὕτως. « Θεός ἐστιν » εἷς, κοινωνὸν μὴ ἔχων τῆς αὐτοῦ ἐξουσίας· » καὶ διὰ τὸ μὴ ἔχειν κοινωνὸν, οὐκ ἔσχεν οὐ- » δὲ παῖδα. » Θαυμάζειν μοι ἔπεισι τοιαῦτα γράφοντός σου· οὐδὲ γὰρ συνορῶ ἐπὶ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, τίς ἡ ἀνάγκη ὡς κοινωνόν τινα, ἢ ὡς συνεργὸν τῆς ἑαυτοῦ βασιλείας τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν εἰσάγεσθαι, καὶ ὅσα τοιαυτότροπα πολλάκις γράφεις· τὸν γὰρ Θεὸν καὶ πατέρα τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν κατὰ πάντα ὅμοιον ἔχοντα, πλὴν τῆς ἀγεννησίας καὶ τῆς γεννήσεως, ἡμῶν δὲ μηδ' ὅλως ὁμολογούντων κοινωνὸν ὄντα τοῦ πατρὸς τὸν υἱὸν, οὐκ οἶδ' ὅπως ἡμᾶς παραλογίζῃ, ἢ σεαυτὸν τοῖς ἑαυτοῦ πτεροῖς ἁλίσκῃ· ἔστι γάρ σου σόφισμα τοιοῦτον. Ἐὰν δύο τινὰ ὦσι, καὶ τὸ μὲν ἐπιπλέον, τὸ δὲ ἐπέλαττον, οἷον ὅ τε ἄνθρωπος καὶ ζῶον· ὁ μὲν γὰρ ἄνθρωπος ἐπέλαττόν ἐστι τοῦ ζώου· οὐδὲ γὰρ ἀντιστρέφει· τὸ δὲ ζῶον ἐπιπλέον· τούτου δὲ ὄντος, οἷον τοῦ ἀνθρώπου, δῆλον καὶ τὸ ζῶόν ἐστιν· οὐ μὴν τοῦ ζώου ὄντος, καὶ ὁ ἄνθρωπος· εἶτα τοῦ ζώου ὄντος, φήσειέν τις καὶ τὸν ἄνθρωπον εἶναι, τὸν παραλογισμὸν ποιεῖ, παρὰ τὸ μὴ ἀντιστρέφον, καὶ τὸ ἑπόμενον οὕτω καλούμενον.

cod. f. 210.

Hoc loco repetit Nicetas totum articulum nonum prioris epistolae, nempe a verbis τοιοῦτον τι *usque ad* ἐπὶ τῆς ἁγίας τριάδος τίθεσθαι. *Nos vero omittimus, ne actum agere videamur.*

2. Item aliter « Deus unus est, non habens » aliquem communicantem potestati suae. » Quod Deus unus sit universalis, qui cunctis rebus et existentiam tribuit et rectum statum, neminemque habeat communicantem aut adiutorem, ut tu dicis; a nobis pariter in superioribus demonstratum fuit, atque ita confitemur et credimus. Quod autem ille quoque a nobis creditus filius ac Deus verus, aeque ac Deus pater, Deus unus cum patre ac spiritu a nobis dicatur, non tamquam communicans patri ac spiritui; neque tamquam unius principii, et unius Dei, qui in patre et filio et spiritu sancto spectatur, et sit et a nobis in-

β'. Καὶ ἄλλως. « Θεός ἐστιν εἷς, κοινωνὸν μὴ » ἔχων τῆς αὐτοῦ ἐξουσίας. » Ὅτι μὲν εἷς Θεός ἐστιν ἐπὶ πάντων τοῖς οὖσιν ἅπασιν, τό τε ἁπλῶς εἶναι καὶ τὸ εὖ χαριζόμενος, καὶ οὐδενὶ τῶν ὄντων τὸ παράπαν κοινωνὸν ἢ συνεργὸν ὡς σὺ φῂς κεκτημένος, καὶ ἀνωτέρω παρ' ἡμῶν ἀποδέδεικται καὶ ὡμολόγηται καὶ πεπίστευται· ὅτι δὲ καὶ ὁ παρ' ἡμῶν υἱὸς Θεοῦ πιστευόμενος, καὶ Θεὸς ἀληθινὸς ὢν καὶ αὐτὸς, καθ' ἃ καὶ ὁ πατὴρ, καὶ Θεὸς εἷς μετὰ πατρὸς καὶ πνεύματος παρ' ἡμῶν καλῶς θεολογούμενος, οὐχ ὡς κοινωνὸς τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, οὔτε τῆς μιᾶς ἀρχῆς καὶ τοῦ ἑνὸς Θεοῦ τοῦ ἐν πατρὶ καὶ υἱῷ καὶ ἁγίῳ πνεύματι θεωρουμένου, ἔστι καὶ παρ'

1) Dicit illam christianae religionis demonstrationem, quam ipse repetiverat in priore epistola, sed nos utpote iam in superiore opere, hoc eodem volumine editam, necessario omisimus.

ἡμῶν εἰσάγεται, ὧδε δῆλον· Ὁ παρ' ἡμῖν υἱὸς Θεοῦ καὶ Θεὸς ἀληθινὸς θεολογούμενος, εἴπερ ἐστὶ κατά σε κοινωνὸς τοῦ Θεοῦ, ἤτοι τοῦ παρ' ἡμῖν Θεοῦ καὶ πατρὸς πρεσβευομένου, ἢ τῆς μιᾶς ἀρχῆς καὶ τοῦ ἑνὸς Θεοῦ τοῦ ἐν πατρὶ καὶ υἱῷ καὶ ἁγίῳ πνεύματι θεωρουμένου· ἀλλ' εἰ μὲν τοῦ ἑνὸς Θεοῦ τοῦ ἐν πατρὶ καὶ υἱῷ καὶ ἁγίῳ πνεύματι θεωρουμένου, ἀποδέδεικται δὲ ἡμῖν ἐν τῇ ἀντιῤῥήσει τῆς προτέρας σου ἐπιστολῆς, ὅτι εἷς Θεὸς καὶ μία ἀρχὴ ὁ υἱὸς μετὰ πατρὸς καὶ πνεύματος ἁγίου καὶ ἔστι καὶ παρ' ἡμῶν καλῶς θεολογεῖται· εἰ δὲ τοῦτο, συμβαίνει ἂν ὁ υἱὸς αὐτὸς ἑαυτοῦ εἶναι κοινωνός, ὅπερ ἄτοπον· οὐδὲν γὰρ τῶν ὄντων αὐτὸ ἑαυτοῦ λέγεται εἶναι κοινωνόν· οὐκ ἄρα ὁ υἱὸς τῆς μιᾶς ἀρχῆς καὶ τοῦ ἑνὸς Θεοῦ τοῦ ἐν πατρὶ καὶ υἱῷ καὶ ἁγίῳ πνεύματι θεωρουμένου ἐστὶ κοινωνός· οὔτε μὴν τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός· ἐπὶ τούτων γὰρ καὶ μόνον ἐστὶν υἱὸν εὑρεῖν τοῦ ἰδίου πατρὸς λεγόμενον κοινωνόν, ἐν οἷς γνώμης παραλλαγὴ παρεισδύεται, καὶ βουλήσεως ἑτερότης πάρεστιν, καὶ ἀπορία καλοῦσα πρὸς τὴν χρείαν, καὶ ἐνέργεια ἀποτετμημένη ἰδίως πρόσεστιν· οἷς δὲ γνώμη μία, καὶ βούλησις ἀεὶ ἀδιάκοπος, καὶ φύσεως ταυτότης, καὶ μία ἐξουσία, καὶ θέλησις ἄτρεπτος πάρεστι, πῶς ἂν ὁ κοινωνὸς εἰσφρήσεται; οὔκουν κοινωνὸν ἐπὶ τοῦ ἑνὸς Θεοῦ, οἱ ἐπὶ τῇ θεολογίᾳ υἱὸν καὶ πνεῦμα θεολογοῦντες συνεισάγουσιν, εἰ καὶ κακῶς παρ' ὑμῶν * ἐπιφημίζονται.

cod. f. 219.

* cod. ἡμῶν.

γ'. Καὶ ἄλλως. « Θεὸς εἷς ἐστι, κοινωνὸν » μὴ ἔχων τῆς αὐτοῦ ἐξουσίας· καὶ διὰ τὸ μὴ » ἔχειν κοινωνόν, οὐκ ἔσχεν οὐδὲ παῖδα. » Ἀπήλλαξας ἡμᾶς πραγμάτων ἐξειπὼν τὸ ἀπόῤῥητον· εἰ μὲν γὰρ εὕρων τὸ κοινωνὸς ἐπὶ τῆς θεολογικῆς γεννήσεως ἑπόμενον καὶ χώραν ἔχον, τάχα ἂν καὶ μὴ θέλων τῇ ἀληθείᾳ συνεφελκόμενος τῇ ἀναιρέσει τούτου, καὶ τὸ ἡγούμενον συνανῄρουν. τουτέστι τὸ ἐπὶ τὴν θεολογίαν τὸν υἱὸν ἀποκηρύττεσθαι· ἐπεὶ δὲ τοῦτο ἕωλον καὶ πάντη ψευδὲς, ἐπὶ τῆς θεολογικῆς γεννήσεως, καὶ ἀνακόλουθον ὂν ὁ λόγος ἔδειξεν, οὔ με λόγος καταναγκάσει καὶ τὸ ἡγούμενον τουτέστι τὸν υἱὸν ἐπὶ τῆς θεολογίας ἀπαρνεῖσθαι· ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν ἐξ ἀνάγκης ἑπομένων, καὶ τούτων ἀναιρουμένων, δῆλον ὅτι καὶ τὰ ἡγούμενα συνανῄρηται· οὐ μὴν δὲ ἐπὶ τῶν ἥκιστα ἑπομένων, ὡς αἱ μαθήσεις ἐκδιδάσκουσι· διὸ ἦν τὸ παρὰ σοῦ συλλογιζόμενον δυνάμει τοιοῦτον· εἰ ἐστιν υἱὸς ἐπὶ τῆς θεολογίας πιστευόμενος, εὑρεθήσεται καὶ κοινωνὸν ὁ εἷς Θεὸς ἔχων· ἀλλὰ μὴν Θεὸς εἷς ἐστιν ἐπὶ

cod. f. 220.

ducatur, ita fit planum. Ille qui a nobis Dei filius ac Deus verus dicitur, si est, ut tu ais, Deo communicans, id est ei qui a nobis Deus ac pater appellatur; vel uni principio et uni Deo, qui in patre et filio et spiritu sancto spectatur. Sed si quidem uni Deo qui in patre et filio ac spiritu sancto spectatur; demonstratum autem fuit a nobis in prioris epistolae tuae refutatione, unum esse Deum, unumque principium, cum patre ac spiritu sancto, filium qui et ita est et a nobis bene Deus appellatur; ergo ita contingit filium sibimet esse communicantem; quod est absurdum: nulla enim res existens dicitur sibimet ipsa communicare. Nequaquam igitur filius communicans est uni principio unique Deo qui in patre et filio et spiritu sancto spectatur; neque item Deo patri. Tunc enim tantummodo dicitur filius patri suo communicans, cum sententiae aberratio subit, et consilii diversitas adest, cum dubitatio rei gerendae, et operatio seorsum suscepta cernitur. Iis autem, quorum est una sententia, et deliberatio semper indivisa, et natura eadem, et potestas unica, et voluntas immutabilis, quomodo vocabulum « communicans » obrepet? Non ergo faciunt uni Deo communicantem, illi qui filium ac spiritum Deum esse theologice dicunt; etiamsi prave a vobis ita diffamantur.

3. Item aliter. « Deus unus est, nullum habens potestati suae communicantem; ergo » ne filium quidem habet. » Liberasti me negotio, arcanum enarrans: nam si viderem vocabulum « communicans » in theologica generatione connexum et subsistens, fortasse quamquam invitus, veritate trahente, cum huius vocabuli extinctione, principale quoque de medio tollerem: id est filium praedicari Deum non sinerem. Sed quia hoc futile omnino et falsum in theologica generatione minimeque consectaneum sermo noster ostendit; nullum me ratiocinium coget, rem principalem, id est filium, a Dei appellatione excludere. Nam in iis quae necessario nexu cohaerent, patet, his sublatis, principalia quoque perire: non ita tamen in iis usuvenire quae minime mutuo cohaerent, disciplinae docent. Propterea syllogismi tui haec vis erat. Si filii divinitas creditur, comperiemus unum Deum habere aliquem sibi communicantem: atqui unus est universalis Deus, nullum

habens communicantem: nequaquam itaque filius in theologia invenitur. Et primum quidem, prout nos philosophicae regulae docent, quod subsequens est evertitur. Demonstratum enim fuit, non esse consequens in theologica generatione, communicantem dici filium patri. Propterea absque demonstratione adsertio illa est. Mox aliquantum theologiam nostram considerabimus, ut evidentius omnibus infirmitatem et incredibilitatem dogmatis a te prolati ostendamus.

4. Quae igitur in theologia a nobis vere dicuntur, partim communiter de tribus personas dicuntur, tamquam de unica substantia seu deitate, veluti exempli gratia Dei nomen, et dominus, et benignus, et his similia; quae neque connumerantur, quia singulariter dicuntur, prout demonstratum fuit. Partim vero dicuntur privatim, quae et personarum in primis ac praecipue propria sunt; veluti pater et filius et spiritus sanctus, quae quia privatim dicuntur, etiam connumerantur: nam connumeratio praecipue eorum quae privatim dicuntur est, non eorum quae communiter, sicut alibi ostensum fuit. Interdum vero etiam in duabus thearchicis personis invenitur, velut ex causa processio. Et quae quidem communiter dicuntur, et communiter cum patre et filio et spiritu sancto, ea tamquam de uno Deo qui et est et cogitatur, dicuntur; et proprie particulatim de personis praedicantur. Etenim et pater vere Deus; et filius tamquam ex Deo Deus, ac lumen de lumine; similiter et sanctus spiritus. Privatim autem de personis dicta, ea privatim quidem dicuntur, sed communiter nequaquam; quia restrictiora de amplioribus praedicari nequeunt eisque exaequari. Atque hoc de creata quoque natura dictum comperies. Veluti perspicuitatis causa in exemplo hoc: homo, et mortalis, et loquens, vocabula haec singula communiter quoque accepta de quibuslibet hominibus dicuntur, et privatim etiam de unoquoque. Nam et Petrus et Paulus, et singillatim homines, tum simul communi sermone dicuntur homo, tum privatim quoque unusquisque dicitur. Nam Petrus homo dicitur, item et Paulus, et alii similiter.

5. Sed etiamsi in nostra theologia, alia quidem communiter dicuntur de tribus personis, alia privatim; et quae quidem communiter,

πάντως κοινωνὸν οὐκ ἔχων· οὐκ ἄρα οὐδὲ υἱὸς ἐπὶ τῆς θεολογίας εὕρηται. Καὶ πρῶτον μὲν ὡς αἱ φιλοσοφικαὶ μέθοδοι ἡμᾶς ἐκδιδάσκουσι, τὸ ἑπόμενον ἔσφαλται· ἀποδέδεικται γὰρ ὅτι οὐχ ἕπεται ἐπὶ τῆς θεολογικῆς γεννήσεως τὸ κοινωνὸν λέγεσθαι τὸν υἱὸν τοῦ πατρός· διά τοι τοῦτο καὶ ἀναπόδεικτος ὁ λόγος πρόεισιν· ἔπειτα μικρῶς πως τὴν καθ' ἡμᾶς θεολογίαν ἐπισκεψόμεθα, ὅπως εὐφωρατώτερον ἅπασι τὸ ἀδρανὲς ὂν καὶ ἀπίθανον τοῦ παρὰ σοῦ δογματιζομένου λόγου παραδείξωμεν.

δ'. Τὰ τοίνυν ἐπὶ τῆς θεολογίας παρ' ἡμῶν ἀληθῶς λεγόμενα, τὰ μὲν κοινῶς ἐπὶ τῶν τριῶν ὑποστάσεων λέγεται, ὡς ἐπὶ μιᾶς οὐσίας ἤτοι θεότητος, καὶ ἑνὸς θεοῦ ὄντος· οἷον φημὶ τὸ θεὸς ὄνομα, καὶ τὸ κύριος, καὶ τὸ φιλάνθρωπος, καὶ τὰ παραπλήσια, ἃ καὶ οὐ συναριθμεῖται διὰ τὸ ἑνιαίως λέγεσθαι, ὡς καὶ ἀποδέδεικται· τὰ δὲ ἰδίως, ἃ καὶ τῶν ὑποστάσεων πρώτως καὶ κυρίως εἰσίν· οἷον φημὶ τὸ πατὴρ καὶ τὸ υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἃ καὶ διὰ τὸ ἰδίως λέγεσθαι, συναριθμεῖται· ἡ γὰρ συναρίθμησις, κυρίως τῶν ἰδίως λεγομένων ἐστίν, οὐ τῶν κοινῶς, ὡς ἐν ἄλλοις δέδεικται· ἐνίοτε δὲ εὕρηται καὶ ἐπὶ δύο τῶν θεαρχικῶν ὑποστάσεων, οἷον τὸ αἰτιατόν· καὶ τὰ μὲν κοινῶς λεγόμενα, καὶ κοινῶς ἅμα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ὡς ἑνὸς ὄντος θεοῦ καὶ νοουμένου, λέγεται· καὶ ἰδίως ἀνὰ μέρος τῶν ὑποστάσεων κατηγορεῖται· καὶ γὰρ ὁ πατὴρ θεὸς ἀληθῶς· καὶ ὁ υἱὸς ὡς ἐκ τοῦ θεοῦ θεός, καὶ φῶς ἐκ φωτός· ὡσαύτως καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· τὰ δὲ ἰδίως ἐπὶ τῶν ὑποστάσεων λεγόμενα, ἰδίως μὲν λέγονται, κοινῶς δὲ οὐ λέγονται· ἐπειδὴ τὰ ἐλάττω τῶν ἐπιπλέον ἀδυνατεῖ κατηγορεῖσθαι καὶ ἐξισάζειν· καὶ τοῦτο ἂν εὕροις καὶ ἐπὶ τῆς γενητῆς φύσεως λεγόμενον· οἷον ὡς ἐν παραδείγματι σαφηνείας χάριν· τὸ μὲν ἄνθρωπος καὶ τὸ βροτὸς καὶ τὸ μέροψ ἕκαστον αὐτῶν καὶ κοινῶς μὲν ἅμα λαμβανομένων τῶν καθ' ἕκαστα ἀνθρώπων λέγεται, καὶ ἰδίως ἑκάστου νοουμένου· καὶ γὰρ Πέτρος καὶ Παῦλος καὶ οἱ κατὰ μέρος ἄνθρωποι, καὶ ἅμα μὲν κοινῷ λόγῳ λέγονται ἄνθρωποι, καὶ ἰδίως ἕκαστος λέγεται. Πέτρος γὰρ ἄνθρωπος λέγεται καὶ Παῦλος καὶ παραπλησίως.

ε'. Ἀλλ' εἰ καὶ ἐπὶ τῆς καθ' ἡμᾶς θεολογίας, τὰ μὲν κοινῶς λέγεται ἐπὶ τῶν τριῶν ὑποστάσεων, τὰ δὲ ἰδίως· καὶ τὰ μὲν κοινῶς, καὶ

cod. f. 221.

cod. f. 221

κοινῶς ἅμα κατηγορεῖται, καὶ ἰδίως ἀνὰ μέρος· ὅτ' ἂν μὲν γὰρ κοινῶς ἅμα ἐπὶ τοῦ πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος, οἷον φημὶ τὸ Θεὸς ὄνομα ἢ τὸ κύριος λέγηται, δῆλον ὅτι εἷς μὲν Θεὸς τὰ τρία λέγεται, ἐν οἷς ἐστιν ἡ Θεότης, καὶ παρ' ἡμῖν καλῶς οὕτως Θεολογεῖται· ὅτ' ἂν δὲ ὡς ἐπὶ τοῦ πατρὸς λέγηται ἰδίως καὶ ἀνὰ μέρος τὸ Θεὸς ὄνομα, ἢ τὸ κύριος, ἢ ἐπὶ υἱοῦ, ἢ πνεύματος, τότε μὲν Θεὸς λέγεται ὁ πατὴρ, οὐ μὲν ἰδίως καὶ ἀνὰ μέρος καὶ ἑτεροφυῶς εἷς Θεὸς ὁ πατήρ· καὶ πάλιν εἷς ἄλλος Θεὸς ὁ υἱός· ὡσαύτως δὲ καὶ πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἄπαγε τῆς τοιαύτης πολυθεΐας ἐξ ἡμῶν τὸ βλάσφημον· ἐπειδὴ ἡμῖν ἀρχὴ μία τὸ σεβαζόμενον· καὶ εἷς Θεὸς, κἂν ταῖς ἰδιότησιν ἤγουν ὑποστάσεσι τρία πιστεύηται· ὅθεν υἱὸν Θεοῦ Θεολογοῦντες, ἕτερον μὲν φαμὲν τῇ ὑποστάσει παρὰ τὸν πατέρα, οὐ μὴν δ' ἕτερον τῇ οὐσίᾳ καὶ τῇ Θεότητι, ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν, ὡς ἐν τῇ προτέρᾳ ἐπιστολῇ δέδεικται.

ϛ΄. Μονοῦν γε ἡ καθ' ἡμᾶς Θεολογία ἐκ τῶν κοινῶν ἐννοιῶν καὶ τῶν Θείων προφητῶν ἠρτημένη, (cod. f. 223.) καὶ τὸ βέβαιον καὶ πάγιον κληρωσαμένη, πατέρα καὶ υἱὸν καὶ πνεῦμα ἅγιον ἐπὶ τῆς Θεολογίας ὡς ἕνα Θεὸν τὰ τρία Θεολογεῖ· σὺ δὲ οὐχ οὕτως ἐκλαβὼν, ἀλλὰ τὸ ἕνα Θεὸν λέγεσθαι τὸν πατέρα ἰδίως καὶ ἀνὰ μέρος· εἶτα τὸν υἱὸν ὡς ἔξωθεν τοῦ ἑνὸς Θεοῦ παρεισκρινόμενον λογισάμενος καὶ νοήσας, τὸν παραλογισμὸν συνεσκεύακας· διὸ καὶ ψευδῶς ὧδε συνάγεις· « εἰ ἔστιν υἱὸς ἐπὶ Θεοῦ, καὶ κοινωνός ἐστιν· ἀλλὰ μὴν κοινωνὸς οὐκ ἔστιν ἐπὶ Θεοῦ· οὐκ ἄρα οὐδὲ υἱός· » τοῦτο δὲ λέγων, πολλοῖς ἀτόποις περιπέπτωκας· καὶ πρῶτον μὲν ταυτὸν ποιεῖς ὑπόστασιν καὶ φύσιν ἐπὶ Θεοῦ, ὅπερ ἤδη προαπελήλεγκται· ἔπειτα καὶ τὸν υἱὸν οὐ δίδως μετὰ πατρὸς καὶ πνεύματος ἕνα Θεὸν ὄντα, καὶ παρ' ἡμῶν καλῶς Θεολογούμενον· καὶ τοῦτο πάλιν ἡμῖν προαποδέδεικται· διά τοι τοῦτο καὶ ἠλίθιον ἀνέφανε τὸ παρὰ σοῦ δογματιζόμενον. Εἴδωμεν δὲ καὶ ἐπιφερόμενον· ἔχει δὲ καὶ αὐτὸ ὧδε. « Ὃς ἐποίησε τὴν πίστιν « τῶν Σαρακηνῶν, φῶς· καὶ ἑτέρα πίστις οὐκ ἔστι, » δι' ἣν τις τῷ Θεῷ δύναται προσεγγίσαι » καὶ ὅσα ἄλλα γράφεις ἀποσεμνύνων τὴν οἰκείαν πίστιν· Ἀλλὰ τὸ μὲν οὕτω ψιλαῖς τὸν λόγον χωρὶς ἀποδείξεως τὴν ἀλλοτρίαν πίστιν ὕβρεσι βάλλειν, καὶ τὴν οἰκείαν μεγάλως ἀποσεμνύνειν, (cod. f. 224.) ῥᾷστον καὶ εὔπετες ἂν εἴη παντὶ τῷ βουλομένῳ· τὸ δὲ τὴν ἑαυτοῦ πίστιν μετ' ἀποδείξεως εὔχρηστον καὶ ὠφέλιμον καὶ ἐκ Θεοῦ δοθεῖσαν ἀποδεικ-

ea communiter etiam praedicantur, et privatim per partes. Nam cum communiter ac simul de patre et filio et sancto spiritu, nomen puta Dei dicitur, aut dominus; patet unum Deum in tribus dici, in quibus divinitas est, atque a nobis recte sic theologice dicitur. Cum autem de patre dicitur privatim et particulariter Dei nomen aut dominus, vel de filio aut spiritu; tunc pater Deus dicitur non privatim et particulariter, et quasi sit heterogeneus unus Deus pater; et rursus unus alius Deus filius; similiter et spiritus sanctus; apage huiusmodi blasphemum polytheismum: nos enim unum colimus principium et unum Deum, et in tribus proprietatibus seu personis trinitatem credimus. Quamobrem cum de filii Dei divinitate loquimur, diversum quidem persona dicimus a patre, haud tamen diversum natura et divinitate, sed unum eundemque, ut in priore epistola ostensum fuit.

6. Nostra igitur theologia ex communibus notionibus, et ex divinis prophetis pendens, indidemque firmitatem stabilitatemque sortita, patrem et filium et sanctum spiritum, ut unum Deum, trinitatem theologice dicit. Tu vero non ita intelligens, sed unum Deum dici patrem separatim et particulariter; deinde filium tamquam extrinsecus unum Deum, reputans obtrusum et sic intelligens, paralogismum machinatus es. Quapropter falso sic colligis: « si est filius in Deo, communicans quoque est: atqui Deo communicans nullus est: ergo ne filius quidem. » Quod dum ais, in multa incurris absurda. Nam primo idem facis personam atque naturam, quod iamdiu explosimus. Deinde non concedis filium quoque cum patre ac spiritu esse unum Deum, alioqui apud nos recta cum theologia adsertum; quod item a nobis demonstratum fuit: quamobrem fatua apparuit prolata a te dogmatis instar sententia. Iam vero videamus quod addis: namque ita se habet. « Qui fecit » Saracenorum fidem lucis instar. Neque alia » fides est, qua Deo quispiam propinquare » possit. » Et quidquid aliud scribis, fidem tuam exaltans. At enim nudis ita verbis, absque ulla demonstratione, alienae fidei maledicere, et propriam magnificare, facile est et expeditum volenti cuique. Verumtamen propriam fidem vi argumentorum bonam utilemque

atque a Deo datam ostendere, id demum viri religiosi et cordati negotium est. Itaque et vos ita agere oportebat; neque mera iactantia fidem vestram lucis instar a Deo constructam datamque pronunciare. Proinde nos potius vestrae fidei errorem ac falsitatem, nostraeque veritatem et pulcritudinem, cum argumentis exponere conabimur.

7. Cordati omnes fatentur, fidem bonam et utilem, lucis vice fungi, et eos qui hanc gerunt ut ad Deum accedant hortari: cuius fidei praecepta a deterioribus noxiisque retrahunt, hominesque ab iis quae contra naturam sunt, ad naturalia et supernaturalia convertunt. Cuius autem fidei praecepta virtutis fugam, et vitii familiaritatem suadent, hominesque a naturalibus vel etiam supernaturalibus ad ea quae contra naturam sunt trahunt; haec omnino prava et noxia est, minimeque per ipsam propinquare Deo quispiam potest. Quia igitur fides vestra vitiorum familiaritatem, et a virtutibus aversionem decernit; atque a supernaturalibus aut saltem naturalibus, ad ea quae contra naturam sunt, adseclas suos trahit, patet eam esse pravam et noxiam; neminemque per eam ad Deum accedere. Quodque id verum sit, hinc pervide. Quod contra naturam est, prudentes omnes sciunt transitionem esse a naturali ad deterius: supernaturale autem, transitionem esse a naturali ad melius. Quia ergo homo medius quodammodo conditus fuit inter sensibilem creaturam et intellectualem, idcirco utramque participat, irrationalem scilicet atque angelicam naturam. Et angelicam quidem participat secundum ratiocinium et discretionem, irrationalem vero secundum irascibile et concupiscibile. Servatur autem et continetur intra naturae fines homo, cum pars rationalis irascibili et concupiscibili dominatur. Item ad angelicam naturam magis accedit, et ad supernaturalia extollitur, cum animae pars irrationalis cohibetur et comprimitur. Quando autem contrarium in homine cernitur, et passiones rationi praevalent, ratioque succumbit; hoc autem accidit hominibus luxurioso immanique vitae genere utentibus; constat hominem deteriora facientem, a naturalibus vel etiam supernaturalibus, ad ea quae contra naturam sunt migrare. Quapropter quo magis irascibile et concupiscibile fre-

νῦναι, ἀνδρὸς ἂν εἴη εὐσεβοῦς καὶ νοῦν ἔχοντος· οὐκοῦν καὶ ὑμᾶς ἔδει τοῦτο ποιεῖν· καὶ μὴ ἁπλῶς βρενθυνομένους τὴν ὑμετέραν πίστιν ὡς φῶς παρὰ θεοῦ ποιηθεῖσαν καὶ δοθεῖσαν ἀποφαίνεσθαι· ὅθεν ἡμεῖς μᾶλλον τῆς ὑμετέρας πίστεως τὴν πλάνην καὶ τὸ ψεῦδος, καὶ τῆς ἡμετέρας τὴν ἀλήθειαν καὶ τὸν κόσμον μετὰ ἀποδείξεως παραθεῖναι πειρασόμεθα.

ζ. Ἅπασι τοῖς νοῦν ἔχουσιν ὡμολόγηται ὅτι πίστις μὲν εὔχρηστος καὶ ὠφέλιμος καὶ ὡς φῶς οὖσα καθέστηκεν· καὶ τοὺς ταύτην ἐπισπωμένους θεῷ οἰκειοῦσθαι παρεγγυᾷ· ἧς τὰ θεσπιζόμενα τῶν χειρίστων καὶ βλαβερῶν τὴν ἀπόθεσιν ἔχει, καὶ τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων ἀπὸ τῶν παρὰ φύσιν ἐπὶ τὰ κατὰ φύσιν καὶ ὑπερφυῆ μετατίθησιν· ἧς δὲ τὰ θεσπιζόμενα τῶν καλῶν τὴν ἀπόθεσιν, καὶ τῶν φαύλων τὴν οἰκείωσιν ἐπαγγέλλεται, καὶ τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων ἀπὸ τῶν κατὰ φύσιν ἢ καὶ ὑπερφυῶν ἐπὶ τὰ παρὰ φύσιν κατασπᾷ, αὕτη πάντως δύσχρηστός τε καὶ βλαβερὰ, καὶ ἥκιστά τις τῷ θεῷ προσοικειοῦσθαι δι' αὐτῆς δύναται. Ἐπεὶ οὖν καὶ ἡ ὑμετέρα πίστις τῶν φαύλων τὴν οἰκείωσιν, καὶ τῶν καλῶν τὴν ἀπόθεσιν προθεσπίζει, καὶ ἐκ τῶν ὑπερφυῶν, ἢ καὶ κατὰ φύσιν, ἐπὶ τὰ παρὰ φύσιν τοὺς ταύτην ἐπισπωμένους κατασπᾷ, φανερὸν ὅτι δύσχρηστός τε καὶ βλαβερὰ, καὶ οὐδεὶς δι' αὐτῆς τῷ θεῷ οἰκειοῦται· καὶ ὅτι τοῦτο ἀληθὲς, ἐντεῦθεν ἄθρει· τὸ παρὰ φύσιν πάντες ἴσασιν εἰδήμονες μετάθεσιν εἶναι τοῦ κατὰ φύσιν ἐπὶ τὸ χεῖρον· τὸ δὲ ὑπὲρ φύσιν, μετάθεσιν ἀπὸ τοῦ κατὰ φύσιν ἐπὶ τὸ κρεῖττον· εἰ οὖν ὁ ἄνθρωπος μέσος πως δεδημιούργηται τῆς αἰσθητῆς φημι κτίσεως καὶ νοητῆς, καὶ διὰ τοῦτο ἑκατέρας τῆς τε ἀλόγου φύσεως καὶ ἀγγελικῆς ἐπικοινωνεῖ· καὶ τῆς μὲν ἀγγελικῆς κοινωνεῖ κατὰ τὸ λογιστικόν τε καὶ τὸ διακριτικόν· τῆς δ' αὖ ἀλόγου, κατὰ τὸ θυμικὸν καὶ ἐπιθυμητικόν· πεφύλακται δὲ καὶ διατετήρηται κατὰ φύσιν ὁ ἄνθρωπος, ὅτ' ἂν τὸ λογιστικὸν τοῦ θυμικοῦ τε καὶ ἐπιθυμητικοῦ ἄρχῃ. ἔτι γε μὴν καὶ τῇ ἀγγελικῇ φύσει οἰκειοῦται μᾶλλον, καὶ πρὸς τὰ ὑπερφυῆ ἄνεισιν, ἡνίκα τὸ ἄλογον μέρος τῆς ψυχῆς ὑποπιάζεται καὶ ὑποθλίβεται· ὅτ' ἂν δ' οὖν τὸ ἐναντίον ἐν αὐτῷ καθορᾶται, καὶ τὰ μὲν πάθη τοῦ λόγου ἐπικρατεῖ, ὁ δὲ λόγος ὑπηρετεῖ, τοῦτο δὲ συμβαίνει ἀνενδοιάστως ἐπὶ τῶν ἀκολάστως ἢ καὶ φονικῶς βιούντων, φανερὸν ὅτ' ἂν τὰ χείρονα διαπράττηται, ἐκ τῶν κατὰ φύσιν ἢ καὶ ὑπερφυῶν, ἐπὶ τὰ παρὰ φύσιν κάτεισιν· ὅθεν ἔστιν ἂν μᾶλλον τὸ θυ-

cod. f. 225. cod. f. 226.

μικόν τε καὶ ἐπιθυμητικὸν ἄνετον ἐστὶν, τοσοῦτον καὶ τὰ πάθη σκαίρει· καὶ ὅσον ἂν μᾶλλον σκαίρῃ, τοσοῦτον καὶ ἐπαύξεται· καὶ ὅσον ἂν ἐπαύξηται, τοσοῦτον ὁ ἄνθρωπος τοῖς ἀλόγοις ζώοις ἐπικοινωνεῖ· καὶ τοῦτο ποιῶν σπεύδει ἀποκτηνωθῆναι· διά τοι τοῦτο καὶ ὁ προφητικὸς λόγος τὸν ἐν τοῖς πάθεσι κυλινδούμενον ἄνθρωπον, ἀφομοιωμένον τοῖς κτήνεσιν ὧδε ἀποφαίνεται· «ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν οὐ συνῆκε, παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς*.»

* Ps. XLVIII. 13.

η'. Ἐπεὶ οὖν ἡ ὑμετέρα πίστις ἐπαγγέλλεται καὶ προθεσπίζει τὸν ἀκόλαστον βίον, καὶ τῶν παθῶν τὴν αὔξησιν καὶ ἐπικράτειαν, ἤπερ τοῦ λόγου, καὶ πρὸς τὰ χείρω κεχηνέναι τοὺς ἀνθρώπους προσωθεῖ, τοῦτο δέ ἐστι τὸ ἐκ τῶν κατὰ φύσιν καὶ ὑπερφυῶν ἐπὶ τὰ παρὰ φύσιν τοὺς ἀνθρώπους κατασπᾷν· ὡμολόγηται δὲ ἡμῖν ὅτι ἧς τὰ θεσπιζόμενα τοιαῦτα καθίσταται, βλαβερά ἐστι καὶ δύσχρηστος, καὶ οὐδεὶς δι' αὐτῆς οἰκειοῦται Θεῷ· συνάγεται ἄρα ὅτι ἡ ὑμετέρα τῶν Σαρακηνῶν πίστις, σκότος μᾶλλον ἤπερ φῶς, καὶ οὐδεὶς δι' αὐτῆς τῷ Θεῷ οἰκειοῦται· εἰ δὲ τοῦτο, οὐδὲ παρὰ Θεοῦ δέδοται, καὶ μάτην ἐπὶ τὴν ψευδώνυμον πίστιν, μᾶλλον δὲ εἰ χρὴ τἀληθὲς εἰπεῖν, ἀπιστίαν ἐπαυχῇ καὶ ἐπαίρῃ καὶ ἡμᾶς προσκαλῇ. Ἐπειδὴ δὲ καὶ ἡ ἡμετέρα πίστις, τὸ ἐναντίον τῆς ὑμετέρας ἐπαγγέλλεται, ἐκείνη μὲν ἀκολασίαν, αὕτη σωφροσύνην· ἐκείνη γαστριμαργίαν, αὕτη ἐγκράτειαν· ἐκείνη ἀσωτίαν, αὕτη ἐλευθεριότητα, δέδεικται δὲ ἐκείνη ἄχρηστος καὶ βλαβερὰ καὶ οὐ Θεῷ οἰκειοῦσα, διὰ τὸ τοῖς ἀλόγοις μᾶλλον κοινωνεῖν παρασκευάζουσα, φανερὸν ὅτι ἡ ἡμετέρα εὔχρηστος καὶ ὠφέλιμος καὶ Θεῷ οἰκειοῦσα, διὰ τὸ τοὺς ἀνθρώπους μᾶλλον τοῖς ἀγγέλοις ἐπισυνάπτειν· διὸ μᾶλλον ἡμῖν ἐστιν ἀραρότως φθέγγεσθαι, ὅτι οὐκ ἔστι πίστις παρὰ τὴν ἡμετέραν τῶν Χριστιανῶν, δι' ἧς δύναταί τις Θεῷ οἰκειωθῆναι, καὶ τῶν καλῶν ἐν μετουσίᾳ γενέσθαι. Καὶ ταῦτα μὲν περί τε τῆς ὑμετέρας καὶ ἡμετέρας πίστεως ἀποχρώντως ὧδε λελέχθω.

cod. f. 287.

θ'. Παρακατιὼν δὲ μικρὸν πειρᾶσαι δεῖξαι τὸν ἄνθρωπον μὴ κατ' εἰκόνα Θεοῦ καὶ ὁμοίωσιν διαπεπλάσθαι, ὡς ἡμεῖς τῇ κατὰ Μωυσέα ἱστορίᾳ καὶ αὐτοῖς τοῖς πράγμασι πειθόμενοι πρὸς σὲ γεγράφαμεν· διὸ καὶ μετ' εὐλόγου αἰτίας δοκεῖς γράφειν οὕτως. «Ὁ Θεὸς ἀνεκδιήγητός ἐστι καὶ » ἀπεριόριστος καὶ ἀπερίληπτος· ἀεὶ γὰρ ἦν ὁ » Θεὸς, καὶ ὅμοιος αὐτῷ οὐκ ἦν· τὸ γὰρ ὕψος

no carent, tanto magis passiones exsiliunt; et quo magis hae exsiliunt, eo plus augentur; et quo magis augentur, tanto plus homo irrationalibus brutis communicat; quod dum facit, ad beluinam conditionem festinat. Propterea et propheticus sermo volutantem se in passionibus hominem, iumentis similem, esse definit: « homo quum in honore esset, non intellexit; comparatus est iumentis insipientibus, et similis factus est illis. »

8. Quoniam itaque vestra fides proponit et lege sancit intemperantem vitam, et passionum incrementum potius atque dominium, quam rationis, et ad deteriora inhiare homines impellit; hoc nimirum est quod diximus, a naturalibus et supernaturalibus ad illa quae naturae adversantur pertrahere. Est autem apud nos in confesso, fidem illam, cuius statuta huiuscemodi sunt, noxiam esse pravamque, ac neminem per illam ad Deum accedere. Ergo concluditur, fidem vestram, o Saraceni, tenebras potius dicendam quam lucem, ac neminem per ipsam ad Deum accedere. Quod si ita est, ne a Deo quidem data fuit: tuque temere de hac falsi nominis fide, vel ut verius dicam infidelitate, gloriaris et extolleris nobisque obloqueris. Quoniam vero nostra fides contrarium vestrae praescribit; nam vestra luxuriam, nostra pudicitiam; vestra ingluviem, nostra temperantiam; vestra luxuriam, nostra ingenuitatem; eu demonstratum fuit vestram esse pravam et noxiam, neque Deo conciliantem, propterea quod brutis potius communicare facit. Exploratum est itaque, nostram bonam esse et utilem, et Dei nos familiares efficientem, quia homines ad angelorum conditionem extollit: ideoque possumus confidenter dicere, nullam esse fidem praeter nostram qui Christiani sumus, cuius ope potest quispiam Deo propinquare, verumque bonum participare. Atque hactenus de vestra nostraque fide satis dictum sit.

9. Paulo autem progressus, ostendere niteris hominem nequaquam ad Dei imaginem ac similitudinem fuisse creatum; uti nos Moysis historiae et rebus ipsis credentes, ad te scripsimus. Quare cum specioso praetextu sic videris scribere. « Deus inenarrabilis est, indefi- » nibilis, incomprehensibilis. Semper enim » fuit Deus, nemoque similis ei est. Nam cel-

« situdo eius infinita est, isque plasma suum « fecit absque ulla sui similitudine. » Ex quo videris concludere, hominem haud fuisse creatum ad imaginem ac similitudinem Dei. Nam quia Deus incomprehensibilis est et invisibilis et similia, nullaque res ei comparabilis est; patet ne hominem quidem, quoniam inter res existentes est, ad Dei imaginem ac similitudinem factum. Haec sunt verba hominis Deo legem statuentis eiusque creationibus, nihil tamen verum dicentis. Profecto si nos dum hominem ad Dei imaginem ac similitudinem factum adfirmamus, substantiae similitudinem diceremus, quae et indifferens, immo eadem, cum Deo esset; et mox Deum confiteremur inenarrabilem, indefinitum, incomprehensibilem et immensum, cum nulla res existens talis sit, nobismet ipsi contradiceremus, et quod tu scribis videretur probabile. Nunc quia non substantiae similitudinem intelligimus, cum hominem ad Dei imaginem ac similitudinem factum dicimus; sed potius analogiam erga Deum, quae etiam in creaturis invenitur; nihil absonum est, nos scribere hominem ad imaginem Dei ac similitudinem fuisse formatum. Hanc enim confessionem nobis suadet Moysis historia de mundi genesi. Ideo ad imaginem dicimus, secundum liberam voluntatem et arbitrium. Praeterea in homine est mens, verbum, ac spiritus. Mens quidem, verbi nostri genitrix: verbum mentis genimen: et spiritus per verbum profertur. Et quemadmodum nulla mens irrationalis existit, id est absque verbo; ita ne verbum quidem irrationale ullum, id est sine mente, invenitur: sed una coëxistunt, neque alterum alteri antecedit. Si etiamverbum sine spiritu non est; neque spiritus, qui voce exprimitur, sine verbo est.

10. Quoniam itaque supersubstantialis et increata substantia, cuiusmodi Deus est, in personis tribus spectatur, patre videlicet, filio, et spiritu sancto, ut iam nos demonstravimus recteque credimus; nostra quidem mens, verbi quod intra nos est genitrix, analogiam habet ad Deum patrem, qui sempiternaliter et intemporaliter filium suum genuit. Verbum autem, quod intra nos est, analogiam habet ad illum, qui ex Deo patre sine fluxu et passione genera-

» αὐτοῦ ἀόριστόν ἐστιν· ὃς ἔπλασε τὸ πλάσμα » αὐτοῦ χωρὶς τῆς ὁμοιότητος τῆς πρὸς αὐτόν· » ὡς ἐντεῦθεν δοκεῖς συνάγειν, ὅτι ὁ ἄνθρωπος οὐ πέπλασται κατ' εἰκόνα Θεοῦ καὶ ὁμοίωσιν· ἐπεὶ γὰρ ὁ Θεὸς ἀπερίληπτός ἐστι καὶ ἀόρατος καὶ ἀόριστος καὶ τὰ παραπλήσια, καὶ οὐδὲν τῶν ὄντων ἔοικεν αὐτῷ, δῆλον ὅτι οὐδὲ ὁ ἄνθρωπος, ἐπειδὴ καὶ αὐτός τι τῶν ὄντων ἐστίν· εἰ δὲ τοῦτο, κατ' εἰκόνα Θεοῦ καὶ ὁμοίωσιν οὐ γεγένηται· Ταῦτα νομοθετοῦντός ἐστιν ἐπὶ Θεοῦ καὶ τῶν αὐτοῦ κτισμάτων, τὸ ἀληθὲς δὲ οὐδαμῶς λέγοντος· διὸ εἰ μὲν τὸν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα Θεοῦ καὶ ὁμοίωσιν ἡμεῖς λέγοντες γεγενῆσθαι, τὴν κατ' οὐσίαν ὁμοίωσιν ἐλέγομεν, ἥτις τὸ ἀπαράλλακτον καὶ ταυτὸν τῆς οὐσίας πρὸς τὸν Θεὸν ἔχει· εἶτα τὸν Θεὸν ὁμολογοῦντες ἀνεκδιήγητον καὶ ἀπερίοριστον καὶ ἀκατάληπτον καὶ ἄπειρον, καὶ οὐδὲν τῶν ὄντων τι τοιοῦτον, τάχα ἂν εἰς ἑαυτοὺς περιεπίπτομεν, καὶ εἶχεν εὔλογον τὸ παρὰ σοῦ γραφόμενον. Ἐπεὶ δὲ οὐ τὴν κατ' οὐσίαν ὁμοίωσιν ἐν τῷ λέγειν ἡμᾶς τὸν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα Θεοῦ καὶ ὁμοίωσιν γεγενῆσθαι ἐκλαμβάνομεν, ἀλλὰ τὴν τὸ ἀνάλογον ἔχουσαν πρὸς Θεόν, ἣ καὶ ἐπὶ τῶν κτισμάτων εὕρηται, οὐδὲν ἀπεικὸς ἔνεστιν ἡμᾶς γράφειν, ὅτι ὁ ἄνθρωπος κατ' εἰκόνα Θεοῦ καὶ ὁμοίωσιν πέπλασται 1)· τοῦτο γὰρ καὶ πείθει ἡμᾶς ὁμολογεῖν ἡ κατὰ Μωϋσέα τῆς γενέσεως τοῦ κόσμου ἱστορία· διὸ κατ' εἰκόνα μὲν φαμέν, κατὰ τὸ ἀρχικόν * τε καὶ αὐτεξούσιον. Ἔτι γε μὴν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ ἐστὶ νοῦς καὶ λόγος καὶ πνεῦμα· καὶ ὁ μὲν νοῦς, γεννήτωρ ἐστὶ τοῦ ἐν ἡμῖν λόγου· ὁ δὲ λόγος, γέννημά ἐστι νοός· καὶ τὸ πνεῦμα διὰ τοῦ λόγου ἐκδίδοται· καὶ ὥσπερ δίχα λόγου νοῦς ἄλογος οὐκ ἔστιν, οὕτω καὶ ὁ λόγος δίχα νοὸς ἄνους οὐχ εὕρηται, ἀλλ' ἅμα συνυπάρχει, καὶ οὐ προτερεύει θάτερος θατέρου· ὁμοίως δὲ καὶ ὁ λόγος, ἄνευ πνεύματος οὐκ ἔνεστιν, οὐδὲ τὸ πνεῦμα τὸ εἰς φωνὴν ἐκτυπούμενον ἄνευ λόγου.

ι'. Ἐπεὶ οὖν ἡ ὑπερούσιος καὶ ἄκτιστος οὐσία, ἥτις ἐστὶν ὁ Θεός, ἐν τρισὶν ὑποστάσεσι θεωρεῖται, ἔν τε τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ καὶ τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ ὡς ἡμῖν ἀποδέδεικται καὶ καλῶς πιστεύεται, ἀναλογεῖ μὲν ὁ καθ' ἡμᾶς νοῦς, γεννήτωρ ὢν τοῦ ἐν ἡμῖν λόγου, τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ τῷ ἀϊδίως καὶ ἀχρόνως τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν γεννήσαντι· ὁ δὲ λόγος ὁ ἐν ἡμῖν, γέννημα ὢν τοῦ ἐν ἡμῖν νοός, ἀναλογεῖ τῷ ἐκ τοῦ Θεοῦ ἀρρεύστως καὶ ἀπαθῶς γεννηθέντι υἱῷ καὶ Θεῷ ἀληθινῷ

cod. f. 229.

cod. f. 229.

* ita cod.

1) De homine ad imaginem Dei formato infinita prope dixerunt in commentariis suis patres ecclesiae, et quidem praecipue Anastasius sinaita. Quibus nunc praeclarus et peracutus theologus noster accedit Nicolas.

ὄντι· τὸ δὲ ἐν ἡμῖν πνεῦμα, τῷ πνεύματι ἁγίῳ, τῷ ἐκ πατρὸς μὲν ἐκπορευομένῳ, καὶ δι᾽ υἱοῦ τοῖς οὖσιν ἐκχεομένῳ καὶ διαδιδομένῳ· καὶ κατὰ τοῦτο πάλιν λέγεται ὁ ἄνθρωπος κατ᾽ εἰκόνα Θεοῦ πεπλάσθαι· καθ᾽ ὁμοίωσιν δὲ πάλιν φαμὲν τὸν ἄνθρωπον Θεοῦ γεγενῆσθαι, διὰ τὴν τῶν ἀρετῶν τελείωσιν, καὶ τῶν ἀγαθῶν τὴν μετουσίαν· ἐπειδὴ πάντα ὅσα πρώτως καὶ ἀναιτίως ἡ δημιουργὸς αἰτία, ὅπερ ἐστὶν ὁ Θεὸς, ταῦτα δευτέρως καὶ μεθεκτῶς καὶ αἰτιατῶς ὁ ἄνθρωπος· οἷον ἔστι τὸ πρῶτον καὶ ὑπερούσιον, ζωὴ, φῶς, σοφὸς, δυνατὸς, ἀγαθὸς, πρᾶος, δίκαιος· ἔστιν καὶ οὗτος σοφὸς, καὶ ζωὴ, καὶ δυνατὸς, καὶ ἀγαθὸς, καὶ πρᾶος, καὶ δίκαιος ὁ ἄνθρωπος· ἀλλὰ φύσει μὲν ὁ Θεὸς καὶ οὐσιωδῶς, θέσει δὲ καὶ χάριτι καὶ ἐπουσιωδῶς ὁ ἄνθρωπος· εἰ δὲ τοῦτο, εἰκότως καθ᾽ ὁμοίωσιν τοῦ Θεοῦ γεγενῆσθαι τὸν ἄνθρωπον φαμὲν, τὸ ἐξ ἀνακλάσεως *, ἔσχατον ἀπήχημα φέροντα. Καὶ οὕτω πάλιν ἠλίθιον ἀνέφανε τὸ παρὰ σοῦ γραφέν.

cod. f. 230.

* ita cod.

tus fuit filius Deus verus. Spiritus denique noster analogiam habet ad sanctum spiritum, qui a patre procedit, et per filium in creaturas effunditur ac diribetur. Secundum haec, inquam, homo dicitur ad imaginem Dei formatus. Ad similitudinem praeterea dicimus Dei hominem factum propter virtutum exercitium, et bonorum participationem: quia quae primitus et non causaliter habet causa creatrix, id est Deus, eadem secundo et partiario et causaliter habet homo. Nempe Deus primigenius est et supersubstantialis, vita, lux, sapiens, potens, bonus mitis, iustus. Est vero et homo sapiens, vita, potens, bonus, mitis, iustus; sed naturaliter quidem ac substantiatiter talis est Deus; adoptione autem, et gratia, et non essentialiter, homo. Quae cum ita sint, merito nos dicimus hominem ad similitudinem Dei factum, ita ut extrema veluti repercussionis echo sit. Atque ita denuo futile demonstratum est scriptum tuum.

ιαʹ. Μεταβαίνων δὲ ἀπ᾽ ἄλλο τῶν παρ᾽ ἡμῶν γραφέντων, καὶ τοῦτο πειρώμενος ἀναιρεῖν, πάλιν γράφεις. « Θεωροῦμεν τὰ εἴδη τῶν θηρίων » ὅτι ὁ ἰσχυρότερος ἐπανίσταται κατὰ τοῦ ἀσθενεστέρου, καὶ ὁ μείζων κατὰ τοῦ ἐλάσσονος, » καὶ ὁ κρείττων κατὰ τοῦ χείρονος, καὶ πολλάκις ποιεῖται τροφὴν αὐτοῦ· ἔστιν ὅτε καὶ » διαφθείρει αὐτὸν, ἀντιζηλῶν τοῦ διωχθῆναι » αὐτὸν ἀπὸ τῆς κοίτης αὐτοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς. » Ἐνταῦθα δοκεῖς ἠγνοηκέναι τὰς ἀποδείξεις, πῶς δεῖ προάγειν, καὶ πῶς οὐ δεῖ· εἰ μὲν γὰρ τὸ παρ᾽ ἡμῖν γραφὲν περὶ παντὸς ἀλόγου ζώου, πρός τε τὸ ὁμογενὲς ἢ καὶ ἑτερογενὲς, τὸ συναλίζεσθαί τε καὶ ἑνοῦσθαι ὑπισχνεῖτο, διὰ τὴν πρὸς ἄλληλα ἡμερότητα, ὡς φειδόμενα τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας· εἶτα ἐπί τινων ζῴων τοῦτο εὑρὼν οὐ μὴ θεωρούμενον, μᾶλλον δὲ τὸ ἐναντίον τὸ ἐπανίστασθαι καὶ διαφθείρειν καὶ ἀποδιώκειν τὸν ἰσχυρότερον τὸ ἀσθενέστερον, καὶ τὸν κρείττονα τὸν χείρονα, ἃ καὶ ἐν τῷ σῷ γράμματι παρετίθεις, οἷον λέοντα φημὶ καὶ ἄρκον καὶ τὰ παραπλήσια, εἶχες ἂν γενναίως τὸν ἡμέτερον λόγον ἀναιρεῖν· ἐπεὶ δὲ τὸ παρ᾽ ἡμῖν γραφὲν οὐ περὶ παντὸς ἀλόγου ζῴου τοῦτο ἐπαγγέλλεται, καὶ ματαιολογεῖς, τὸ κακόπλαστον εἰσάγων δρᾶμα καὶ ὑποκρινόμενος· τίνα γὰρ καὶ τῶν μικρὰ συνορᾷν δυναμένων λέληθεν, ὅτι οὐχ ἅπαντα τὰ εἴδη τῶν ζῴων συναλίζεσθαι καὶ συνδιαιτᾶσθαι πρὸς ἄλληλα πέφυκε; τῶν γὰρ ζῴων τὰ μέν εἰσι μοναδικὰ, τὰ δὲ ἀγελαῖα· καὶ τῶν ἀγελαίων τὰ μὲν ὑφ᾽

cod. f. 231.

11. Deinde tu, ad alium libelli mei locum transiens, cumque pessumdare nitens, rursus scribis « Cernimus in ferarum speciebus, fortiorem insurgere contra infirmiorem, maiorem » adversus minorem, potiorem adversus deteriorem. Et illae has saepenumero sibi pabulum faciunt: interdum et lacerant, zelotypia » quadam ex ipsarum cubilibus pellendi, et reliqua. » Hoc loco ignorare videris quomodo argumenta proferri oporteat, vel secus. Nam si quod nos scripsimus de omni animali, quatenus homogenea sunt vel heterogenea, id una etiam conversari et congregari illas adfirmaret, propter mutuam mansuetudinem, et conservandae salutis curam; tu vero in nonnullis animalibus haud tale esse observasti, immo et contrarium, nempe adversari et mutuo lacerari, et quod debilius est a validiore opprimi, et deterius a potiore, quae tu in scripto tuo posuisti, veluti fit a leone, urso, et similibus; posses equidem sermonem nostrum fortiter perimere. Sed quia quod scripsimus non de omni irrationali animali loquitur; stulte blateras, male confictum drama inducens, et quasi personatus agens. Quis enim vel minima perspicacia praeditus ignorat, non omnia animalium genera naturaliter esse comparata ut congregentur et socialem vitam sectentur? Namque animalium alia sunt solivaga, alia gregalia; rursusque gregalium alia sub gubernatore ordinantur, alia

secus. Utraque vero haec partim sunt civilia, partim minime, sicut ipsorum physiologiae atque historiae docent. Si ergo alia sunt solivaga, alia minime; constat comparatum esse a natura ut partim congregentur cum homogeneis suis, partim secus. Quod si ita est, nemo sana mente pollens, aut putat aut scribit, omnia animalia inter se congregari solere et simul vivere. Ne nos quidem itaque hoc diximus. Sed quia maxime propria nota et characteristica inest animali praecipue sociali, ratiocinium et prudentia et cum ratione iudicium, propterea sermone quoque exteriore indiget homo, ut arcane repositas cogitationes in externam lucem educat, et cum proximis communicet. Quo fit, ut naturaliter homo sit cicur animal, et apprime sociale. Ceteris vero cunctis animalibus sodalitas et naturalis mansuetudo principaliter non inest: sed tamen in nonnullis cernitur conversandi et simul vivendi atque communicandi studium. Sed multo magis hoc inter homines constitutum est. Nam si quod minus esse videtur, tamen est; multo magis quod amplius est: quanto scilicet convenientius utiliusque est conversari simulque vivere cum homogeneo suo hominem, animal nimirum praecipue sociale, et suapte natura cicur. Hoc enim et nos prae oculis habentes, vobis scripsimus.

12. Denuo progrediens ad alium scripti nostri locum, eumque refutare conniteus, ita scribis. » Caedium aliae licitae sunt, aliae illicitae. Il» licitum est, prout reapse a Deo vetatur, oc» cidere fidelem privato proposito: legitimum » autem est occidere eum qui dandum censet » Deo sodalem, et hunc pari potentia praedi» tum confingit. » Haec dum scribis, indoctum te et omnium rerum ignarum exhibes. Etenim non intelligis, omnem caedem, quatenus caedes est, vitandam esse et aversandam, utpote malam. Porro nullum malum licet. Quod autem mala res sit caedes, hinc fiet manifestum: omnis caedes, quatenus caedes est, destructio est hominis, sive causa est destruendi hominis. Homine autem nihil pulcrius meliusve in terra versatur; siquidem praecipua est creatarum a Deo in terra rerum. Concluditur ergo, omnem caedem, quatenus caedes est, boni alicuius destructionem esse, vel causam destructionis. Quod si ita est,

ἡγέμονι τάττονται, τὰ δὲ οὔ· ἑκατέρων δὲ τούτων τὰ μέν εἰσι πολιτικά, τὰ δὲ οὔ· ὡς αἱ περὶ αὐτῶν φυσιολογίαι καὶ ἱστορίαι ἐκδιδάσκουσιν· εἰ οὖν τὰ μέν εἰσι μοναδικά, τὰ οὔ, φανερὸν ὅτι τὰ μὲν συναλίζεσθαι μετὰ τῶν ὁμογενῶν πέφυκε, τὰ δὲ μή. εἰ δὲ τοῦτο οὕτως ἔχει, οὐδεὶς ἂν ἀδιάστροφον φρένα ἔχων, οὔτε νοεῖ οὔτε γράφει τὸ, πάντα τὰ ζῷα ἔχει τὸ συναλίζεσθαι πρὸς ἄλληλα καὶ συνδιαιτᾶσθαι· ὅθεν οὐδὲ ἡμεῖς· ἀλλ' ἐπειδὴ ἰδιαίτατον γνώρισμα καὶ χαρακτηριστικὸν ἔνεστι τοῦ κυρίως κοινωνικοῦ ζῴου, ὅ τε λόγος καὶ ἡ φρόνησις καὶ ἡ μετὰ λόγου κρίσις, διά τοι τοῦτο καὶ λόγου τοῦ ἔξωθεν ἐδεήθη ὁ ἄνθρωπος, ὡς ἂν τὰ ἐν βάθει κείμενα νοήματα εἰς φῶς ἔξωθεν ἄγηται καὶ τοῖς πέλας κοινοποιῆται· ὅθεν καὶ φύσει ἥμερον ζῷον ὁ ἄνθρωπος, καὶ κοινωνικὸν ζῷον κυρίως ἐνταῦθα ἐστίν· ἐν δὲ τοῖς ἀλόγοις ζῴοις ἅπασι τό τε κοινωνικὸν καὶ φύσει ἥμερον κυρίως οὐκ ἔνεστιν· εὕρηται δὲ ὡς ἐπί τινων τῶν ἀλόγων ζῴων τοῦτο συναλίζεσθαι καὶ συνδιαιτᾶσθαι καὶ κοινοποιεῖσθαι· πολλῷ μᾶλλον καὶ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων τοῦτο θεμιτὸν ἂν εἴη· εἰ γὰρ τὸ ἧττον δοκοῦν ὑπάρχειν ὑπάρχει, πολλῷ μᾶλλον καὶ τὸ μᾶλλον· ὅπερ προσῆκον ἐστὶ καὶ μᾶλλον ὀφείλει τὸ συναλίζεσθαι καὶ συνδιαιτᾶσθαι πρὸς τὸ ὁμογενὲς τὸν ἄνθρωπον ὡς κοινωνικὸν ζῷον κυρίως καὶ ἥμερον φύσει· εἰς τοῦτο γὰρ καὶ ἡμεῖς ἀφορῶντες πρὸς ὑμᾶς γεγράφαμεν.

cod. f. 212.

ιβʹ. Καὶ πάλιν δὲ μεταβαίνων ἐφ' ἕτερον τῶν παρ' ἡμῖν γραφέντων, καὶ τοῦτο ὡσαύτως πειρώμενος ἀνασκευάζειν, γράφεις ὧδε. « Τῶν φόνων οἱ » μέν εἰσι θεμιτοί, οἱ δὲ ἀθέμιτοι· καὶ ἀθε» μιτόν ἐστιν, ὃ ἀποτέτραπται παρὰ θεοῦ, τὸ » φονεύειν πιστὸν τῇ ἰδίᾳ προαιρέσει· ἔννομον » δὲ καὶ θεμιτόν, τὸ φονεύειν τὸ δοξάζοντα συγ» κοινωνὸν τοῦ θεοῦ 1) καὶ ἀναπλάττοντα ἰσο» δύναμον*. » Ταῦτα μὲν γράφων ὡς ἀμαθῆ καὶ ἀμύητον πάντη τῶν πραγμάτων σεαυτὸν εἰσάγεις· οὐδὲ γὰρ συνῆκας ὅτι πᾶς φόνος, ᾗ φόνος ἐστί, φευκτὸς καὶ ἀποτρόπαιος, εἴπερ κακός· τὸ δὲ κακὸν ἅπαν, οὐ θεμιτόν· καὶ ὅτι κακὸν ὁ φόνος, ἐντεῦθεν δῆλον· πᾶς φόνος, ᾗ φόνος ἐστίν, ἢ φθορά ἐστιν ἀνθρώπου, ἢ φθορᾶς ποιητικός, ἐστιν ἀνθρώπου· ὁ δὲ ἄνθρωπος μᾶλλον καλὸν καὶ μᾶλλον ἀγαθὸν τῶν ἐπὶ γῆς· εἴπερ τὸ πρώτιστον κτίσμα θεοῦ τῶν ἐπὶ γῆς· συνάγεται ἄρα πᾶς φόνος, ᾗ φόνος ἐστίν, ἀγαθοῦ τινος ἢ φθορὰ ἢ φθορᾶς ποιητικόν· εἰ δὲ τοῦτο, καθ' αὑτὸ κα-

cod. f. 221.
Sur. VIII. IX. et alibi.

1) Confer retro p. 333, et p. 350. cum adnotatione.

κόν· τῶν γὰρ ἀγαθῶν αἱ φθοραὶ, καὶ τὰ τούτων φθαρτικὰ, πάντως ἐστὶ κακά· ὥσπερ τῶν κακῶν αἱ φθοραὶ, καὶ τὰ φθαρτικὰ τούτων ἀγαθά· οὕτω γὰρ ἡμῖν αἱ κοιναὶ ἔννοιαι καὶ αἱ φιλοσοφικαὶ μαθήσεις ἐκδιδάσκουσιν· εἰ οὖν πᾶς φόνος, ᾗ φόνος ἐστὶν, δέδεικται ὢν κακὸς, δῆλον ὅτι καὶ οὐ θεμιτός· τὸ γὰρ κακὸν πᾶν, οὐ (cod. f. 234.) θεμιτόν· γίνεται δὲ ἐνίοτε κατὰ συμβεβηκὸς ἀγαθόν· τῶν γὰρ ὄντων τὰ μέν εἰσι καθ' αὐτὰ ἀγαθά· γίνεται δὲ κατὰ συμβεβηκὸς κακὰ, οἷον ἐλεημοσύνη· τὰ δὲ καθ' αὐτὰ μέν εἰσι κακά· γίνεται δὲ κατὰ συμβεβηκὸς ἀγαθὰ, οἷον τὸ ψεῦδος 1)· τὰ δὲ καθ' αὐτὰ μὲν τὸ οὐδέτερον ἔχει· κατὰ συμβεβηκὸς δὲ ἐπαμφοτερίζει, οἷον πλοῦτος, ἰσχὺς, καὶ τὰ παραπλήσια· καὶ τὰ μὲν καθ' αὐτὰ ἀγαθὰ, ἀεὶ μὲν δεῖ γίνεσθαι, ἢ ὡς ἐπὶ τὸ πολύ· τοιαύτη γὰρ ἡ φύσις τῶν καθ' αὑτὸ ἀγαθῶν· τὰ δὲ καθ' αὑτὸ κακὰ, ἔμπαλιν· ἢ ἀεὶ μὲν οὐ δεῖ γίνεσθαι, ἢ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, ἀλλ' ἐπέλαττον· τοιαύτη γὰρ καὶ τούτων ἡ φύσις· τὰ δὲ καθ' αὑτὰ τὸ οὐδέτερον ἔχοντα ἐπ' ἴσης ἔχει τό τε γίνεσθαι καὶ μή. Ἐπεὶ οὖν καὶ φόνος τῶν καθ' αὑτὸ κακῶν ἐστι, τοῦτο γὰρ ἡμῖν ἀποδέδεικται· τὸ δὲ καθ' αὑτὸ κακὸν, κατὰ πρῶτον λόγον, ἢ ὅλως οὐ δεῖ γίνεσθαι, ἢ ὡς ἐπὶ τὸ πολύ· καὶ τοῦτό ἐστι τὸ πρῶτον ἀγαθόν· σπανιάκις δὲ γίνεται κατὰ συμβεβηκὸς ἀγαθόν· καὶ τοῦτό ἐστι τὸ δευτέρως ἀγαθὸν καὶ ἐπέλαττον· τὸ δὲ κατὰ πρῶτον λόγον ἀγαθὸν καὶ ἐπιπλέον, τοῦ κατὰ τὸ δεύτερον καὶ ἐπέλαττον ὄντος, αἱρετώτερον καὶ κρεῖττον ὡς αἱ λογικαὶ ἡμᾶς μέθοδοι ἐκπαιδεύουσι· τὸ μὴ φονεύειν ἄρα, τοῦ φονεύειν, εἰ καὶ κατὰ συμβεβηκὸς ἐνίοτέ ἐστιν ἀγαθὸν, κρεῖττον καὶ αἱρετώτερον· εἰ δὲ τοῦτο, οἱ τὸ φονεύειν ἐφιέμενοι ἀναιρεῖν ἐκ τῶν ἀνθρώπων, κατὰ πολὺ ἂν κρείττονες καὶ τιμιώτεροι δειχθεῖεν τῶν μὴ προαιρουμένων τοῦτο ποιεῖν, ὡς τὸ κρεῖττον ἀγαθὸν ἐφιέμενοι· ἡμεῖς (cod. f. 235.) ἄρα κρείττονες ἀνεφάνημεν διὰ τῆς ἀποδείξεως, τὸν φόνον ἀναιρεῖν ἐκ ποδῶν προαιρούμενοι.

ιγ'. Ὅτι δὲ καὶ ὁ ἐξ ὑμῶν εἰς ἡμᾶς ἐνεργούμενος καθ' ἑκάστην φόνος 2) οὔτε τῶν κατὰ συμβεβηκὸς ἀγαθῶν ἐνδέχεται εἶναι, ἐντεῦθεν δῆ-

caedes per se mala est. Nam bonarum rerum destructiones et harum causae, omnino malae sunt: sicut vicissim malarum rerum destructiones, et harum causae, bonae sunt. Quippe ita communes notiones et philosophicae disciplinae nos docent. Si ergo omnis caedes, quà caedes est, mala esse demonstratur, patet eam ne licitam quidem esse. Nullum quippe malum licet: sed id tamen aliquando per accidens in bonum convertitur. Nam rerum aliae sunt per se bonae, sed fiunt per accidens malae, velut eleemosyna. Aliae per se malae sunt, sed fiunt per accidens bonae, velut mendacium. Aliae denique per se quidem neutrius conditionis, per accidens autem in alterutram partem inclinantur, velut divitiae, vires, et similia. Et eae quidem res quae sunt per se bonae, semper fieri debent, vel certe plerumque: talis enim est rerum per se bonarum natura. Contraria ratio est rerum per se malarum, quae vel numquam fieri debent, vel raro, et minima quantitate. Talis enim est harum natura. Quae denique per se neutrius naturae sunt, perinde est utrum fiant, an secus. Quod autem caedes sit in numero rerum per se malarum, id nos iam ostendimus. Quod vero per se et principaliter malum est, id vel omnino fieri non debet, vel raro; et hoc principaliter bonum est: quod raro autem fit per accidens bonum, id secundo loco bonum est ac minimum. Iamvero quod est primigenia ratione bonum et gradu maiore, illo certe quod est secundo loco bonum et gradu minore, optabilius est et melius, prout nos logicae regulae erudiunt. Ergo non occidere, melius optabiliusque est quam occidere, etsi hoc postremum quandoque per accidens bonum fit. Quod si ita se habet, ii qui caedem abolere inter homines student, meliores maioreque laude digni apparent, quam hi qui ita se gerere non constituerunt: illi enim melius bonum amplexi sunt. Nos igitur meliores esse exploratum est, qui caedem ex hominibus exterminare studemus.

13. Quod vero quotidiana vestra adversus nos caedes, non sit de bonis per accidens contingentibus, hinc fiet palam. Quod fit per ac-

1) Puta cum aliquis mentitur, ut alicui prosit. Veruntamen id quoque Augustinus reprehendit enarr. in ps. V. n. 7.: *duo sunt omnino genera mendaciorum, in quibus non magna culpa est, sed tamen non sunt sine culpa, cum aut iocamur, aut ut prosimus mentimur. Illud primum etc. Secundum ideo mitius est, quia retinet nonnullam benevolentiam.* Videsis ibi cetera; tum alia plurima huiusmodi apud Augustinum, qui constanter mendacium improbat.

2) Loquitur de superstitiosa et phanatica Mohamedanorum adversus Christianos saevitia, quam, praeter citatas retro suras, videmus etiam in epistola tertia Nicolai patriarchae graeci inter editas a nobis in Spicilegio rom. T. X.

κα΄. Τινὲς δὲ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ ἔφθασαν μέχρι Σαμωσάτων τῆς Ἀρμενίας, καὶ τὸ ζιζάνιον τῆς πονηρίας ἐν αὐτοῖς κατασπείραντες, πολλοὺς τῶν ἐκεῖσε Ἀρμενίων ἠπάτησαν· μετὰ δὲ χρόνους τινὰς τῆς κακίστης σπορᾶς ἡ ῥίζα βλαστήσασα, καρποῦ θανασίμου τοῖς πολλοῖς μετέδωκε, φθάσασα καὶ μέχρι Φαναροίας·[a] γυνὴ γάρ τις ἐκ τῶν Σαμωσάτων Καλλινίκη[b] τοὔνομα, δύο υἱοὺς ἔχει, Παῦλον καὶ Ἰωάννην· τούτους οὖν τοὺς δύο ὄφεις[c] ἡ αὐτῶν γεννήτρια ἔχιδνα ἐκθρέψασα, καὶ τὴν παμμίαρον διδάξασα αἵρεσιν, κήρυκας τῆς πλάνης ἀπέστελεν ἐκ τῶν Σαμωσάτων· οἱ δὲ καταλαβόντες τὴν ἐνορίαν Φαναροίας, ἦλθον εἴς τινα κώμην, καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ οἰκοῦντας ἀμαθεῖς καὶ ἀστηρίκτους εὑρόντες, ἐκεῖσε τὸν ἰὸν τῆς πονηρίας καὶ τὸ πικρὸν ζιζάνιον τοῦ ἐχθροῦ ἐνέσπειραν· διὸ καὶ μέχρι τῆς σήμερον, ἡ μὲν κώμη Ἐπίσπαρις μετωνομάσθη, ἡ δὲ αἵρεσις κατὰ τὴν τῶν κηρυξάντων ὀνομασίαν· καὶ γὰρ ἔκτοτε ἐκ Μανιχαίων, ἐπεκλήθησαν Παυλικιάνοι· οἱ οὖν εὐσεβέστατοι καὶ ὀρθόδοξοι ἡμῶν βασιλεῖς ἵνα μὴ ἐπιπλεῖον διανεμηθεῖσα ἡ λυμώδης στάσις αὕτη, λυμήνηται πολλοὺς τῶν καθ' ἡμᾶς, θεϊκῷ ζήλῳ κινούμενοι τοὺς κατὰ τόπον εὑρισκομένους τῆς ῥωμαϊκῆς ἀρχῆς Μανιχαίους κατὰ καιροὺς ἀποκτέννουσιν (1), κατὰ τὸ ὑπὸ τοῦ κυρίου εἰρημένον ἐν εὐαγγελίοις·* τοὺς μὴ θέλοντάς με βασιλεῦσαι ἐπ' αὐτοὺς, ἐνέγκατε ἔμπροσθέν μου[d], καὶ κατασφάξατε αὐτούς.

κβ΄. Πολλοὶ μὲν οὖν τῆς τοῦ θεοῦ ἐκκλησίας κατὰ καιροὺς ὑπῆρξαν οἱ πολέμιοι, μυριοπλασίονες δὲ ταύτης αἱ νῖκαι τῇ αὐτοῦ χάριτι πάντοτε προσγίνονται· ὁ γὰρ μισόκαλος καὶ τῶν κακῶν ἐφευρετὴς διάβολος ὡς οἷάπερ πάνδεινός τις ἐχθρὸς καὶ ἀνήμερος[e] τὴν ἑαυτοῦ φαρέτραν εἰς μάτην κενώσας ἐν ταῖς πρόσθεν αἱρέσεσι, τὸ χαλεπώτερον αὐτοῦ βέλος ἐν τοῖς ὑστέροις καιροῖς τοῖς ἀνθρώποις ἐπαφίησιν· ἐπειδὴ καὶ πᾶσαν αὐτοῦ τὴν κακίαν

cod. f. 96. — * Luc. XIX. 27. — cod. f. 96. b.

lem detrahi; atque ita Manes finem vitae suae fecit.

21. Nonnulli vero discipulorum eius venerunt usque Samosata Armeniae urbem, pravum illic zizanium serentes, multosque Armeniae incolas deceperunt. Post aliquot annos, pessimae huius sationis radix fructum germinavit mortiferum, ad Phanaroeam usque propaginem porrigens. Nam samosatensi mulieri, cui nomen Callinicae, duo erant liberi Paulus et Iohannes, quos velut angues geminos genitrix vipera enutriens, et nefandam edoctos haeresim, praedicatores erroris Samosatis emisit. Hi vero in finitimam delati Phanaroeam, venerunt in quemdam pagum, cuius incolas rudes et male firmos nacti, venenum ibi nequitiae, et amara diaboli zizania disseminarunt: quamobrem is pagus Episparis (lat. seminarium) appellatur. Haeresis quoque ab his praedicatoribus nomen contraxit; nam ex eo tempore pro Manichaeis dicti sunt Pauliciani. Porro religiosissimi orthodoxique imperatores nostri, ne longius serpendo secta haec pestilens multos nostrorum inficeret, divino zelo commoti quoscumque diversis locis in romana ditione Manichaeos per tempora deprehenderunt, suppliciis adficiebant, iuxta Domini in evangeliis effatum: qui nolunt me regnare supra se, huc adductos coram me interficite.

22. Multi sane extitere per tempora hostes ecclesiae Dei, quae plurimas de his victorias ubique retulit. Nam boni osor malique inventor diabolus, ceu quidam horrendus saevusque hostis, postquam pharetram suam in superioribus haeresibus frustra exhauserat, exitiosiorem sagittam suam his postremis temporibus iaculatus est. Siquidem totam suam malitiam circa saeculorum finem haud occulte sed pu-

a) R. Φαναρίας. — b) R. Καλινίκη — c) R. ὄφις. — d) R. μοι. — e) R. ἀνήμερος.

(1) Praesertim iussu Theodorae augustae, quae imperium pro filio adolescente Michaële III. (cui Basilius successit) administravit. Legesis Cedrenum ed. paris. p. 541.

blice exercere sinetur ab universali Deo prout inspiratae aiunt sacratissimae litterae. Faciet enim, inquiunt, a diabolo instinctus Antichristus signa multa, ita ut decipiantur, si fieri potest, etiam electi. Quare quum in omnibus se haeresibus insolenter gessisset, in hac quidem nefanda Manichaeorum, qui et Pauliciani dicuntur, exultat adeo, ut etiam vulneratis suaserit, quominus vulnera fateri velint, sed etitiale potius venenum tamquam vinum exhilarans combibant. Attamen draco nunc omnium risui prostat cum suis adseclis, ceu puer cui illuditur, postquam eius improbitas debellata fuit, temporibus Basilii et Constantini ac Leonis piorum orthodoxorum magnorumque regum nostrorum. Nam quae olim latebant pessima venena, et cunctis prope hominibus ignota erant, nefandorum scilicet dogmata Paulicianorum, ea nunc publice patent; precibus nimirum, curis indefessis, Deoque acceptis vigiliis, sapientique regimine pacificorum et orthodoxorum magnorumque regum nostrorum. Nam quum superiores omnes principes latuisset occulta nefariae huius haereseos fraus, iustam tamen dominationem sanctorum, magnorumque mundi moderatorum, principum nostrorum, latere non potuit. Oportebat enim haec demum tortuosa mala in triumphum publice duci: et quidem hoc plano regalique processu rectaque via principis revera optimi, summo amore dilecti, omnique aevo propter sua eximia facinora memorandi, cum a Deo coronatis filiis suis, magnis nostris regibus, Constantino et Leone perpetuis augustis. Scilicet

πρὸς τὰ τῶν αἰώνων τέλη οὐκ ἐπικεκρυμμένως ἀλλὰ φανερῶς δρᾶσαι συγχωρηθήσεται παρὰ τοῦ τῶν ὅλων θεοῦ, κατὰ τὰ θεόπνευστα καὶ ἱερώτατα λόγια· ποιήσει γάρ, φησιν, ὁ ὑπὸ τοῦ πονηροῦ ἐνεργούμενος Ἀντίχριστος σημεῖα ὥστε πλανῆσαι εἰ δυνατὸν καὶ τοὺς ἐκλεκτούς·* διὸ ἐν πάσαις ταῖς αἱρέσεσι φρυαξάμενος, ἐν τῇ μυσαρᾷ αἱρέσει τῶν Μανιχαίων τῶν καὶ Παυλικιάνων λεγομένων μεγαλαυχήσας, ὥστε καὶ τοὺς τιτρωσκομένους παραπείσας μὴ ἐξαγορεύειν τὰ τραύματα, ἀλλὰ πίνειν τὰ δηλητήρια καθάπερ οἶνον εὐφρόσυνον· νῦν ὡς γελοῖον τοῖς πᾶσι πρόκειται σὺν τοῖς πειθομένοις αὐτῷ καθάπερ νήπιον ἐμπαιζόμενος· τῆς κακίας αὐτοῦ θριαμβευθείσης ἐν ταῖς ἡμέραις Βασιλείου καὶ Κωνσταντίνου καὶ Λέοντος (1), τῶν εὐσεβῶν καὶ ὀρθοδόξων μεγάλων [a] βασιλέων ἡμῶν· τὰ γὰρ πάλαι κεκρυμμένα κάκιστα [b] δηλητήρια καὶ σχεδὸν πάντας ἀνθρώπους διαλανθάνοντα περὶ τῶν μυσαρῶν Παυλικιάνων, νῦν φανερῶς θριαμβεύονται, ταῖς ἀγρύπνοις προσευχαῖς καὶ ἀκοιμήτοις μερίμναις καὶ θεοδέκτοις ἐγρηγόρσεσι καὶ τῇ ἐπιστημονικῇ ποιμασίᾳ τῶν εἰρηνοποιῶν καὶ ὀρθοδόξων μεγάλων βασιλέων ἡμῶν· πάντας γὰρ τοὺς προβεβασιλευκότας διαλαθὼν ὁ ἐγκεκρυμμένος δόλος τῆς μυσαρᾶς ταύτης αἱρέσεως, τὴν δικαίαν βασιλείαν τῶν κοσμοσυστάτων καὶ ἁγίων μεγάλων βασιλέων ἡμῶν οὐ διέλαθεν· ἔδει μὲν γὰρ ταῦτα τὰ σκολιὰ θριαμβευθῆναι· ἀλλὰ τῆς λείας καὶ βασιλικωτάτης βάσεως καὶ εὐθείας ὁδοῦ βασιλευούσης τῆς ὄντως ἀγαθῆς καὶ ἐπεράστου καὶ εἰς αἰῶνα μνημονευομένης, διὰ πάντα τὰ τίμια αὐτῆς κατορθώματα· ἅμα τῶν θεοστέπτων υἱῶν αὐτῆς, καὶ μεγάλων βασιλέων ἡμῶν, Κωνσταντίνου καὶ Λέοντος, τῶν αἰωνίων

* Matth. XXIV. 24.

cod. f. 97.

a) Deest apud R. μεγάλων. — b) R. κάλλιστα.

(1) Basilium anno sui imperii primo (Christi 867.) augustos fecisse liberos suos Constantinum (qui adolescentulus obiit an. 879.) et Leonem, notissimum est. Cedrenus ed. paris. p. 569. et alii. Itaque hi duo apparent in nummis byzantinis apud Bandurium. Idem Cedrenus loc. cit. aliique narrant a Basilio anno imperii tertio Alexandrum quoque tertio loco genitum purpura fuisse donatum. Iam vero quum noster Siculus heic et alibi duos tantum Constantinum et Leonem dicat cum patre augustos, sequitur ut omnino hanc historiam scripserit anno imperantis Basilii secundo, ante Alexandri, de quo reticet, purpuram. Primo autem Basilii anno non potuit rem scribere, quam ipse nonnisi secundo egit.

αὐγέστων· τῆς γὰρ ἁγίας καὶ μακαρίας ζωαρχικῆς θείας τριάδος ἡ ἰσάριθμος αὕτη τῶν ἁγίων βασιλέων ἡμῶν τριάς, τῷ ἀκηράτῳ φωτὶ λαμπρυνομένη, ἀκτῖνας θεογνωσίας τῇ οἰκουμένῃ ἐκπέμπει, καὶ ταύτην πολυειδῶς εὐεργετοῦσα οὐ διαλιμπάνει· καὶ γὰρ τοῦ μεγέθους τῶν εὐεργεσιῶν αὐτῆς καὶ τὰ ἀλλόγλωσσα καὶ ἀνήμερα ἔθνη αἰσθάνονται (1)· καὶ ταῦτα μὲν ἐπὶ τοσοῦτον.

κγ'. Πῶς δὲ ἄρα ἡ ἀρχὴ τῆς μυσαρᾶς ταύτης αἱρέσεως γέγονεν, ἤδη ἐν τῇ διὰ πλάτους διηγήσει ἡμῖν λέλεκται (2), ἐν οἷς ἐλέγομεν περί τε Μάνεντος καὶ τῶν λοιπῶν καὶ Παύλου τοῦ σαμωσατέως τοῦ υἱοῦ Καλλινίκης τῆς μανιχαίας, ἀδελφοῦ δὲ Ἰωάννου· ἀλλ᾽ ὅμως καὶ οὗτοι περὶ ὧν διηγησόμεθα εἰ κενοφωνίας τινὰς ταῖς προτέραις ἐπισυνῆψαν αἱρέσεσι, καθὼς ἐν τοῖς ἓξ λόγοις ἡμῶν δεδήλωται, ἀλλὰ μαθηταὶ τῶν προηγησαμένων αἱρεσιαρχῶν ὑπῆρξαν γνήσιοι, καθώς περ λεπτομερῶς δηλωθήσεται· τίνες δὲ οὗτοι οἱ νεωστὶ ἀναφανέντες εἰς οὓς οἱ Παυλικιάνοι ἐπερείδονται, καὶ οὓς ἑαυτῶν διδασκάλους ἐπιγράφονται, ἤδη λεκτέον· ἐν ταῖς ἡμέραις Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως τοῦ ἐγγόνος [a] Ἡρακλείου (3), γέγονέ τις ἀρμένιος ὀνόματι Κωνσταντῖνος ἐν τῷ Σαμωσάτῳ τῆς Ἀρμενίας, ἐν κώμῃ Μαναναλὶ λεγομένῃ, ἥ τις κώμη καὶ μέχρι τοῦ νῦν Μανιχαίους ἐκτρέφει· [b] οὗτος διάκονόν τινα αἰχμάλωτον πρὸς τὴν οἰκείαν πατρίδα ἐκ Συρίας ἐπανερχόμενον, ὡς ἀκριβῶς ἐμάθομεν, καὶ τὴν κώμην Μανάναλιν φθάσαντα, ξενίζει ἐπὶ ἡμέρας τινὰς ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ· ὁ δὲ αἰχμάλωτος ἐκ Συρίας βίβλους ἐπιφερόμενος δύο, μίαν τοῦ ἁγίου εὐαγγελίου, καὶ ἑτέραν τὴν τοῦ ἀποστόλου, ταύτας δωρεῖται τῷ Κωνσταντίνῳ, ἀμειβόμενος αὐτὸν τὴν τῆς ξενοδοχίας ἀντάμειψιν· ὁ δὲ λαβὼν τὰς δύο βίβλους τοῦ τε εὐαγγελίου καὶ τοῦ ἀποστόλου, καὶ τὴν

cod. I. 97. b.

haec, quae sanctam et beatam vitaeque auspicem divinam Trinitatem numero exaequat, sanctorum principum nostrorum trinitas, puro lumine illustrata, divinae notitiae radium per terrarum orbem diffundit, eique multimodis prodesse non desinit. Certe beneficiorum eius magnitudinem gentes etiam lingua barbarae, moribusque efferae, sentiunt. Sed haec hactenus.

23. Sane quodnam habuerit nefaria haec haeresis initium, copiose iam diximus, ubi de Manete et aliis, et de Paulo samosatensi, Callinicae manichaeae filio, eiusque fratre Iohanne verba fecimus. Verum et hi, de quibus mox loquemur, etiamsi vana aliquot prioribus haeresibus addidere vocabula, sicut in sex sermonibus a nobis demonstratum est, nihilominus genuini superiorum haeresiarcharum alumni fuerunt, prout singillatim palam faciemus. Quinam porro hi sint nuper exorti, quibus Pauliciani innituntur, quosque ipsi sibi magistros inscribunt, modo dicendum est. Constantino Heraclii nepote imperium tenente, extitit armenius quidam, nomine Constantinus, in samosatensis regionis pago Mananali, qui pagus nunc quoque Manichaeos alit. Hic diaconum quendam captivum, ad patriam suam de Syria revertentem (ut accurate rescivimus) et in pagum Mananalim delatum, hospitem diebus aliquot domi suae habuit. Is autem captivus duos ex Syria libros adtulerat, unum sancti evangelii, alterum apostoli, quos Constantino donavit, hospitii beneficium ei remunerans. Hic autem duobus his evangelii et apostoli acceptis libris, simulque videns impiam suam ac nefariam

a) Ita cod. — b) R. ἐντρέφει.

(1) Innuit Bulgarorum praesertim conversionem sub Basilio imp.

(2) Superius cap. 11. seqq. Utinam vero haberemus vetus opusculum, quem Montfauconius B. MSS. T. I. p. 44. et 69. memorat ex catalogo veteris bibliothecae qui est in codicibus reginae svecae Christinae, olim petavianis! Sic ergo loco cit. *Sancti Salvii episcopi et martyris liber de eo quod Manes non sit auctor haeresis Manichaeorum, sed quidam Scythianus tempore apostolorum.*

(3) Fuit hic Constantinus cognomento Pogonatus, patre Constante, avo Heraclio. Is imperium adiit an. 668.

haeresim omnibus execrationi ac detestationi haberi, propter infamias eiusdem ac turpitudines; capto consilio malum hoc renovandi, statuit instigante daemone, nullum omnino alium legendum esse librum, praeter evangelium atque apostolum, ut ita posset nequitiae suae labem velare; illorum instar qui venenata pharmaca propinantes, melle ea adoperiunt: immo sic etiam, quam ex memoratis Manichaeorum libris singularum blasphemiarum ansam ceperat, eam distortis, cum satanico auxilio, evangelii atque apostoli ad proprium libitum interpretationibus confirmare valeret. Nihilo tamen minus praedictos Manichaeorum libros, ut iam dictum fuit, abolevit; ob id potissimum, quod horum causa librorum, multos gladio videbat interfici. Etenim augusti et orthodoxi nostrae christianae vere gentis imperatores, inter cetera sua recte acta, hoc quoque edixerunt, ut in Manichaeos ac Montanistas gladio animadverteretur; libri autem illorum comperti flammis traderentur; quos si quis celare deprehenderetur, is quidem capitali sententiae subiiceretur, res autem eiusdem familiaris in fiscum redigeretur.

24. Manetis itaque discipulus Constantinus, ut suos discipulos omnino irretitos perderet, et doctrinam suam facilius oggereret, Valentini blasphemias atque praestigias, triginta aeonum inquam atque deorum, praetereaque Cubrici de pluvia confictam mythologiam, qui ait ex formosi iuvenis sudoribus virginem persequentis, pluviam confieri, et nonnulla alia, utpote creditu difficilia, antiquanda curavit; haud sane ut hanc de medio tolleret summam nequitiam, sed ut plures ad se pertraheret. Ceteroqui infamis Basilidae et re-

ἀθέμιστον καὶ μυσαρὰν αὐτοῦ αἵρεσιν βλέπων βδελυκτὴν παρὰ πάντων καὶ φευκταίαν ὑπάρχουσαν διὰ τὰς ἐν αὐτῇ δυσφημίας τε καὶ αἰσχρουργίας, θέλων αὖθις ἀνανεώσασθαι τὸ κακόν, μηχανᾶται ἐκ διαβολικῆς ἐνεργείας μὴ ἀναγινώσκεσθαι ἑτέραν βίβλον τὸ παράπαν, πλὴν τοῦ εὐαγγελίου καὶ τοῦ ἀποστόλου, ὅπως δυνηθῇ δι' αὐτῶν ἐπικαλύψαι τὸ τῆς κακίας βλάβην· ὥσπερ οἱ τὰ δηλητήρια φάρμακα διδόντες πίνειν, διὰ μέλιτος ταῦτα [a] ἐπικαλύπτουσιν· καὶ δὴ ἐκ τῶν μνημονευθεισῶν μανιχαϊκῶν βίβλων τὰς ἀφορμὰς ἑκάστης βλασφημίας παρειληφώς, ἠδυνήθη ἐκ συνεργίας σατανικῆς τὰ τοῦ εὐαγγελίου καὶ τοῦ ἀποστόλου νοήματα ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ, πρὸς τὸ οἰκεῖον διαστρέψαι βούλημα· τὰς δὲ πολλάκις μνημονευθείσας βίβλους τῶν Μανιχαίων ὡς προείρηται ἀπερρίψατο· διὰ τὸ καὶ μάλιστα πολλοὺς ὁρᾶν [b] ἕνεκα αὐτῶν ξίφεσιν ἀποκτεννομένους· [c] οἱ γὰρ θειότατοι καὶ ὀρθόδοξοι ἡμῶν τῶν ὄντως χριστιανῶν βασιλεῖς μετὰ πάντων τῶν ἀγαθῶν αὐτῶν κατορθωμάτων, θεσπίζουσι καὶ τοῦτο, Μανιχαίους καὶ Μοντανοὺς ξίφει τιμωρεῖσθαι· τὰς δὲ βίβλους αὐτῶν εὑρισκομένας, πυρὶ παραδίδοσθαι· εἰ δέ τις φωραθείη ταύτας ἀποκρύπτων, τὸν τοιοῦτον ψήφῳ θανάτου καθυποβάλλεσθαι· τὰ δὲ ὑπάρχοντα αὐτοῦ ἐν τῷ τοῦ δημοσίου εἰσκομίζεσθαι μέρει (1).

cod. f. 98.

κδ'. Ὁ γοῦν τοῦ Μάνεντος μαθητὴς Κωνσταντῖνος ἵνα τοὺς καθητευομένους αὐτοῦ τελείως δελεάσας ἀπολέσῃ, καὶ ποιήσῃ εὐπαράδεκτα τὰ παρ' αὐτοῦ λεγόμενα, τὰς Οὐαλεντίνου [d] βλασφημίας καὶ τερατολογίας, τῶν τριάκοντα αἰώνων φημὶ, καὶ θεῶν, ἔτι δὲ καὶ τὴν τοῦ Κουβρίκου περὶ τοῦ ὑετοῦ πλασματώδη μυθολογίαν, ὅς φησιν ἐξ ἱδρώτων νεανίσκου εὐειδοῦς κατατρέχοντος παρθένῳ γίνεσθαι τὸν ὑετόν, καὶ ἄλλα τινὰ ἀφ' ἑαυτοῦ ὡς δυσπαράδεκτα, ἠθέλησεν ἀποσείσασθαι· οὐχ ἵνα τὴν μεγίστην λωφήσῃ κακίαν, ἀλλ' ἵνα πρὸς ἑαυτὸν πολλοὺς ἐφελκύσηται· Βασιλείδου δὲ τοῦ δυσωνύμου τὰς ἀσχη-

cod. f. 98. b

a) Deest ταῦτα apud R. — b) Cod. ὁρῶν. — c) R. ἀποκτενομένους. — d) Ita cod.

(1) Lex civilis in Photii syntagmate Spicil. rom. T. VII. p. 383: οἱ Μανιχαῖοι ἐσχάτως τιμωροῦνται καὶ δημεύονται: *Manichaei extremo supplicio puniuntur, et eorum bona publicantur.* Ibidem p. 385. poenae extant adversus libros haereticorum.

γέας [a] τε καὶ τὰ μιάσματα, καὶ τῶν λοιπῶν ἁπάντων τὸν δυσώδη ὑποδεξάμενος βόρβορον, ἀναδείκνυται νέος τις ὁδηγὸς ἀπωλείας· ὅθεν ἅπαντες οἱ νῦν περιόντες τῶν Μανιχαίων παῖδες, τὰς δραματουργίας ταύτας ἀγνοοῦντες, προθύμως ἀναθεματίζουσι Σκυθιανὸν, Βουδδᾶν τε, καὶ Μάνεντα, σὺν τῷ κακίας γεγονότας ἀρχηγέτας· Κωνσταντῖνον δὲ τοῦτον τὸν καὶ Σιλουανὸν ἑαυτὸν ὀνομάσαντα, καὶ τοὺς μετ' αὐτὸν ἀναδειχθέντας ὡς ἀποστόλους Χριστοῦ καὶ ἰσοτίμους Παύλου ἡγοῦνται. Οὗτος τοίνυν ὁ Κωνσταντῖνος, ὁ καὶ Σιλουανὸς, τὴν Μανάναλιν καταλείψας [b], ἐλθὼν κατῴκησεν εἰς Κίβοσσαν τὸ κάστρον, πλησίον Κολωνείας, λέγων ἑαυτὸν εἶναι τὸν ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς τοῦ ἀποστόλου ἐμφερόμενον Σιλουανόν· ὃν ἀπέστειλεν ὡς πιστὸν μαθητὴν Παῦλος εἰς [c] Μακεδονίαν· ἐπεδείκνυε [d] δὲ τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ καὶ τὴν τοῦ ἀποστό- (cod. f. 99.) λου βίβλον ἥνπερ εἴληφεν παρὰ τοῦ προμνημονευθέντος διακόνου τοῦ αἰχμαλώτου, λέγων· ὑμεῖς ἐστε οἱ Μακεδόνες, ἐγὼ δέ εἰμι Σιλουανὸς ὁ ὑπὸ Παύλου ὑμῖν ἀποσταλείς· καὶ τοῦτο δὲ μετὰ χρόνους ἑξακοσίους τῆς μαρτυρίας Παύλου, ἀναφανεὶς ἐλέγχεται, ὡς γὰρ [e] προείρηται ἐπὶ Κωνσταντίνου τοῦ ἐγγόνου Ἡρακλείου.

κε΄. Καὶ δὴ ἐν ὅλοις ἔτεσιν εἴκοσι καὶ ἑπτὰ διατρίψας ἐκεῖσε, πολλοὺς τῶν ἐγχωρίων πλανήσας, ἀξίαν τῆς ἑαυτοῦ διδασκαλίας τὴν καταστροφὴν τοῦ βίου ἐδέξατο· ὁ γὰρ βασιλεὺς οὐκ οἶδ' ὅπως μαθὼν τὰ κατ' αὐτὸν, ἀποστέλλει βασιλικόν τινα, Συμεῶνα καλούμενον, παραγγείλας αὐτῷ λιθοβολῆσαι τὸν τῆς κακίας ἐργάτην, τοὺς δὲ μαθητὰς αὐτοῦ, ὡς ἐξ ἀγνοίας ἀπατηθέντας, ἐν ἐκκλησίαις θεοῦ πρὸς ἐπιστροφὴν παραδοθῆναι καὶ διόρθωσιν, εἰ καὶ ἀδιόρθωτοι ἔμειναν· ὅπερ καὶ γέγονεν· ἐλθὼν γὰρ ὁ Συμεὼν καὶ παραλαβὼν μεθ' ἑαυτοῦ τινα τῶν ἐκεῖσε ἀρχόντων τοὔνομα Τρύφωνα, καὶ γενόμενος ἐπὶ τοῦ τόπου, συλλαμβάνει τοὺς πάντας καὶ ἐνέγκας αὐτοὺς κατὰ τὸ νότιον μέρος τοῦ κάστρου Κολωνείας, ἵστησι τὸν δείλαιον καὶ τοὺς αὐτοῦ μαθητὰς κατέναντι αὐτοῦ, οἷς καὶ παρεκελεύσατο λιθοβολῆσαι αὐτόν· οἱ δὲ τοὺς λίθους λαβά-

liquorum omnium foetidum coenum amplectens, novellus quidam apparuit perditionis dux. Atque hinc accidit, ut omnes qui nunc sunt Manichaeorum discipuli, praedictas fabulas ignorantes, Scythiano, Buddae, atque Maneti, mali huius antesignanis, ultro anathema dicant; Constantinum autem hunc, qui se insuper Silvanum nominavit, nec non eos qui post illum apparuerunt, ut Christi apostolos pari ac Paulum honore prosequantur. Hic ergo Constantinus, qui et Silvanus, Mananali pago relicto, incolatum suum transtulit in castrum Cibossam prope Coloneam, dicens se esse illum in apostoli epistolis nominatum Silvanum, quem Paulus ceu fidelem discipulum in Macedoniam misit. Ostendebat simul discipulis suis etiam illum apostoli librum quem a memorato acceperat captivo diacono, aiebatque: vos Macedones estis, ego vero missus a Paulo ad vos Silvanus. Et hoc quidem post sexcentos a Pauli testimonio annos adfirmabat; quum is emerserit, ut iam diximus, sub Constantino Heraclii nepote.

25. Iam vero integris XXVII. illic versatus annis, multos loci incolis deceptis, dignum magisterio suo vitae exitum habuit. Namque imperator nescio quomodo rebus illius cognitis, palatinum quemdam misit, nomine Simeonem, cum mandato, ut hominem nequitiae auctorem lapidandum curaret: discipuli autem eius, utpote ob inscitiam decepti, ecclesiae Dei traderentur convertendi atque emendandi; quamquam ii inemendati manserunt. Illuc ergo negotii huius perficiendi causa profectus Simeon, socio adsumpto quodam ex regionis principibus, cui nomen Tryphon, quum ad eum locum venisset, cunctos comprehendit; atque ad australem castri Coloneae partem transferens, infelicem hominem in discipulorum suorum conspectu constituit, quibus mandavit ut eum lapi-

a) R. ἀσελγίας. — b) R. καταλλείψας. — c) Deest εἰς apud R. — d) R. ἀπεδ. — e) Deest γὰρ apud R.

dibus adpeterent: at hi sumptis lapidibus, ac veluti ad proprias zonas manus demittentes, lapides retrorsum iaciebant, magistro suo parcentes, quem a Deo ad se missum putabant. Iam hic Silvanus quum aliquot antea annis Iustum quemdam nomine, filium sibi adoptasset, eumque manichaica haeresi imbuisset, dignam alumnatus et magisterii tunc temporis ab eo mercedem retulit. A palatino enim iussus Iustus, sumpto lapide, hominem ceu novum Goliathum percutiens interfecit: reciditque in eum davidica vox quae ait: lacum aperuit, et effodit eum. Et convertetur labor eius in caput ipsius. Ille demum locus, a congestis ibi lapidibus, usque ad hodiernum diem acervus appellatur.

26. Porro Constantini discipulos Simeon, prout imperator mandaverat, ecclesiae convertendos tradidit; sed hi conversioni reluctantes, maluerunt in propria malitia mori, quam paenitentia Deum propitiare atque aeternam salutem consequi. Ecce autem dum in hos inquireret Simeon, quia divinae erat institutionis expers, sed et levi mente praeditus, perniciosam illam condidicit haeresim; reversusque ad imperatorem, et triennio Constantinopoli exacto, domi tuae manens, a diabolo mox percitus, cunctis relictis, clam aufugit, veniensque ad dictam Cibossam, discipulos Constantini collegit; factusque impietatis eius successor, gloriam etiam, ut ceteri priores, ambiens, Titum se nominavit. Ego vero hunc Titum non dicam; non enim imitator erat illius in Creta a Paulo apostolo ordinati episcopi; sed Cetum appellabo; quia marino potius ceto similis evasit, qui sub aquis latet. Aiunt enim nonnulli hunc marinum cetum aspidochelonem appellari, tantaeque magnitudinis, ut sit insulae par, grandi etiam voce sonantem: quam rem nautae ignorantes, ad eum anchoras iaciunt, clavisque confixis naves

νοντες, καὶ ὡς πρὸς τὰς ἑαυτῶν ζώνας τὰς χεῖρας προσκλίνοντες, ὀπισθοφανῶς τῆς χειρὸς τοὺς λίθους ἠκόντιζον, φειδόμενοι τοῦ οἰκείου διδασκάλου, ὡς ἅτε δὴ ἐκ θεοῦ ἀποσταλέντος αὐτοῖς. Τοῦτον οὖν ὁ Σιλουανὸς [a] πρὸ χρόνων τινῶν Ἰοῦστόν τινα καλούμενον εἰς υἱοθεσίαν λαβὼν, καὶ τὴν μανιχαϊκὴν διδάξας αἵρεσιν, ἀξίαν τῆς ἀναστροφῆς καὶ διδασκαλίας τὸ τηνικάδε παρ' αὐτοῦ τὴν ἀμοιβὴν ἐδέξατο· ἐπιταχθεὶς γὰρ παρὰ τοῦ βασιλικοῦ ὁ Ἰοῦστος καὶ δραξάμενος λίθον, ὡς νέον Γολιὰθ τοῦτον πατάξας ἀπέκτεινε, καὶ ἦλθεν ἐπ' αὐτὸν ἡ δαυιτικὴ φωνὴ ἡ λέγουσα· * λάκκον ὤρυξε, καὶ ἀνέσκαψεν αὐτόν· καὶ ἐπιστρέψει ὁ πόνος αὐτοῦ, εἰς κεφαλὴν αὐτοῦ· ὁ δὲ τόπος ἐκεῖνος διὰ τοὺς συναχθέντας ἐπ' αὐτὸν λίθους σωρὸς ἐκλήθη, μέχρι τῆς σήμερον.

cod. f. 99. b.

* Ps. VII. 16. 17.

κϛʹ. Κατὰ δὲ τὴν τοῦ βασιλέως κέλευσιν ὁ Συμεὼν τοὺς μαθητὰς Κωνσταντίνου ἐν ἐκκλησίαις θεοῦ πρὸς ἐπιστροφὴν παραδέδωκεν· οἱ δ' ἔμειναν ἀνεπίστροφοι, μᾶλλον ἑλόμενοι συναποθνήσκειν τῇ ἑαυτῶν κακίᾳ, ἢ διὰ μετανοίας τὸν θεὸν ἐξιλεώσασθαι, καὶ σωτηρίας αἰωνίου ἐπιτυχεῖν· οὓς ἀνακρίνας ὁ Συμεὼν, καὶ ἀμύητος ὢν θεϊκῆς παιδεύσεως, μᾶλλον δὲ κοῦφος τὰς φρεσὶν ὑπάρχων, τὴν ὀλεθρίαν ταύτην ἔμαθεν αἵρεσιν· καὶ ἀνακάμψας πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ τριετῆ χρόνον ἐπιμείνας Κωνσταντινουπόλει, οἴκοι μένων, τελείως ἐνεργηθεὶς ὑπὸ τοῦ διαβόλου, καταλιπὼν ἅπαντα, λαθραίως ἀπέδρα· καὶ ἐλθὼν εἰς τὴν λεχθεῖσαν Κίβοσσαν, τοὺς μαθητὰς ἐπισυνάγει Κωνσταντίνου, καὶ γίνεται τῆς κακίας διάδοχος· εὐδοξίαν τε ὡς καὶ οἱ πρὸ τούτου ἑαυτῷ πραγματευόμενος, Τίτον ἑαυτὸν ὀνομάζει· ἐγὼ δὲ τοῦτον, οὐ Τίτον λέξω, οὐ γὰρ ἦν μιμητὴς Τίτου τοῦ ἐν Κρήτῃ ὑπὸ Παύλου τοῦ ἀποστόλου χειροτονηθέντος ἐπισκόπου, ἀλλὰ Κῆτον· [b] μιμητὴς γὰρ γέγονε τοῦ θαλασσίου κήτους τοῦ τοῖς ὕδασιν ἐμφωλεύοντος· περὶ γὰρ τοῦ θαλασσίου κήτους φασὶ [c] τινες, ὅτι τὸ θαλάσσιον κῆτος, ἀσπιδοχελώνη λέγεται· ἔστι δὲ τῷ μεγέθει, νήσῳ ἐοικὸς, καὶ φωνὴν ἔχει βαρεῖαν· ὅθεν ἀγνοοῦντες οἱ ναῦται ἐπ' αὐτῷ τὰς ἀγ-

cod. f. 100.

a) R. et cod. Σαλουάνους. — b) R. et cod. Κῆτος, quod fortasse ferri potest. — c) R. φησί.

κύρας τιθέασι, καὶ πηγνύντες πασσάλους, τὰ πλοῖα δεσμεύουσιν· ἐπ' ἂν δὲ ἀνάψωσιν ἐπ' αὐτοῦ κάμινον, θερμανθὲν τὸ ζῶον ἀθρόως καταδύειν, πάντας εἰς βυθὸν ἀποπνίγει· οὕτως οὖν καὶ οὗτος, τοὺς ἀγνοήσαντας αὐτοῦ τῆς κακίας τὸ μέγεθος, καὶ τὴν βαρεῖαν φωνὴν μὴ ἐκκλίναντας, ἀλλὰ μᾶλλον ὑπακούσαντας, ἐπ' αὐτῷ τε τῆς ἐλπίδος τὴν ἄγκυραν θεμένους, πάντας διὰ πυρὸς εἰς βυθὸν ᾅδου κατήγαγε· διὰ πυρὸς γὰρ λέλυται σὺν τοῖς μετ' αὐτοῦ πλανηθεῖσι, καὶ πρὸς πῦρ ἐξεδήμησεν ἄσβεστον.

κζ'. Τριετῆ γὰρ ἐκεῖσε τρίψας χρόνον, καὶ πολλοὺς ἀπατήσας, ὕστερον συζητήσεως γενομένης καὶ λόγων πολλῶν κινουμένων μεταξὺ Ἰούστου τοῦ προμνημονευθέντος τοῦ τῇ τοῦ λίθου βολῇ [a] τὸν Κωνσταντῖνον πατάξαντος, καὶ Συμεῶνος, τοῦ καὶ Κήτους, περὶ τοῦ ἀποστολικοῦ ῥητοῦ τοῦ ἐν τῇ πρὸς Κολασσαεῖς ἐπιστολῇ κειμένου φάσκοντος· * "ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα „τά τε ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, τὰ ὁρατὰ „καὶ τὰ ἀόρατα, εἴτε θρόνοι, εἴτε ἀρχαὶ, εἴτε „ἐξουσίαι· τὰ πάντα δι' αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν „ἐκτίσθη· καὶ αὐτός ἐστι πρὸ πάντων, καὶ τὰ „πάντα ἐν αὐτῷ συνέστηκεν·„ εἶτα ἐνισταμένου τοῦ Ἰούστου καὶ λέγοντος· ἄρα μήπως ἀπατῶμεν τοὺς λαοὺς, καὶ ψυχὰς ἀνθρώπων ἀσυνέτως ἀπολλύομεν, ἕτερα διδάσκοντες παρὰ τὰ ἀποστολικὰ ῥήματα· ὧν ψυχῶν τὸ κρίμα ἐπὶ τῆς φοβερᾶς δίκης ἡμεῖς ἀποτίσομεν· ὁ Συμεὼν οὐκ ἐπείθετο· ἀλλὰ μᾶλλον ἐπέμενεν διαστρέφων, ὡς ἔθος ἦν αὐτῷ, ὧδε κἀκεῖσε τὴν τοῦ λόγου ἑρμηνείαν ἄγων· καὶ γενομένης φιλονεικίας μεγάλης μεταξὺ Ἰούστου καὶ τοῦ Συμεῶνος, ὁ Ἰοῦστος ἀνέρχεται πρὸς τὸν ἐπίσκοπον Κολωνείας, καὶ τὴν δύναμιν τοῦ ἀποστολικοῦ ῥητοῦ μαθεῖν βουλόμενος, ἀνήγγειλεν αὐτῷ πάντα περί τε ἑαυτοῦ καὶ τῶν λοιπῶν τῶν συνόντων αὐτῷ, καὶ τῆς διδασκαλίας αὐτῶν· ὁ δὲ ἐπίσκοπος μηδὲν μελλήσας, ἀνήγαγε περὶ τούτων τῷ βασιλεῖ Ἰουστινιανῷ, τῷ μετὰ Ἡράκλειον βασιλεύσαντι· μαθὼν δὲ ὁ βασιλεὺς, ἐκέλευσε πάντας ὑφὲν ἀναχθῆναι· καὶ τοὺς ἐμμείναντας τῇ πλάνῃ, πυρὶ παραδοθῆναι [b], ὅπερ καὶ γέγονε· πλησίον γὰρ τοῦ

cod. f. 106 b.
* Coloss. I. 16.

religant; ubi postquam focum incenderint, calefactum animal repente se mergens, cunctos sub abysso suffocat. Sic et iste eos qui improbitatis eius magnitudinem ignorabant, vocemque immanem non devitabant, sed potius auscultabant, in eoque spei suae anchoras defigebant, cunctos per ignem in inferni profunda deduxit: etenim igne cum omnibus a se deceptis consumptus fuit, atque ad flammam migravit inextinguibilem.

27. Namque ibi triennio demorans, compluribus fraude deceptis, postremo orta controversia, multisque consertis sermonibus cum supra memorato Iusto illo, a quo Constantinus saxo percussus fuerat: quum Simeon, qui et Cetus, de apostolico dicto dissereret ad Colossenses, quod ita se habet: « quoniam in ipso condita sunt » universa in caelis et in terra, visibilia » et invisibilia, sive throni, sive principatus, sive potestates: omnia per ipsum et » in ipso creata sunt: et ipse est ante omnes, et omnia in ipso constant; » mox instante Iusto ac dicente: agesis sis, ne diutius populos decipiamus, et animas hominum insipienter perdamus, diversa ab apostolicis verbis docentes; de quarum animarum damnatione nos in tremendo iudicio poenas dabimus; Simeon non est adsensus, sed eo magis in more suo testimonia sacra distorquendi perseveravit, sus deque interpretationem versans. Orto itaque gravi inter Iustum ac Simeonem dissidio, accessit ad Coloneae episcopum Iustus, ab eoque vim apostolici dicti discere volens, res suas cunctas et coniuratorum sociorum, nec non doctrinae genus revelavit. At episcopus sine mora omnia haec Iustiniano post Heraclium imperanti significavit: quibus imperator cognitis, mandavit de omnibus simul congregatis quaestionem fieri, et in errore pertinaces flammis tradi, quod et factum est: nam prope illum appella-

a) R. et cod. βουλῇ. Sed R. in marg. corr. — b) Ita cod. At R. παραδοθέντες.

tum acervum grandi rogo incenso, cunctos omnino exusserunt.

28. Ex his tamen unus, nomine Paulus, gente armenius, cum duobus liberis Gegnesio ac Theodoro, fuga elapsus venit Episparim, de quo pago iam diximus, ubi fusius de Paulo ac Iohanne samosatensi verba fecimus, Callinicae filiis; a quo Paulo Pauliciani pro Manichaeis transnominati sunt. Promovet itaque Paulus filium suum Gegnesium ad impietatis magisterium, quem etiam Timotheum nuncupavit. Coortum est tamen inter duos fratres Gegnesium ac Theodorum dissidium, dum prior diceret se divinam Spiritus gratiam recepisse, alter vicissim se in eum gradum obtruderet. Atque ita mutuo dissidentes, summoque odio flagrantes, hi abominandae sectae praesides usque ad vitae terminum perseverarunt.

29. Imperator rebus horum hominum intellectis (erat is tunc Leo isauricus) ad se Gegnesium accersivit, seu Timotheum vel potius Thymotheum (iram Dei) et ad constantinopolitanum patriarcham misit: cui praesenti patriarcha ait: cur tu fidem orthodoxam negasti? Is contra: anathema fidem orthodoxam neganti; intelligebat autem fidem orthodoxam esse haeresim suam. Rursus patriarcha: cur non credis, neque obsequium venerabili cruci exhibes? Et ille: anathema non adoranti neque colenti venerandam vivificamque crucem. Porro crucem intelligebat Christum ipsum, quatenus manuum extensione crucem efformat. Rursus eum interrogabat: cur non colis neque veneraris sanctam Deiparam? Ille autem: anathema non colenti sanctissimam Deiparam, in quam dominus noster Iesus Christus introiit, nostrûm omnium matrem; intelligens scilicet supernam Hierusalem, in quam praecursor noster ingressus est Christus. Denuo illi patriarcha: cur domini nostri Iesu Christi immaculatum

σωρῷ πυρὰν μεγάλην ἀνάψαντες, ἄρδην κατέφλεξαν ἅπαντας.

κη'. Εἷς δέ τις ἐξ αὐτῶν ὀνόματι Παῦλος ἀρμένιος τὸ γένος, ἔχων δύο υἱούς, ὧν τὰ ὀνόματα Γενέσιος καὶ Θεόδωρος, μεθ' ὧν καὶ ἀποδιδράσκει, ἔρχεται εἰς Ἐπίσπαριν τὴν προλεχθεῖσαν ἡμῖν ἐν τοῖς διὰ πλάτους, ὅτε περὶ Παύλου καὶ Ἰωάννου τῶν σαμωσατέων, τῶν υἱῶν Καλλινίκης ἐλέγομεν, ἀφ' οὗ Παύλου, καὶ Παυλικιάνοι, ἀντὶ Μανιχαίων μετωνομάσθησαν· προβάλλεται οὖν ὁ Παῦλος τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν Γενέσιον εἰς τὸ τῆς ἀθεότητος διδασκαλεῖον, ὃν καὶ Τιμόθεον μετονομάζει· καὶ γίνεται στάσις μεταξὺ ἀμφοτέρων τῶν ἀδελφῶν, Γενεσίου φημὶ καὶ Θεοδώρου· τοῦ μὲν λέγοντος χάριν εἰληφέναι θείαν τοῦ πνεύματος· τοῦ δὲ πάλιν ἑαυτὸν ἐπὶ τοῦτο προβαλλομένου· καὶ οὕτως εἰς ἑαυτοὺς στασιάζοντες καὶ τέλειον μῖσος ἀλλήλους μισήσαντες οἱ τοῦ μύσους προστάται, διέμειναν οὕτως μέχρι τέλους ζωῆς αὐτῶν.

κθ'. Ὁ δὲ βασιλεὺς τὰ περὶ τούτων ἀκούσας, ἦν δὲ τηνικαῦτα Λέων ὁ Ἴσαυρος, μεταστέλλεται τὸν Γενέσιον τὸν καὶ Τιμόθεον, μᾶλλον δὲ Θυμόθεον, καὶ διαπέμπει αὐτὸν πρὸς τὸν πατριάρχην Κωνσταντινουπόλεως· ὡς δὲ εἶδεν αὐτὸν ὁ πατριάρχης *, λέγει αὐτῷ· διὰ τί ἠρνήσω τὴν ὀρθόδοξον πίστιν; ὁ δὲ λέγει, ἀνάθεμα τὸν ἀρνησάμενον τὴν ὀρθόδοξον πίστιν· ἔλεγε δὲ ὀρθόδοξον πίστιν, τὴν οἰκείαν αἵρεσιν. Καὶ ὁ πατριάρχης πάλιν λέγει· διὰ τί οὐ πιστεύεις καὶ προσκυνεῖς τὸν τίμιον σταυρόν; ὁ δὲ λέγει, ἀνάθεμα τὸν μὴ προσκυνοῦντα καὶ μὴ σεβόμενον τὸν τίμιον καὶ ζωοποιὸν σταυρόν, ἔλεγε δὲ σταυρόν, τὸν Χριστὸν τῇ ἐκτάσει τῶν χειρῶν σταυρὸν ἀποτελοῦντα. Καὶ πάλιν ἐρωτᾷ αὐτόν· διὰ τί οὐ σέβῃ καὶ προσκυνεῖς τὴν ἁγίαν θεοτόκον; ὁ δέ φησιν, ἀνάθεμα τὸν μὴ προσκυνοῦντα τὴν παναγίαν θεοτόκον, ἐν ᾗ εἰσῆλθεν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός, τὴν μητέρα πάντων ἡμῶν· ἔλεγε δὲ ταύτην εἶναι τὴν ἄνω Ἱερουσαλήμ, ἐν ᾗ πρόδρομος ὑπὲρ ἡμῶν εἰσῆλθε Χριστός. Καὶ πάλιν πρὸς αὐτὸν φησὶν ὁ πατριάρχης· διὰ τί οὐ μεταλαμβάνεις (1) τοῦ ἀχράντου σώματος καὶ τοῦ τιμίου αἵματος τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ

cod. f. 101.

* Germanus I.

cod. f. 101. b.

(1) Confer supra p. 13. adn. 1, ubi Raderum correximus, qui tamen hoc posteriore loco recte interpretatur vocabulum μεταλαμβάνεις.

Χριστοῦ, διὰ τί ἀτιμάζεις αὐτό; ὁ δὲ Θυμόθεος λέγει, ἀνάθεμα τῷ μὴ μεταλαμβάνοντα, ἢ ἀτιμάζοντα τὸ σῶμα καὶ αἷμα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· ἔλεγε δὲ τὰ ῥήματα αὐτοῦ. Πάλιν δὲ περὶ τῆς ἁγίας καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας ἐρωτηθεὶς, ὡσαύτως [a] ἔλεγεν· ἐκκλησίαν καθολικὴν, τὰ συνέδρια τῶν Μανιχαίων ἀποκαλῶν· καὶ περὶ τοῦ βαπτίσματος ὁμοίως ἔλεγε, τὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν ὑπάρχειν τὸ βάπτισμα, καὶ οὐκ ἄλλο· διό τι γέγραπται [*], ἐγώ εἰμι τὸ ὕδωρ τὸ ζῶν· καὶ οὕτως πάντα διαστρέψας ὁ Θυμόθεος, καὶ καθ' ἕκαστον ἀναθεματίσας, ὡς ἀναίτιος κακοῦ ἐνομίσθη, καὶ λαβὼν παρὰ τοῦ βασιλέως σιγίλλιον (1) ἦλθε πάλιν εἰς Ἐπίσπαριν· καὶ συνάξας πάντας τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ φεύγει σὺν αὐτοῖς, καὶ κατῆλθεν εἰς τὴν θεόλεστον Μανάναλιν, ἐξ ἧς ἀνεδείχθη ὁ προῤῥηθεὶς Κωνσταντῖνος· εἶτα ἐκεῖσε χρόνους ἱκανοὺς ἐπιμείνας καὶ εἰς ἄκρον μανίας ἐλάσας καὶ θυμὸν καὶ ὀργὴν καὶ θλῖψιν ἀποστολὴν δι' ἀγγέλων πονηρῶν δεξάμενος, θεόπληκτος γενόμενος, ὑπὸ τοῦ βουβῶνος τὸν βίον κατέστρεψεν ἐν ὅλοις τριάκοντα ἔτεσι καὶ αὐτὸς τῆς ἀσεβείας γενόμενος προστάτης.

λ'. Οὗτος εἶχεν υἱὸν, τοὔνομα Ζαχαρίαν· καὶ μίσθιον αἶγας νέμοντα, ὃν ποτε ἐπὶ τῆς ὁδοῦ εὗρε κείμενον ἐσπαργανωμένον, διὰ τὸ ἐκ παρανόμου καὶ μεμιασμένης προελθεῖν κοίτης· οἶδε γὰρ πόρνη τῆς κοιλίας αὐτῆς τὰ ἔγγονα ἐν ὁδῷ ῥίπτειν, δεδιέσα [b] τὸ πταῖσμα· ἀποθανόντος τοίνυν Γεγνεσίου, ἐσχίσθησαν οἱ τούτου μαθηταί· καὶ οἱ μὲν, προσεῤῥίησαν Ζαχαρίᾳ· οἱ δὲ, Ἰωσὴφ, τῷ νόθῳ προσέδραμον, οὕτως γὰρ ὠνομάζετο· στάσεως οὖν πολλῆς γενομένης μεταξὺ ἀμφοτέρων, ὡς καὶ ἐπὶ τῶν πρὸ αὐτῶν, καὶ θατέρου ἑαυτὸν ψηφιζομένου τὴν χάριν εἰληφέναι τοῦ πνεύματος, τὴν ἐνέργειαν μᾶλλον τοῦ ἀκαθάρτου ἐδέξαντο πνεύματος· εἶτα θυμωθεὶς Ζαχαρίας, ὡς τῆς πατρῴας κληρονομίας ἐκπίπτειν μέλλων, λίθῳ πατάξας

corpus ac pretiosum sanguinem non sumis, sed ea potius despicis? Thymotheus vero: anathema non sumenti vel aspernanti corpus ac sanguinem domini nostri Iesu Christi; verba scilicet illius intelligens. Insuper de sancta catholica et apostolica ecclesia interrogatus, pari modo respondebat, catholicam tamen ecclesiam appellans synedria Manichaeorum. Et de baptismo similiter loquebatur, dominum Iesum Christum baptismi nomine intelligens, et aliud nihil; quia scriptum est: ego sum aqua vivens. Atque ita omnia distorquens Thymotheus, et in singulis anathematizans, vitii expers creditus est; acceptoque ab imperatore sigillo, rediit Episparim, collectisque cunctis discipulis suis, migravit ad Deo invisam Mananalim, unde fuit oriundus praedictus Constantinus. Deinde multos annos ibi commoratus, et in summam insaniam actus, iramque et rabiem atque anxietatem sibi ab angelis malis immissas experiens, bubone a Deo percussus interiit, postquam integris triginta annis impiae sectae praefuerat.

30. Huic erat filius nomine Zacharias, nec non mercenarius quidam caprarum custos, quem olim in via repererat fasciis involutum, propterea quod illegitima impuraque copula procreatus fuisset. Solet enim meretrix ventris sui partus, ob culpae metum, in vias proiicere. Mortuo igitur Gegnesio, schisma extitit discipulorum eius; aliis Zachariae adhaerentibus, aliis autem spurium Iosephum sectantibus, sic enim is nominabatur. Magna ergo seditio inter hos duos conflata est, sicuti superioribus etiam evenerat; dum uterque adfirmaret se gratiam Spiritus esse sortitum, qui potius impuri spiritus operationem receperant. Mox furens Zacharias, ceu qui de paterna hereditate iam excideret, saxo lo-

* Ioh. IV. 10.

cod. f. 102.

a) R. ὡς αὐτός. — b) R. et cod. δεδιοῦσα.

(1) Intellige *diploma evectionis*, vulgo *salvocondotto*, *passaporto*. De sigillo diu Cangius gloss. med. et inf. latin.

sephum Aphronetum adpetens, propemodum occidit. Post aliquantum vero tempus, sumptis unusquisque propriis discipulis, moliti sunt clam ex eo loco aufugere: sed quum paululum a pago recessissent, oborta est Agarenis suspicio velle eos ad romanam ditionem transire; ideoque ab his conquisiti, Zacharias quidem Agarenorum incursionem videns, desertis propriis discipulis solus fugit; quos occupatos Agareni, gladiis interemerunt: quae res Zachariae apud ceteros, ceu mercenario et non pastori, odium conciliavit.

31. Iosephus autem Aphronetus, ea re cognita, currum convertit, tamquam si in Syriam pergeret; et supervenientibus Saracenis dixit, se lactarii operis causa et armentorum in itinere esse. Qua defensione persuasi Saraceni, illum cum sociis abire impunem sinentes, discesserunt. Idonea posthinc captata hora, Iosephus Aphronetus cum omnibus aufugiens, loco excessit; profectusque in saepe memoratum pagum Episparim, libenter ab incolis exceptus fuit: cuncti enim incensis lampadibus magno honore hominem, multa ignominia dignum, tamquam Christi discipulum susceperunt. Ea re intellecta, pius quidam vir ex loci principibus, nomine Cricoraches, magna cum militum manu aedes, ubi Manetis discipulus versabatur, cinxit; et adseclas quidem eius comprehendit; sed Iosephus elapsus venit in Phrygiam: indeque abscedens, in urbe Pisidiae Antiochia resedit. Cumque et ipse triginta annis nequitiam suam exercuisset, ait discipulis suis, se Pauli apostoli discipulum esse Epaphroditum, seque ad illos ab eo missum fuisse. At ego pro Epaphrodito, Aphronitum merito eum appellabo: etenim litterarum prorsus atque phroneseos expers erat: cumque multos scelestis actibus aeternae poenae fecisset obnoxios, ipse quoque in loco qui dicitur Chortocopium vita

Ἰωσὴφ τὸν Ἀφρόνητον, παρ' ὀλίγον ἀνεῖλεν· μετὰ δέ τινα χρόνον λαβόντες ἑκάτεροι τοὺς οἰκείους μαθητὰς, ἠθέλησαν λαθραίως ἀποδρᾶσαι τοῦ τόπου· καὶ δὴ μικρὸν ἀποστάντες τῆς κώμης, ὑποπτευθέντες ὑπὸ τῶν Ἀγαρηνῶν πρὸς Ῥωμανίαν ἐξέρχεσθαι, καὶ ὑπ' αὐτῶν ἀνερευνώμενοι [a], ὁ μὲν Ζαχαρίας ὡς εἶδε τὴν τῶν Ἀγαρηνῶν ἐπιδρομὴν, τοὺς οἰκείους ἐάσας μαθητὰς, μόνος ἐξέφυγεν· (cod. f. 102. b.) οὕς περ φθάσαντες οἱ Ἀγαρηνοὶ, ξίφεσιν ἀπέκτειναν· δι' ὃ [b] ὠνειδίσθη ὁ Ζαχαρίας παρὰ τῶν ἄλλων, ὡς μισθωτὸς, καὶ οὐκ ὢν ποιμήν.

λα'. Ἰωσὴφ δὲ ὁ καὶ Ἀφρόνητος γνοὺς τοῦτο, τὰς ἁμάξας ἐπέστρεψεν ὡς πρὸς Συρίαν· καὶ ἐλθόντων [c] τῶν Σαρακηνῶν φησι πρὸς αὐτοὺς, ὡς ἐπὶ γαλουργία καὶ βουκόλια ἐξεληλυθέναι· οἱ δὲ Ἀγαρηνοὶ, ταύτῃ τῇ ἀπολογίᾳ πληροφορηθέντες, ἐάσαντες αὐτοὺς ἀδικήτους ὑπεχώρησαν· [d] εὐκαίρου δὲ ὥρας ἐπιτυχὼν Ἰωσὴφ ὁ Ἀφρόνητος, μετὰ πάντων διαδρὰς, τοῦ τόπου ἐξέφυγεν· καὶ ἐλθὼν εἰς τὴν πολλάκις μνημονευθεῖσαν κώμην Ἐπίσπαριν, ἀσμένως παρὰ τῶν ἐν αὐτῇ κατοικούντων ἀπεδέχθη· πάντες γὰρ λαμπάδας ἀνάψαντες ἐν μεγάλῃ τιμῇ τὸν πολλῆς ἀτιμίας ἄξιον, ὡς ἅτε δὴ μαθητὴν Χριστοῦ ὑπεδέχονται· γνοὺς τοῦτο θεοφιλής τις ἀνὴρ τῶν ἐκεῖσε ἀρχόντων Κρικοράχης λεγόμενος, μετὰ πλείστων στρατιωτῶν τὴν οἰκίαν ἐκύκλωσεν, ἐν ᾗ κατέλυσεν ὁ μαθητὴς τοῦ Μάνεντος· καὶ τοὺς μὲν μαθητὰς αὐτοῦ συνέσχεν, αὐτὸς δὲ διαδρὰς φυγὰς ᾤχετο πρὸς τὴν Φρυγίαν· καὶ ἀπελθὼν κατῴκησεν εἰς Ἀντιόχειαν τῆς Πισιδίας· ἐν ἔτεσι δὲ τριάκοντα καὶ αὐτὸς ἐπαγωνισάμενος τῇ κακίᾳ, ἔλεγε τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς, μαθητὴς εἶναι Παύλου τοῦ ἀποστόλου ὁ Ἐπαφρόδιτος, καὶ παρ' αὐτοῦ πρὸς αὐτοὺς ἀπεστάλθαι· (cod. f. 103.) ἐγὼ δὲ αὐτὸν εἰκότως καλέσω ἀφρόνητον· λίαν γὰρ ὑπῆρχε καὶ γραμμάτων [e] καὶ φρονήσεως ἄμοιρος· πολλούς τε τῇ πονηρᾷ κακουργίᾳ ὑπευθύνους ποιήσας τῆς αἰωνίου κολάσεως, κατέστρεψε καὶ αὐτὸς ἐκεῖσε τὸν βίον, εἰς τόπον λεγό-

a) Ita reapse cod. At R. ἀνερευνωμένων, quod in marg. corr. — b) R. διό. — c) R. ἐξελθόντων. — d) R. ἀτιχ. — e) R. γραμματοῦ.

μενον Χορτοκοπαῖον. Τούτου ἔτι ὑπάρχοντος, μαθήτρια τούτου εἰς Ἀρμενίαν γυνή τις ἐκ τῶν αὐτοῦ μαθητῶν μοιχευθεῖσα, ἔσχεν υἱόν, ὡς φασὶν ἐξ Ἑβραίων, τὸν ἐπὶ κακίᾳ περιβόητον ῥυπαρὸν Βαάνην· οὗτος οὖν ὁ Βαάνης διαδέχεται τὸν Ἀφρόνητον, καὶ τὴν αἵρεσιν σώαν ἣν παρείληφεν παρὰ τῶν πρὸ αὐτοῦ τὴν πάσης ἀκαθαρσίας πλήρη [a] κατέχων· καὶ πολλοὺς τῶν ἀφρόνων, εἰς τελείαν ἀπώλειαν ἄγων, γίνεται καὶ αὐτὸς τῆς κακίας διδάσκαλος.

λβ'. Μετ' οὐ πολὺ δὲ χρόνον καὶ ἕτερός τις ἀναδείκνυται τῆς ἀληθείας ἀντίπαλος ἐκ τῶν μερῶν Ταβίας τῆς πόλεως· ἔστι γὰρ ἐκεῖσε πλησιάζουσα κώμη Ἀννία καλουμένη, ἐν ᾗ κατῴκει ἀνήρ τις, Δρυῖνος ὀνομαζόμενος· οὗτος ἔσχεν υἱόν, Σέργιον καλούμενον, τὸν τοῦ διαβόλου ὑπέρμαχον· Σέργιον τὸν πολλοὺς ἐκ προβάτων λύκους ποιήσαντα, καὶ δι' [b] αὐτῶν σκορπίσαντα τὰς τοῦ Χριστοῦ ἀγέλας· Σέργιον τὸν δεινὸν προβατόσχημον λύκον, τὸν ἀρετὰς δολίως ὑποκριθέντα, κἀντεῦθεν πολλοὺς ἐξαπατήσαντα· Σέργιον τὸν ἐχθρὸν τοῦ σταυροῦ τοῦ Χριστοῦ, τὸ τῆς ἀθεότητος στόμα, τὸν τῆς θεομήτορος καὶ πάντων τῶν ἁγίων ὑβριστήν· Σέργιον τὸν ἀντίμαχον τῶν τοῦ Χριστοῦ ἀποστόλων, τὸν τοὺς προφήτας μισήσαντα, καὶ τὰς θείας γραφὰς ἀποστραφέντα, καὶ πρὸς μύθους καὶ ψεύδη ἐκτραπέντα· Σέργιον τὸν τοῦ Χριστοῦ μισητήν, τὸν τῆς ἐκκλησίας πολέμιον, τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ καταπατήσαντα, καὶ τὸ αἷμα τῆς διαθήκης κοινὸν [c] ἡγησάμενον, καὶ τὸ πνεῦμα τῆς χάριτος ἐνυβρίσαντα· Σέργιον τὸν ἑαυτὸν παράκλητον λέγοντα (1), Τυχικόν τε ἑαυτὸν καλέσαντα καὶ ὑπὸ τῶν ἰδίων μαθητῶν ὡς πνεῦμα ἅγιον προσκυνούμενον· Σέργιον τὸν τοῦ σκότους προσφιλῆ, τὸν ἑαυτὸν λυχνοφανῆ ἀστέρα λέγοντα· καὶ τί ἔτι λέγω, καὶ οὐ συμπεραίνω ταχέως; οἶμαι γὰρ ὅτι οὐδ' ὁ πᾶς αἰὼν τῆς αὐτοῦ κακίας ἐπαξίως τῷ λέγοντι ἐπαρκέσοι· οὗτος τοίνυν ὁ Σέργιος ἔτι νέαν ἄγων τὴν ἡλικίαν, προσομιλεῖ τινὶ γυναικὶ οὔσῃ ἐκ Μανιχαίων·

cod. f. 130. b.

excessit. Hoc adhuc superstite, discipula ipsius in Armenia mulier quaedam, ab uno ex eius alumnis corrupta filium peperit, hebraico ut aiunt genere, malitia insignem, spurcum videlicet Bahanem. Itaque hic Bahanes Aphroneti successor fuit, eiusque haeresim incolumem prout exceperat a praecessoribus suis omni impuritate confertam retinens, multosque stultos ad extremam perditionem deducens, ipse quoque nequitiae magister extitit.

32. Ecce autem paulo post alius item emersit ex urbis Tabiae territorio veritatis adversarius. Est enim ibi proximus pagus, cui nomen Annia, quem vir quidam incolebat Dryinus appellatus. Huic filius erat, Sergius nomine, diaboli miles. Sergius, inquam, qui multos fecit de ovibus lupos, quorum opera Christi gregem dissipavit. Sergius in ovina pelle lupus, fraudulentus virtutum simulator, ac multorum proinde deceptor. Sergius crucis Christi inimicus, et atheismi os, Deiparae omniumque sanctorum conviciator, Christi apostolorum adversarius, prophetarum osor, et divinarum scripturarum corruptor quas ad fabulas mendaciumque distorquebat. Sergius Christi hostis, et ecclesiae oppugnator, qui Dei filium pedibus conculcavit, et novi testamenti sanguinem profanum iudicavit, et in gratiae Spiritum iniurius fuit. Sergius qui se ipsum dixit Paracletum, et Tychici sibi nomen imposuit, atque a suis discipulis ceu Spiritus sanctus adoratus fuit. Sergius tenebrarum amans, et se nihilominus relucentem stellam appellans. Sed quid plura? vel cur haec haud citius abrumpo? Existimo enim ne universum quidem aevum, nequitiae eius digne enarrandae satis fore. Hic ergo Sergius, iuvenili adhuc aetate, familiaris factus manichaeae cuidam mulierculae, atque ab ea deceptus, Antichri-

a) Cod. πλήρεις. — b) R. διά. — c) Cod. καινόν.

(1) Hoc loco Raderus defuisse dicit in exemplari graeco Sirmondi verba plura usque ad τοῦ σκότους inclusive. Sed utcumque ea res se habeat, in codice quidem vat. unde exscripsit Sirmondus, nihil deest.

sti praecursor extitit. Consentaneum quippe fuit, ut hi turpissimae haereseos magistri, partim ex Saracenis stirpem ducerent, partim servili genere essent, partim de fornicatione crearentur, partim denique a feminis errorem condiscerent.

33. Ne vero videamur temere hunc accusare, res ipsius singulas exponemus. Et primo dicemus quomodo infelix homo ad hanc haeresim declinaverit; deinde ex ipsius sermonibus, quisnam hic miserrimus sit vel potius fuerit, palam faciemus. Huic itaque, iuvenili adhuc aetate, contigit in consuetudinem incurrere inhonestae cuiusdam feminae, secta ut diximus manichaeae, quae diaboli callida ac dolosa discipula ait illi: audio te, domine Sergi, litteris disciplinisque eruditum, et egregium usquequaque virum. Dic ergo mihi, cur divina evangelia non legas. Ille vero huius verbis deceptus, neque latens venenum sentiens, respondit: non licet mundanis nobis haec legere, sed tantummodo sacerdotibus. Respondit illa: non ita se res habet, ut reris; quia non est personarum acceptio apud Deum: vult enim Dominus omnes salvos fieri, et ad veritatis agnitionem venire. Sed quia sacerdotes vestri divinum verbum quaestui habent, et evangeliorum mysteria celant, propterea ad aures vestras non legunt, quae in illis scribuntur omnia; sed alia quidem utique, alia minime, ne ad veritatis notitiam perveniatis. Scriptum enim in illis est, fore ut illa die nonnulli dicant: Domine, Domine, nonne in nomine tuo daemonia eiecimus, et virtutes multas patravimus? Respondebitque rex: amen amen dico vobis, nescio vos. Scrutare igitur et dispice; nonne ita scriptum est? Quinam vero sunt hi quibus Dominus dicet, non novi vos? Ille autem insipientissimus indoctusque quum esset, ambigens silebat.

καὶ δι' αὐτῆς ἀπατηθεὶς, γίνεται πρόδρομος τοῦ Ἀντιχρίστου· ἔδει γὰρ τοὺς τῆς ἐχθίστης* αἱρέσεως διδασκάλους, τοὺς μὲν ἐκ Σαρακηνῶν κατάγεσθαι, τοὺς δὲ ἐξ οἰκετῶν ὑπάρχειν, τοὺς ἄλλους ἐκ πορνείας γεγεννῆσθαι [a], καὶ ἑτέρους ἐκ γυναικῶν παρειληφέναι τὴν πλάνην (1).

* cod. ἰχθίστου.

λγ'. Ἵνα δὲ μὴ δόξωμεν εἰς μάτην κατηγορεῖν αὐτοῦ, τὰ περὶ αὐτοῦ μερικῶς διηγησόμεθα· καὶ πρῶτον μὲν εἴπωμεν [b] πῶς ὁ ἄθλιος εἰς ταύτην ἐξετράπη τὴν αἵρεσιν· εἶθ' οὕτως ἐκ τῶν οἰκείων αὐτοῦ λογίων παραστήσομεν ὁποῖός τις ἐστι, μᾶλλον δὲ ἦν ὁ πανάθλιος· τούτῳ τοίνυν ἔτι νέαν ἄγοντι τὴν ἡλικίαν συνέβη ἐν συντυχίᾳ ἐλθεῖν ἀσέμνου τινὸς γυναικὸς, οὔσης ἐκ μανιχαϊκῆς ὡς εἴρηται αἱρέσεως· ἡ δὲ τοῦ διαβόλου μαθήτρια πανοῦργος ὑπάρχουσα καὶ ὕπουλος, λέγει αὐτῷ· ἀκούω περὶ σοῦ κύριε Σέργιε, ὅτι ἐν ἐπιστήμῃ γραμμάτων καὶ παιδεύσεως τέλειος, καὶ ἀγαθὸς κατὰ πάντα ὑπάρχεις ἄνθρωπος· εἰπὲ οὖν μοι, ἵνα τί τὰ θεῖα οὐκ ἀναγινώσκεις εὐαγγέλια; ὁ δὲ τοῖς λόγοις αὐτῆς κεπφωθεὶς, μὴ γινώσκων μάλιστα τὸν ἐγκεκρυμμένον τῆς κακίας ἰὸν [c] ἐν αὐτῇ, λέγει· οὐκ ἔξεστιν ἡμῖν κοσμικοῖς οὖσιν ταῦτα ἀναγινώσκειν, εἰ μὴ τοῖς ἱερεῦσι [d] μόνοις· ἡ δέ φησι πρὸς αὐτόν· οὐκ ἔστιν οὕτως, ὡς σὺ ὑπολαμβάνεις· οὐ γάρ ἐστι προσωποληψία παρὰ τῷ θεῷ· πάντας γὰρ θέλει σωθῆναι ὁ κύριος, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν·* ἀλλ' ἐπειδὴ οἱ ἱερεῖς ὑμῶν καπηλεύονται τὸν τοῦ θεοῦ λόγον, καὶ τὰ ἐν εὐαγγελίοις μυστήρια ἀποκρύβουσιν, διὰ τοῦτο οὐκ ἀναγινώσκουσιν εἰς ὑπήκοον [e] ὑμῶν τὰ ἐν αὐτοῖς γεγραμμένα ἅπαντα· ἀλλὰ τὰ μὲν, ναί· τὰ δὲ, οὔ· ὅπως μὴ ἔλθητε εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας· γέγραπται γὰρ ἐν αὐτοῖς*, ὅτι ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ τινὲς ἐροῦσι, κύριε, κύριε, οὐ τῷ σῷ ὀνόματι δαιμόνια ἐξεβάλομεν; καὶ δυνάμεις πολλὰς ἐποιήσαμεν; καὶ ἀποκριθεὶς ὁ βασιλεὺς, ἐρεῖ αὐτοῖς· ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐκ οἶδα ὑμᾶς· ἐρεύνησον καὶ ἴδε, οὐ γέγραπται οὕτως; καὶ τίνες εἰσὶν οὗτοι πρὸς οὓς ὁ κύριος λέγει, οὐκ οἶδα ὑμᾶς; ὁ δὲ ἀλογώτατος ἀμαθὴς ὤν, ἐξαπορηθεὶς ἐσιώπα.

cod. f. 101.

* I. Tim. II. 4.

* Matth. VII. 22.

a) R. γεγεννῆσθαι. — b) Cod. εἴπομεν. — c) R. υἱόν. — d) R. ἱερεῦσι. — e) R. ὑπήκοον.

(1) Sunt hi Scythianus, Manes, Aphronetus, Bahanes, Sergius, ut ex praedictis constat.

λδ'. Ἔστι δὲ τὴν ἑρμηνείαν τοῦ εὐαγγελικοῦ ῥητοῦ, οὕτως νοῆσαι (1)· εἰσί τινες μέχρι τῆς σήμερον ἡμέρας οἵ τινες τὴν ἐν Χριστῷ πολιτείαν κατέχουσι, καὶ δοκοῦσιν εὐσεβῶς ζῆν· διὰ δὲ τῆς ἐπῳδῆς οἴδασι πολλάκις καὶ δαίμονας φυγαδεύειν, καὶ νοσήματα καὶ πάθη θεραπεύειν· καθάπερ πάλαι οἱ τοῦ Σκευᾶ υἱοὶ ἢ οἱ λεγόμενοι ἐξορκισταί· ὡς ἐν ταῖς πράξεσι τῶν ἀποστόλων γέγραπται *, ὅτι ἐξορκίζοντες τοὺς δαιμονιζομένους ἔλεγον, ἐξορκίζομεν ὑμᾶς τὸν Χριστὸν ὃν Παῦλος κηρύσσει [a], ἐξέλθετε ἐκ τῶν ἀνθρώπων· οἱ δὲ δαίμονες τῷ φόβῳ τῆς ὀνομασίας Χριστοῦ, ἐφυγαδεύοντο· οὕτως καὶ νῦν τινὲς ποιοῦσι, καὶ ἀγνοοῦσιν ὅτι διὰ τῆς ἐπῳδῆς ἐκπίπτουσι τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας· οἵ δε κράξονται ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ λέγοντες, κύριε, κύριε, οὐ τῷ σῷ ὀνόματι δαιμόνια ἐξεβάλομεν [b]; καὶ δυνάμεις πολλὰς ἐποιήσαμεν; καὶ ἀποκριθεὶς ὁ κύριος, ἐρεῖ αὐτοῖς· ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐκ οἶδα ὑμᾶς· εἰσὶ δὲ καὶ ἕτεροι, οἵ τινες μοναδικὸν βίον καὶ ἀνεπίληπτον ἀνελάβοντο μὲν, ἐνέπεσον δὲ ἐξ ἀγνοίας καὶ ἀμαθείας εἰς αἱρέσεις, καὶ διὰ τοῦτο τῆς τῶν οὐρανῶν [c] οὐκ ἐπιτεύξονται βασιλείας· ἵνα δὲ μηδὲν αὐτοῖς ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ παρὰ τοῦ δικαίου κριτοῦ χρεωστῆται [d], λαμβάνουσιν ἐνταῦθα χαρίσματα ἰαμάτων, ὅπως ἡνίκα κεκράξωνται, κύριε, κύριε, οὐ τῷ ὀνόματι δυνάμεις πολλὰς ἐποιήσαμεν; ἀκούσωσιν, ἑταῖρε οὐκ ἀδικῶ σε, ἀπέλαβες τὰ σὰ ἐν τῇ ζωῇ σου, νῦν ἆρον τὸ σὸν καὶ ὕπαγε *.

* Act. XIX. 13.

* Matth. XX. 13.

λε'. Ταῦτα τοίνυν καὶ τὰ τοιαῦτα ἀγνοῶν ὁ Σέργιος, ἐρευνᾷ ἐν τοῖς εὐαγγελίοις, καὶ εὑρὼν ἐγγεγραμμένους τοὺς λόγους οὓς ἡ ἀθλία εἴρηκεν, λέγει αὐτῇ· εἰπέ μοι περὶ τίνων, ταῦτα ὁ κύριος εἴρηκεν; ἡ δὲ τέως ἀπόκρισιν οὐκ ἔδωκεν αὐτῷ· ἀλλ' ἔτι προσθεῖσα λέγει· περὶ τίνων εἶπεν ὁ κύριος *, ὅτι πολλοὶ ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν ἥξουσι καὶ ἀνακλιθήσονται [e] μετὰ Ἀβραάμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν; οἱ δὲ υἱοὶ τῆς βασιλείας ἐκ-

cod. f. 105.

* Matth. VIII. 11.

34. Reapse tamen evangelici dicti hanc esse interpretationem reputare licet. Nonnulli sunt usque ad tempora nostra, qui christianos mores prae se ferunt, religioseque videntur vivere; ceterum et incantamentis quibusdam saepe daemones fugare solent, et aegritudines morbosque curare; sicut olim Scevae filii, sive qui exorcistae dicebantur, ut in apostolorum actibus scribitur, quique daemoniacos exorcizando aiebant: adiuramus vos per Christum quem Paulus praedicat: exite de hominibus: daemones autem metu nominis Christi fugiebant. Sic nunc etiam nonnulli agunt; nescii tamen, se propter incantamenta salutis suae iacturam facere. Isti scilicet illa die clamabunt dicentes: Domine, Domine, nonne in nomine tuo daemonia eiecimus, et virtutes multas patravimus? Respondebitque Dominus: amen amen dico vobis, nescio vos. Sunt et alii quidam qui solitariam et irreprehensibilem vitam amplexi fuerant; sed tamen inscitia sua ac ruditate in haereses inciderunt, ideoque caelorum regnum non consequentur. Ne autem quicquam illa die a iusto iudice debeatur, dona nunc sanitatum accipiunt; ut quum postea clamaverint: Domine, Domine, nonne in nomine tuo virtutes multas patravimus, audiant: amice, non facio tibi iniuriam: quod tuum erat accepisti in vita tua: nunc tolle quod tuum est, et abi.

35. Haec et alia huiusmodi ignorans Sergius, evangelia coepit scrutari; compertisque illis verbis, quae turpis mulier dixerat, ait eidem: age dic mihi, de quibusnam haec ait Dominus? Illa vero tunc quidem responsum non reddidit; sed ulterius pergens ait: de quibusnam dixit Dominus, quod multi ab oriente et occidente venient, et cum Abrahamo, Isaaco, et Iacobo recumbent in regno Dei, filii autem

a) R. κηρύττει. — b) R. ἐκβαλομεν. — c) R. et cod. ἀνθρώπων. — d) Cod. χρεωστεῖται. — e) R. et cod. ἀνακληθήσονται.

(1) Hunc paragraphum 34. ore manichaeae feminae facit recitari Raderus; mihi tamen auctor potius loqui videtur.

tribuere. Quid? En mansueti pacificique pastoris discipulus ad pugnandum cum diabolo nos maxime concitat dicens: « de cetero, fratres mei, confortamini in Domino, et in potentia virtutis eius: induite » vos armatura Dei, ut possitis stare adversus insidias diaboli: quoniam non est » nobis colluctatio adversus sanguinem et » carnem, sed adversus principes et potestates, adversus mundi rectores et saeculi huius. » Ergo ne adversus Deum nos pugnare instruit, ille qui nihil praeter corpus in terra umquam possedit, docetque ut ne pro corpore sed pro anima bellum suscipiamus implacabile? Et qui ne hominibus quidem iniuriosis aut percussoribus vel occisoribus resistere iubet, quomodo si novisset hunc esse Deum, nobis cum illo pugnare praeciperet? Item Dominus in sacris evangeliis dum ait: videbam Satanam tamquam fulgur cadentem; dumque ignem aeternum ipsi et angelis eius paratum denuntiat; fugitivum illum et apostatam servum atque creaturam demonstrat, ob suum superbiae causa lapsum, inextinguibili igni dedendum fore, cum apostaticis suis potestatibus. Age vero ubinam audisti, vel quando novisti Deum cadentem, aut sempiterno igne punitum? Sed hunc fortasse pari nomine Deum appellavit, audientium condescendens infirmitati, sensimque ab idolis retrahens, et ad unicum Deum adducens, dum quanta futura sit victoribus remuneratio demonstrat, ob luctam cum superbo et gloriabundo susceptam; si certe lutei mortales incorporeum, viles ac minimi magnum draconem apostatam debellaverint.

6. Atque hoc comperies Corinthiis in priore epistola beatum Paulum scribentem dicere: « de escis itaque quae idolis immolantur, scimus quia nihil est idolum » in mundo, et quod nullus alius est Deus, » nisi unus. Nam etsi sunt qui dicantur » dii, sive in caelo sive in terra. » Observa dogmatis accuratam doctrinam: qui dicun-

tur, inquit, non qui sunt. Propterea obscuratis mentibus homines miserrime hoc patiuntur, fabulis et figmentis atque idolis divinum nomen commutantes. Quod ut radicitus exstirpet sacer apostolus contra ait: « nobis tamen unus Deus pater, ex quo » omnia: et unus dominus Iesus Christus, » per quem omnia: » sed et unus Spiritus sanctus, in quo omnia. Porro locutiones ex quo, et per quem, et in quo, naturas non dividunt, sed personas denotant. Et quum prius dixisset « unus Deus » ob substantiae unitatem, mox verbis « per quem » et in quo » personarum differentiam subdidit. Unus ergo Deus in tribus, et tria unum, ut diximus, qui super omnia et per omnia, et in omnibus permeat. Alio autem loco humanum ventrem Deum nuncupat apostolus, haud sane quasi mundi creatorem, sed ob curam et cultum ei adhibitum: hac videlicet homonymia luxuriosos deterrens, atque ab illius cura avertere volens, ait Philippensibus: « multi » inordinate ambulant, quos saepe vobis » dicebam, nunc autem et flens dico, ini» micos crucis Christi, quorum finis inte» ritus, quorum Deus venter est, et glo» ria in ignominia ipsorum. Additque: qui » terrena sapiunt; nostra enim conversa» tio in caelis est. Et iterum: in carne am» bulantes, non secundum carnem mili» tamus: namque arma militiae nostrae » non carnalia sunt, sed potentia Deo. » Etenim non gladium aut arcum manibus tollere iussit contra armatam aciem, sed intellectualiter contra incorporeos hostes proelium instruere: quorum ictus haud necessario feriunt, sed prout is voluerit qui ab iis appetitur. In hoc enim a corporalibus bellis differentia est, quod in his nolens etiam adversariorum ictus pugnans perpetitur, in illis nulla est necessitas, sed iaculatur quidem hostis, verumtamen utrum ictum nec ne excipiamus, liberi nostri ar-.

γὰρ εἶπεν οὐχ ὑπάρχοντες· δι' ὃ οἱ ἐσκοτισμένοι τὰς διανοίας ἄνθρωποι παναθλίως τοῦτο πεπόνθασι, μύθοις καὶ πλάσμασι καὶ εἰδώλοις τὸ θεῖον μεταβαλόντες ὄνομα· ὅπερ πρόῤῥιζον ἀναστέλλων ὁ ἱερὸς ἀπόστολος ἀνθυποφέρει· * " ἀλλ' ἡμῖν εἷς θεὸς ὁ πατήρ, ἐξ ,, οὗ τὰ πάντα· καὶ εἷς κύριος Ἰησοῦς Χρι,, στός, δι' οὗ τὰ πάντα· ,, ἀλλὰ καὶ ἓν πνεῦμα ἅγιον, ἐν ᾧ τὰ πάντα (1)· τὸ ἐξ οὗ, καὶ δι' οὗ, καὶ ἐν ᾧ, μὴ φύσεις τεμνόντων, ἀλλ' ὑποστάσεις χαρακτηριζόντων· καὶ τὸ μὲν εἷς θεός, διὰ τὴν τῆς οὐσίας ταυτότητα προσθείς, τὸ ἐξ οὗ καὶ δι' οὗ καὶ ἐν ᾧ διὰ τὴν τῶν ὑποστάσεων διαφορὰν ὑπήνεγκεν· εἷς οὖν θεὸς ἐν τρισίν, καὶ τὰ τρία ἕν, ὥσπερ ἔφαμεν, ὁ ἐπὶ πάντων καὶ ἐν πᾶσι διϊκνούμενος· καὶ ἐν ἑτέρῳ δὲ τὴν ἀνθρωπίνην κοιλίαν, θεὸν ὠνόμασεν ὁ ἀπόστολος, οὐχ ὡς κόσμου ποιητήν, ἀλλ' ἐκ τῆς περὶ αὐτὴν σπουδῆς καὶ λατρείας· διὰ τῆς ὁμωνυμίας ἐκφοβῶν τοὺς ἀκολάστους, καὶ ἀνατρέψαι αὐτοὺς τῆς περὶ αὐτὴν σπουδῆς βουλόμενος, λέγων πρὸς Φιλιππησίους· * " πολλοὶ γὰρ ἀτάκτως περι,, πατοῦσιν, οὓς πολλάκις ἔλεγον ὑμῖν, νῦν ,, δὲ καὶ κλαίων λέγω, τοὺς ἐχθροὺς τοῦ σταυροῦ ,, Χριστοῦ, ὧν τὸ τέλος ἀπώλεια, ὧν ὁ θεὸς ,, ἡ κοιλία, καὶ ἡ δόξα ἐν τῇ αἰσχύνῃ αὐτῶν· ,, προσθείς, οἱ τὰ ἐπίγεια φρονοῦντες, ἡμῶν ,, γὰρ τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει· ,, καὶ πάλιν· * ἐν σαρκὶ περιπατοῦντες, οὐ ,, κατὰ σάρκα στρατευόμεθα· τὰ γὰρ ὅπλα τῆς ,, στρατείας ἡμῶν οὐ σαρκικά, ἀλλὰ δυνατὰ ,, τῷ θεῷ ,, οὐ γὰρ μάχαιραν ἢ τόξον ταῖς χερσὶν αἴρειν ἐκέλευσεν πρὸς τὴν ἀντιπαράταξιν, ἀλλὰ νοερῶς πρὸς ἀσωμάτους πολεμίους παρατάττεσθαι· καὶ τὰς βουλὰς αὐτῶν οὐκ ἠναγκασμένως τιτρώσκειν, ἀλλ' ὡς ἂν θελήσοι ὁ παρ' αὐτῶν βαλλόμενος· τοῦτο γὰρ ἐνηλλαγμένως τῶν σωματικῶν ὑπάρχει πολέμων· διότι ἐκεῖ μέν, κἂν μὴ βούλοιτο, τὰς πληγὰς παρὰ τῶν ἀντιπάλων ὁ προσπολεμῶν εἰσδέχεται· ἐνταῦθα οὐκ ἀνάγκη ἕπεται· ἀλλὰ προσβάλλει μὲν ὁ πολέμιος, ἐν τῇ αὐτεξουσιότητι δὲ ἡμῶν ἐστι τὸ δέξασθαι τὴν

* v. 6.

cod. f. 115. b.

* Philip. III, 18.

* II. Cor. X. 3.

(1) Videtur omnino hanc quoque de Spiritu sancto particulam legisse auctor apud Paulum.

πληγὴν ἢ μὴ δέξασθαι· εἰ γάρ τοι τὴν προσβολὴν εἰσδεξώμεθα, καὶ ταύτης ὡς ἀγαθῷ τινι τῇ πικροτάτῃ θελχθῶμεν ἡδύτητι, κατὰ μικρὸν τὴν σηπεδόνα τῶν λογισμῶν ἐπαύξοντες, τότε λοιπὸν καὶ τοῖς τῆς σαρκὸς ἔργοις ἀδεῶς καταχρώμεθα, ἅ τινά εἰσι πορνεῖαι, μοιχεῖαι, καὶ τὰ λοιπὰ τῆς κακίας εἴδη· ὧν περ εὐξώμεθα κυρίῳ τῷ θεῷ διὰ μετανοίας ῥυσθῆναι, καὶ τὰ παρ' ἑαυτῶν συνεισφέροντες.

cod. f. 116.

ζ'. Εἰ δ' αὖ γε τῇ συμβουλῇ τοῦ δολίου μηδὲ τὴν ἀκοὴν ὑποσχῶμεν, προσβαλεῖ μὲν ὡς τῷ θεῷ καὶ λόγῳ βιαστῶς ὁ πολέμιος, ἀποκρουσθεὶς δ' ὑφ' ἡμῶν ταῖς θεοφράστοις ἀποφάσεσι, ὁ μὲν ἐκπεσὼν ἐν ἀνύδροις τόποις καὶ ξηροῖς θείας ἐπιρροῆς ἀπελασθήσεται· ἡμεῖς δὲ τῇ τῶν ἁγίων ἀγγέλων ἐπιστασίᾳ τῷ θείῳ καὶ ζωτικῷ καὶ οὐρανίῳ τραφέντες ἄρτῳ, κατὰ μικρὸν τῇ πνευματικῇ ἡλικίᾳ ἐπαυξανόμενοι, εἰς μέτρον ἡλικίας τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ ἐλευσόμεθα, τοῖς καρποῖς τοῦ πνεύματος στεφανούμενοι, οἵτινές εἰσιν ἀγάπη, χαρά, εἰρήνη, μακροθυμία, χρηστότης, ἀγαθωσύνη, καθ' ὧν οὐκ ἔστι νόμος· δικαίῳ γὰρ νόμος οὐ κεῖται· * ὅσα γὰρ ὁ νόμος λαλεῖ, τοῖς μὴ εὐνομοῦσι λαλεῖ· τοὺς δὲ πνεύματι θεοῦ χρηματίσαντας χάριτι, ποῖος ἄρα νόμος παιδαγωγήσειεν; οὓς ἡ ἀνεξερεύνητος τῆς σοφίας ἄβυσσος τῇ ἑαυτῆς μετουσίᾳ θεοειδεῖς πηγὰς ἀναδίδωσιν τοῖς καλλίστοις νάμασιν τοὺς διαπορευομένους κατευφραίνοντας· τὸ δὲ ὑπὸ τοῦ κυρίου εἰρημένον * "ὁ ἄρχων τοῦ „κόσμου τούτου ἔρχεται„ οὕτως ὀπτέον· πάντων τῶν αἰσθητῶν κτισμάτων περιοχὴ ὁ οὐρανός ἐστιν· τὰ δὲ ὑπερουράνια καὶ νοερὰ τάγματα πρότερα καὶ τιμιώτερα τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν ἴσμεν, καὶ ἐνδοξότερα, τῇ πρὸς θεὸν ἐγγύτητι ἐλλαμπόμενα, καὶ ἄφθαρτα· τὰ δ' ἄλλα, ἐναντία τούτων· ὁ γοῦν ὑπερήφανος καὶ παμπόνηρος διάβολος διὰ τὴν ἑαυτοῦ ὑπερηφανίαν καὶ ἀλαζονίαν τῶν ἐπουρανίων ἀπωσθεὶς περιβόλων σὺν τῷ οἰκείῳ τάγματι, ὑπὸ τῆς οὐρανίου σφαίρας περιέχεσθαι λέγεται· ὡς οὖν κτίσμα ὄντα κἀκεῖνον καὶ τόνδε τὸν αἰσθητὸν κόσμον περιπολεύοντα, εἰκότως ὁ κύριος ἄρχοντα αὐτὸν εἴρηκεν, ὡσανεὶ πρῶτον κτίσμα

* I. Tim. I. 9.

* Ioh. XIV. 30.

cod. f. 116. b.

bitrii est. Si quidem igitur ictum ceu plagam exceperimus, atque huius peramara dulcedine ceu bono quodam delectati fuerimus, cogitationum sanie paulatim aucta, mox carnalibus operibus pro libito abutemur, cuiusmodi sunt fornicationes, adulteria, et reliqua nequitiae genera. A quibus sane rogemus Dominum ut per paenitentiam nos eripiat, nostrae simul operae partem conferre non detrectantes.

7. Certe si deceptoris consiliis ne aurem quidem praebebimus, adgredietur quidem, ut ter olim Deum Verbum, hostis; sed a nobis divinis responsis repulsus, procul in aridis locis, et divino influxu carentibus, relegabitur: nos autem sanctorum angelorum ministerio, divino vivifico caelestique pane nutriti, paulatim spiritali aetate aucti usque ad mensuram plenae aetatis Christi deveniemus, spiritus fructibus perornati, qui sunt caritas, gaudium, pax, longanimitas, mansuetudo, bonitas, contra quas nulla lex est; nam iusto lex non constituitur: quicquid enim lex loquitur, non bene moratis loquitur. At illos qui Dei spiritu aguntur, et filii Dei per gratiam sunt, quae lex erudiet? quibus profunda sapientiae abyssus, participatione sua, divinas scatebras affundit, optimis fluentis praetereuntes recreans. Iam Domini dictum « princeps huius mundi venit » sic est considerandum. Cunctarum sensibilium creaturarum receptaculum caelum est. Caelestes vero intellectuales ordines, superiores nobilioresque terrestribus esse scimus, et gloriosius ob Dei propinquitatem fulgentes, ad malitiam minime quidem proclives atque incorruptibiles. Alii vero his contrarii fuerunt ordines. Superbus ergo et nequissimus diabolus, ob elationem suam et iactantiam caelestibus eiectus septis cum stipatoribus suis, infra caelestem sphaeram contineri dicitur. Ergo illum utpote pariter creaturam, et sensibilis mundi incolam, recte Dominus principem dixit, primam veluti creaturam, et prae ceteris

mundi huius nobiliorem. Fuit enim aliquando sensibilibus cunctis melior, qui nunc est foetente stercore impurior. Et nos quoque principium sensibilium omnium Dei creaturarum caelum terramque esse dicimus, non quod haec ceteris dominentur, sed quia principium divinae creationis fuere. Principales item viros et honoratiores in urbibus aut pagis, proceres ac principes dicere solemus, etsi in neminem potestatem habeant. Sic ergo a me intelligitur huius mundi princeps.

8. Quod si forte concederemus ipsum huic mundo dominari, tunc ita dicendum est. Homo parvus mundus et est et dicitur: quam rem bene cognosces, si elementa singula quibus constat consideraveris, et cuinam singula mundano elemento respondeant, et unde unumquodque consistat: ita ut si, consilio aliquo, vel unum ex elementis mundanis, deficiat, iam non sit homo animal rationale mortale, neque item universa terrae fabrica diutius subsistat. Ergo quum semet homines ab uno purissimoque Deo sponte separaverint, blandis diaboli escis illecti, et carnalibus irretiti corruptelis, quarum ille magister est, ipsum consequenter apostatam sibi principem effecerunt: quem rerum exitus, non divina providentia principem constituit mundi, id est inconstantium et sui arbitrii hominum improborum. Nam reapse solis improbis dominatur: secus vero bonis frugique hominibus adeo non imperat, ut cum metu potius iis serviat, et ipsorum iussibus timens tremensque obtemperet, si quid ipsi ut mancipio mandent. Veluti Pauli iussu pythonicus spiritus eiectus fuit; et homo ille qui Corinthi peccaverat diabolo ab eodem Paulo ad breve tempus traditus, mox non sine magna potestate receptus fuit. Res insuper fit explorata, quoniam saepe nonnulli de recta via sponte declinant ad perversam; et ex hac rursus in rectam redeunt: quod in mundanis elementis fieri nequit. Neque enim ignis

καὶ τιμιώτερον γενόμενον τοῦδε τοῦ αἰσθητικοῦ κόσμου· ἦν γάρ ποτε κρείττω τῶν αἰσθητῶν, ὁ καὶ τῆς δυσώδους κόπρου ἀρτίως ὑπάρχων ἀκαθαρτότερος· καὶ ἡμεῖς γὰρ ἀρχὴν τῶν αἰσθητῶν τοῦ Θεοῦ κτισμάτων τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν εἶναι λέγομεν, οὐχ ὅτι ἄλλων τινῶν ἐξουσιάζουσιν, ἀλλ' ὅτι ἀρχὴ τῆς τοῦ Θεοῦ δημιουργίας εἰσίν· καὶ τοὺς πρώτους καὶ ἐντιμοτέρους ἐν ταῖς πόλεσιν ἢ ἐν ταῖς κώμαις προοίκους καὶ ἄρχοντας εἰώθαμεν λέγειν, καίπερ τινῶν μὴ ἐξουσιάζοντας· οὕτω νοεῖται μοι ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου.

η'. Ἀλλ' εἰ καὶ δῶμεν αὐτὸν ἄρχειν καὶ ἐξουσιάζειν τοῦδε τοῦ κόσμου, ῥητέον οὕτως· ὁ ἄνθρωπος μικρὸς κόσμος καὶ ἔστι καὶ λέγεται· καὶ τοῦτο ἀκριβῶς γνώσῃ τὴν περὶ αὐτὸν στοιχείων ἀναλογισάμενος τὴν σύνθεσιν, καὶ ποῖον ἕκαστον ποίῳ κοσμικῷ στοιχείῳ ἔοικεν, καὶ ἐκ ποίου ἕκαστον μεταλαμβάνει καὶ συνίσταται· ὥστε εἰ ἐπινοίᾳ τινὶ ἓν τῶν κοσμικῶν στοιχείων ἐκλείψει, οὐκ ἔσται ζῷον λογικὸν θνητὸν τὸ [illegible], ἀλλ' οὐδὲ πᾶσα ἡ τῆς γῆς διακόσμησις· ἑαυτοὺς οὖν οἱ ἄνθρωποι τοῦ μόνου καὶ καθαρωτάτου Θεοῦ ἑκουσίως ἀποχωρίσαντες, καὶ τοῖς τοῦ πονηροῦ θωπευτικοῖς προστρυέντες δελεάσμασι, καὶ τοῖς σαρκικοῖς συνδεθέντες μιάσμασι, ὧν αὐτὸς ἐστι διδάσκαλος, εἰκότως ἑαυτῶν ἄρχοντα τὸν ἀποστάτην πεποιήκασιν· ὃν ἡ ἔκβασις τῶν πραγμάτων, οὐχ ἡ θεία πρόνοια ἀνέδειξε τοῦ κόσμου ἄρχοντα τῶν ἐθελοβρέπτων καὶ αὐτεξουσίων καὶ πονηρῶν ἀνθρώπων· ἐν γὰρ τοῖς κακοῖς ἄρχει καὶ μόνον· καὶ ἐν δὲ τοῖς γε ἀγαθοῖς ἀνθρώποις οὐδέποτε ἦρξεν, μᾶλλον δὲ καὶ μετὰ φόβου αὐτοῖς δεδούλωται, τῇ προστάξει αὐτῶν φόβῳ καὶ τρόμῳ ὑπείκων, εἴ τι ἂν αὐτῷ ὡς ἀνδραπόδῳ προστάξωσιν· ὡς Παύλου τῇ κελεύσει τὸ πυθώνιον πνεῦμα ἐξελήλαται * καὶ ὁ ἐν Κορίνθῳ παρανομήσας τῷ διαβόλῳ ὑπὸ Παύλου πρὸς μικρὸν παρεδόθη *, καὶ πάλιν ἐλήφθη, κατὰ πολλὴν ἐξουσίαν· δῆλον δὲ καὶ τοῦτο διὰ τὸ πολλάκις ἐκ τῆς εὐθείας ὁδοῦ αὐτεξουσίως τινὰς ἐπὶ τὴν σκολιὰν ἐκκλίνειν, καὶ πάλιν ἀπὸ ταύτης ἐπὶ τὴν εὐθεῖαν· ὅπερ ἐπὶ τῶν κοσμικῶν στοιχείων ἀμήχανόν ποτε γενέσθαι·

cod. f. 117.

* Act. XVI. 18.

* I. Cor. V. 5.

οὐ γὰρ ἂν πώποτε τὸ πῦρ εἰς ὕδωρ μεταβληθείη, ἢ τὸ ὕδωρ εἰς πῦρ, ἢ ἡ γῆ εἰς ἀέρα, ἢ ὁ ἀὴρ εἰς γῆν, ἀλλ᾽ ἀεὶ ὡσαύτως εἰσὶν ἀμετάβλητα, παρὰ τοῦ δημιουργοῦ καὶ θεοῦ συντηρούμενα ἐμφόβῳ προστάγματι, μέχρι τῆς τελευταίας ἡμέρας· ὧν εἰ ἐν ἀκαριαίῳ χρόνῳ ὁ πονηρὸς ἦρξέν ποτε ἢ ἐξουσίασεν, πάντα ἂν ἀνέτρεψεν καὶ συνέχεεν· ἀλλ᾽ οὐδὲ γὰρ κατὰ χοίρων ἐξουσίαν ἔχει, ὥσπερ ἐν τοῖς εὐαγγελίοις ἠκούσαμεν, μὴ τοῦ θεοῦ συγχωροῦντος· * ὅτε γὰρ καὶ ἐδέξατο κατ᾽ αὐτῶν ἐξουσίαν, τὸ τί δέδρακεν εἰς αὐτούς, οἶμαι μὴ ἀγνοεῖν τινα ἐν ἐκκλησίᾳ θεοῦ εἰσιόντων.

cod. f. 117. b

* Matth. VIII. 31.

θ´. Λάβε μοι δὲ καί τινας εἰκόνας τούτου παραπλησίους· ὥσπερ ἐάν τινες ἀσελγεῖς καὶ μιαιφόνοι ἄνδρες ἐπὶ τὸ αὐτὸ πρὸς λῃστρικὸν τόπον συναθροισθῶσιν, καὶ κατὰ μικρὸν πλείους γινόμενοι ἑαυτοῖς ἕνα τινὰ ἀναδείξωσιν ἄρχοντα, οὐ τοῦ θεοῦ αὐτοῖς τοῦτο ἐπινεύσαντος, ἀλλ᾽ ἐξ οἰκείας μιαιφονίας αὐτῶν καὶ αἰσχρουργίας τοῦτο ἐπιτηδεύσαντες· οὕτω μοι νόει κἀνταῦθα· * καὶ τοῦτο δῆλον ὅτι οὐκ ἐκ θεοῦ αὐτοῖς τοῦτο ἐφηύρηται, ἐξ ὧν πολλοὺς ἴσμεν λῃστὰς καὶ τυμβωρύχους μεταγνόντας, τοὺς μὲν ταχέως, τοὺς δὲ καὶ περὶ τὰς δυσμὰς τοῦ ἑαυτῶν βίου, καὶ διὰ μετανοίας τὸν θεὸν ἐξιλεωσαμένους, καὶ τῆς σωτηρίας ἐπιτυχόντας· ὧν εἰ ἠναγκασμένως ἦν ἡ κίνησις, οὐκ ἂν οὕτως ταχέως μετεβάλλοντο. Καὶ πάλιν· ὥσπερ εἴ τις δραπέτης δοῦλος ἔχων χρηστὸν καὶ ἀγαθὸν δεσπότην, τούτου ἀποχωρισθείς, πρὸς λῃστὰς ἢ ἐθνικοὺς αὐτομολήσει, καὶ ἕνα τινὰ τῶν παρ᾽ αὐτοῖς γνωρίσει ἄρχοντα ἢ βασιλέα· καὶ ἕως μὲν ἦν παρὰ τῷ χρηστῷ δεσπότῃ, ἐκεῖνον καὶ εἶχεν καὶ ὠνόμαζε κύριον, ὅπερ ἦν ἀληθές· εἶτα πρὸς τοὺς ἐναντίους ἀπελθὼν, ἐκεῖνον εἶχεν ἄρχοντα ὃν ᾑρετίσατο· πολλάκις δὲ μεταγνοὺς, καὶ ἐκ τῶν δυσμενῶν παλινδρομήσας, πάλιν εἶχε τὸν πρότερον χρηστὸν καὶ ἀγαθὸν δεσπότην· οὕτω κἀνταῦθα· ἕως μὲν τὴν ἐντολὴν ἐφυλάττομεν τῇ βουλῇ καὶ τῇ προστάξει τοῦ θεοῦ πορευόμενοι, τὸν πλάσαντα θεὸν καὶ εἴχομεν καὶ ὠνομάζομεν· τῇ ἐντολῇ δὲ τοῦ θεοῦ μὴ ἐμμείναντες, ἀλλὰ τῇ συμβουλῇ τοῦ ἐχθροῦ ἐξακολουθήσαντες,

* cod. καὶ ταῦθα.

cod. f. 118.

umquam in aquam vertetur, nec in ignem aqua; aut terra in aërem, vel in terram aër, sed eadem semper sunt, creatoris Dei concreta et conservata tremendo mandato usque ad extremam diem. Quorum elementorum si forte dominatum potestatemve ille improbus vel brevissimo tempore nactus esset, omnia iamdudum evertisset pessumque dedisset. Sed enim ne in porcos quidem potestatem habuit, ut ex evangeliis audivimus, nisi permittente Deo. Cum autem potestatem adversus eos impetravit, quid eis fecerit, neminem eorum qui Dei ecclesiam ingrediuntur, ignorare arbitror.

9. Alias quoque similes accipe imagines. Veluti siqui flagitiosi et sanguinarii homines loco latrociniis idoneo congregentur, paulatimque numero aucti ducem sibi ex his aliquem creent, haud equidem Deo id fit annuente, sed suo caedium studio et morum iniquitate suadente. Et mecum heic considera, prorsus apparere sine Dei nutu hunc ab illis principatum creatum, quia multos scimus latrones et praedones resipuisse, alios mature, alios circa vitae occasum, et sua paenitentia Deum placasse, salutemque consecutos: quorum si coacta et non libera commotio fuisset, non ita facile mutati essent. Rursus. Veluti si quis fugitivus servus qui clementi bonoque hero suberat, deinde hoc derelicto, ad latrones vel ethnicos transfugiat, et unum quemvis apud illos agnoscat principem aut regem. Hic donec quidem apud benignum herum erat, hunc et habebat dominum et appellabat, uti reapse erat: deinde ad contrarios transgressus, illum habebat principem quem delegerat. Paenitens tamen, ut saepe accidit, a saevis illis discedens, denuo primum habuit benignum bonumque dominum. Sic nobis usuvenit. Quamdiu praeceptum observavimus, ad nutum voluntatemque Dei viventes, eum qui nos creavit habuimus appellavimusque Deum. Sed postquam in Dei mandatis non perstitimus, sed inimici consilia sectati sumus, Deum qui-

dem adhuc, volentes nolentes, principem habemus, cui non obedivimus dum voluptatibus et peccatis sponte serviebamus. Non ita tamen se cuncti gesserunt. Extiterunt enim et ante legem et post legem innumeri homines, qui inimico firmiter restiterunt, eiusque servile iugum a se reiecerunt, etiamsi naturali mortis sententiae omnes obnoxii fuerunt, patrium exsolventes debitum, Deo hanc poenam ipsis imponente. Alii demum, qui inimico semet addixerant, incredulitate ac voluptatibus captivati, nihilominus Deo iterum per paenitentiam reconciliati sunt.

10. Quod autem Deus unus sit, invisibilis, incomprehensibilis, intellectui impervius, sine figura, sine specie, non palpabilis, incircumscriptus, infinitae potentiae, incorporeus, cuius neque speciem quisquam vidit umquam, neque vocem audiit, neque naturam cuiusmodi sit comprehendit, hoc inquam omnibus mente praeditis exploratum est. In quem unum eundemque solum Deum credimus nos qui vere christiani sumus, ter sanctum, ter hypostaticum, inconfuse unitum substantiâ, indivise distinctum personis. Unum vero de sancta eadem Trinitate incarnatum pro nobis, in forma nostra immutabiliter et invertibiliter visum esse et palpatum in carne, crucifixum, sepultum, in vitam revocatum, et in patris dextera sedentem, ut apostolus Paulus ait: nempe « quod conresuscitavit » et consedere fecit nos Deus pater in cae» lestibus in dextera maiestatis, in Christo » Iesu domino nostro. » Non tamen omnes singillatim homines (quae res non mente solum, verum etiam sensu cognoscitur) sed adsumptam ex nobis, veluti primitias humanae naturae, hypostatice Christo unitam carnem in dextera maiestatis in caelis fecit consedere. In quo domino ac Deo nostro spes omnes nostras defiximus, quem in omnem rem creatam, visibilem atque invisibilem, potestatem habere confitemur; et quem firmiter vereque expectamus domi-

τὸν θεὸν μὲν ἔχομεν, κἂν μὴ βουλώμεθα, ἄρχοντα· ᾧτινι ἠπειθαρχήσαμεν, ταῖς ἡδοναῖς καὶ ταῖς ἁμαρτίαις αὐτοδουλούμενοι· * ἀλλ' οὐ πάντες· εἰσὶ γὰρ παρ' ἡμῖν καὶ πρὸ τοῦ νόμου καὶ μετὰ νόμον ἄνδρες ἄπειροι, οἵτινες τῷ ἐχθρῷ στερρῶς ἀντετάξαντο, καὶ τὸ τῆς δουλείας αὐτοῦ βάρος ἐξ ἑαυτῶν ἀπεσείσαντο, εἰ καὶ τῷ φυσικῷ τοῦ θανάτου κρίματι πάντες ὑπήχθησαν, πατρῷον ἀποτιννύοντες ὄφλημα, καὶ ἐκ θεοῦ ταύτην τὴν τιμωρίαν δεξάμενοι· καὶ εἰσὶν ἕτεροι οἵτινες τῷ ἐχθρῷ ἐξακολουθήσαντες, καὶ δουλωθέντες ἐξ ἀπιστίας καὶ ἡδονῶν, πάλιν τῷ ἀγαθῷ θεῷ ἡμῶν διὰ μετανοίας οἰκειώθησαν.

ι'. Ὅτι δὲ εἷς ἐστιν ὁ θεὸς, ἀόρατος, ἀπερίληπτος, ἀκαταίσητος, ἀσχημάτιστος, ἀνείδεος, ἀναφὴς, ἀπερίγραπτος, ἀπειροδύναμος, ἀσώματος, οὗ οὔτε εἶδός ποτέ τις ἑώρακε πώποτε, οὔτε φωνὴν αὐτοῦ ἀκήκοεν, οὔτε τὴν φύσιν αὐτοῦ ὁποία ἐστὶ κατέλαβεν, πᾶσι τοῖς νοῦν ἔχουσι πρόδηλον· εἰς ὃν ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν μόνον θεὸν πιστεύομεν ἡμεῖς οἱ ὄντως ἀληθινοὶ χριστιανοὶ τὸν τρισάγιον καὶ τρισυπόστατον, τὸν ἀφύρτως ἑνούμενον τῇ οὐσίᾳ, καὶ ἀτμήτως διαιρούμενον ταῖς ὑποστάσεσι· τὸν ἕνα δὲ τῆς αὐτῆς ἁγίας τριάδος σαρκωθέντα δι' ἡμᾶς τὸ καθ' ἡμᾶς ἀναλλοιώτως καὶ ἀτρέπτως ὁραθέντα τε καὶ ψηλαφηθέντα σαρκὶ, καὶ σταυρωθέντα, καὶ ταφέντα, καὶ ἀναστάντα, καὶ νῦν καθήμενον ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς, καθὼς Παῦλος ὁ ἱερὸς ἀπόστολος φησίν· * „ ὅτι συνήγειρεν καὶ συνεκά„ θισεν ἡμᾶς ὁ θεὸς καὶ πατὴρ ἐν τοῖς ἐπου„ ρανίοις ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλωσύνης, ἐν „ Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν· „ οὐ γὰρ πάντας ἀνθρώπους ἐστὶ καθ' ἕκαστα, τοῦτο γὰρ οὐ νῷ μόνον, ἀλλὰ καὶ αἰσθήσει καταληπτὸν, ἀλλὰ τὴν προσληφθεῖσαν ἐξ ἡμῶν ἀπαρχὴν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, καὶ καθ' ὑπόστασιν τῷ Χριστῷ ἑνωθεῖσαν ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλωσύνης ἐν οὐρανοῖς ἐκάθισεν· ἐν ᾧ κυρίῳ καὶ θεῷ ἡμῶν τὰς ἐλπίδας ἡμῶν πάσας ἔχομεν· καὶ ὃν πάσης κτίσεως ὁρατῆς τε καὶ ἀοράτου τὴν ἐξουσίαν ἔχειν ὁμολογοῦμεν· καὶ ὃν βεβαίως καὶ ἀληθῶς προσδοκῶμεν τὴν κυρίαν καὶ δεσποτείαν ἔχειν καὶ τοῦ παρόντος

* cod. αὐτῷ pro αὐτοῦ.

cod. f. 118. b.

* Ephes. II. 6.

καὶ τοῦ μέλλοντος καὶ κόσμου καὶ αἰῶνος, σὺν τῷ ἀνάρχῳ πατρὶ βασιλεύοντα, καὶ τῷ παντοδυνάμῳ αὐτοῦ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

cod. f. 119.

natum potentatumque habiturum praesentis futurique temporis, et mundi et aeternitatis, cum patre principio carente regnantem, et cum omnipotente eius Spiritu per saecula saecula saeculorum. Amen.

ια΄. Ὅμως ἀναγκαῖον ἔτι καὶ περὶ τοῦ προκειμένου βραχέα διαλαβεῖν, καθὼς ἐν ἀρχῇ τοῦδε τοῦ λόγου ὑπεσχόμεθα, πρὸς αἰσχύνην καὶ ὀνειδισμὸν τῶν θεομάχων καὶ ἀνοσίων Μανιχαίων, τῶν ὀνομαζόντων μὲν ἑαυτοὺς ὅπερ οὐκ εἰσίν, ὄντων δὲ ὅπερ ἀκούειν οὐκ ἀνέχονται· εἰ γὰρ διαχθήσεται παρὰ τῆς ἱερᾶς γραφῆς, ὅτι ὁ αὐτὸς εἷς θεός ἐστιν, καὶ οὐκ ἄλλος ὁ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ποιήσας δι' υἱοῦ· αὐτὸς δὲ καὶ πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ὑπάρχων καὶ οὐχ ἕτερος, ὁ αὐτὸς ἀνείδεος καὶ ἀσχημάτιστος ὑπάρχων κατὰ τὴν θείαν οὐσίαν, λείπεται αὐτοὺς ἄρα ἔχειν παρ' ἑαυτοῖς ἕτερον θεόν, ὃν κακούργου σκέψεως καὶ κακοδαίμονος διανοίας ἑαυτοῖς ἀναπλάττουσιν· ὃς καὶ φανερωθήσεται ὁποῖός ἐστι, τῶν γραφικῶν ἀληθῶς μαρτυριῶν εἰς μέσον προτεθειμένων· ἀκουσάτωσαν τοίνυν ἐνταῦθα, καὶ τῆς εὐαγγελικῆς ἐνάρθρου σάλπιγγος σαφῶς λεγούσης ἀκουέτωσαν· εἶπεν ὁ κύριος· * τὰ ἔργα ἃ ἐγὼ ποιῶ μαρτυρεῖ περὶ ἐμοῦ, ὅτι ὁ πατήρ με ἀπέστειλεν· καὶ ὁ πέμψας με πατὴρ, αὐτὸς μεμαρτύρηκεν περὶ ἐμοῦ· ποῦ δὲ ἄρα μεμαρτύρηκεν, συμφώνως οἱ εὐαγγελισταὶ φασίν· * βαπτισθεὶς ὁ κύριος Ἰησοῦς ἀνέβη εὐθὺς ἀπὸ τοῦ ὕδατος· καὶ ἰδοὺ ἀνεῴχθησαν αὐτῷ οἱ οὐρανοί, καὶ εἶδεν τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ καταβαῖνον ὡσεὶ περιστερὰν, καὶ ἐρχόμενον ἐπ' αὐτόν· καὶ ἰδοὺ φωνὴ ἐκ τῶν οὐρανῶν λέγουσα· οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς ἐν ᾧ ηὐδόκησα· καὶ πάλιν περὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ μεταμορφώσεως οἱ αὐτοί φασιν· * « παραλαβὼν ὁ κύριος Ἰησοῦς τὸν Πέτρον καὶ Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, ἀνήνεγκεν αὐτοὺς εἰς ὄρος ὑψηλὸν κατ' ἰδίαν· καὶ μετεμορφώθη ἔμπροσθεν αὐτῶν· » οἷς καὶ παρεδείκνυ εἶδος ξένον, ὅσον χωρεῖν ἠδύναντο· οἳ καὶ τὴν ὑπερβολὴν αἴγλης μὴ ἐνεγκόντες ἐπὶ τὴν γῆν καταπεσόντες εἰς ὕπνον ἐτρέποντο· καὶ ἰδοὺ φωνὴ ἐκ τῆς νεφέλης λέγουσα· οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς ἐν ᾧ

* Ioh. V. 36.
v. 37.
* Matth. III. 16.
* Matth. XVII. 1. Marc. IX. 1. Luc. IX. 28.

11. Adhuc tamen necessarium est de praedicto argumento pauca disserere, sicut initio sermonis huius promisimus, ad ignominiam increpationemque hostium Dei impurorum Manichaeorum; qui se quod non sunt, nuncupant; quod autem sunt, audire non sustinent. Si enim ex sacra scriptura demonstrabitur, unum eundemque esse et non alium, qui caelum terramque fecit per filium; eundemque patrem esse domini nostri Iesu Christi et non diversum, eundemque sine specie et sine figura, quod ad divinam substantiam adtinet, superest ut illi utique habeant apud se alium Deum, quem malefico ingenio et infelici mente sibi confingunt. Porro ille (noster) qui sit, patefiet veris scripturarum testimoniis in medium allatis. Heic igitur proferantur, et evangelicam articulate sonantem tubam audiant palam dicentem. Dominus dixit: opera quae ego facio, testimonium perhibent de me, quod pater me miserit. Et qui me misit pater, ipse testimonium perhibuit de me. Ubinam vero testatus sit, concorditer evangelistae dicunt: baptizatus dominus Iesus confestim ascendit de aqua: et ecce aperti sunt ei caeli, viditque Spiritum Dei descendentem sicut columbam, et venientem super se. Et ecce vox de caelis dicens: hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui. Rursus de Christi transfiguratione iidem aiunt: « suscipiens dominus Iesus Petrum et Iacobum » ac Iohannem fratrem eius, duxit eos in » montem excelsum seorsum. Et transfi» guratus est ante eos. » Quibus etiam exhibuit speciem novam, quantum ipsi capere poterant: qui quum splendoris vehementiam non ferrent, humi procumbentes somno se tradiderunt. Et ecce vox de nube dicens: hic est filius meus dilectus in quo

mihi bene complacui. Haec una voce evangelistae tres. Iohannes autem ait. Dominus dixit: clarifica me, pater, claritate quam habui prius quam mundus fieret apud te. Ecce et apud ipsum testatur mundum fuisse hypostatica veritas, videlicet ante etiam mundi creationem clarificato filio apud patrem; non autem apud quemquam alium, ut vos dicitis, mundum fuisse. Statimque vox de caelo delapsa ait: et clarificavi et iterum clarificabo. Vides auditam fuisse patris vocem a praesentibus quotquot illa auditione digni fuerunt. Non tamen audierunt indigni: sicuti ne transfigurationis quidem lucem vidit proditor Iudas. Reliqui vero apostoli digni sane erant eius visione, sed tamen prudenti ratione a Domino praetermissi sunt, ne invidiosius et inexcusabilius ipsi fieret quod nonum exclusisset.

12. Beatus quoque apostolus Paulus ait, Dominum e mortuis suscitatum, visum esse Cephae, deinde duodecim, deinde plus quam quingentis fratribus simul: deinde visum esse Iacobo: deinde apostolis omnibus, videlicet ante gloriosam eius in caelum assumptionem. Novissime autem omnium tamquam abortivo visus est et mihi: intellectualiter omnino, et semet ostendens Dominus et illum ad sui cognitionem invitans. Anno enim ferme exacto ex quo Christus in caelum assumptus fuerat, fide ac baptismo suscepto apostolus, mundi a Spiritu sancto constitutus est doctor. Et suscitatus quidem e mortuis Dominus apostolis apparuit, visusque et manu a curioso Thoma palpatus, et cum ipsis conversatus est, ne phantasma quoddam existimaretur, sed vera potius corporis e mortuis resurrectio. Pari modo cum ceteris dignis egit. Verumtamen reliquo Iudaeorum populo non apparuit: non enim digni erant videre resuscitatum e mortuis ut Deum, quem uti maleficum crucifixerant. Sed enim intellectualiter quoque a dignis cernitur mente sola, etsi admodum exiliter adumbratus.

ηὐδόκησα· ταῦτα μὲν οἱ τρεῖς εὐαγγελισταὶ συμφώνως· * ὁ δὲ Ἰωάννης φησίν· εἶπεν ὁ κύριος, δόξασόν με πάτερ τῇ δόξῃ ᾗ εἶχον πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι παρὰ σοί· ἰδοὺ καὶ παρ᾽ αὐτῷ τὸν κόσμον εἶναι μαρτυρεῖ ἡ ἐνυπόστατος ἀλήθεια, δηλονότι πρὸ τοῦ κτισθῆναι τὸν κόσμον δοξαζομένου τοῦ υἱοῦ παρὰ τῷ πατρί· καὶ οὐ παρ᾽ ἑτέρῳ εἶναι τὸν κόσμον, καθὼς αὐτοὶ φατέ· καὶ εὐθέως φωνὴ ἐγένετο ἐκ τῶν οὐρανῶν λέγουσα· καὶ ἐδόξασα, καὶ πάλιν δοξάσω· * ἴδε ὅτι φωνὴν αὐτοῦ οἱ παρόντες ἀκηκόασιν οἱ ἀξίως χωρητικοὶ τῆς τοιαύτης ἀκοῆς· οὐκ ἀκηκόασι δὲ πάντως οἱ ἀνάξιοι, ὥσπερ οὐδὲ τὸ τῆς μεταμορφώσεως φῶς Ἰούδας ὁ προδότης· οἱ δὲ λοιποὶ ἀπόστολοι ἄξιοι μὲν τοῦ ἰδεῖν αὐτὸν ὑπῆρχον, οἰκονομικῶς δὲ ὑπὸ τοῦ κυρίου ἀπελείφθησαν· ὥστε ἀνεπαχθέστερον αὐτῷ γενέσθαι καὶ ἀναπολόγητον τὸ ἔνατον ἀπολειφθῆναι.

* Ioh. XVII. 5.

* Ioh. XII. 28.

cod. f. 120.

ιβ΄. Καὶ ὁ μακάριος ἀπόστολος Παῦλός φησιν· * ὅτι ὁ κύριος ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν ὤφθη Κηφᾷ, εἶτα τοῖς δώδεκα, ἔπειτα ἐπάνω πεντακοσίοις ἀδελφοῖς ἐφάπαξ, ἔπειτα ὤφθη Ἰακώβῳ, εἶτα τοῖς ἀποστόλοις πᾶσιν, δηλονότι πρὸ τῆς ἐνδόξου αὐτοῦ εἰς οὐρανοὺς ἀναλήψεως· ἔσχατον δὲ πάντων ὡσπερεὶ τῷ ἐκτρώματι ὤφθη κἀμοί· νοερῶς πάντως καὶ ὀπτανόμενος καὶ προσκαλούμενος αὐτὸν πρὸς τὴν ἐπίγνωσιν ἑαυτοῦ ὁ κύριος· μετὰ γὰρ ἐνιαυσιαῖον σχεδὸν χρόνον τῆς Χριστοῦ πρὸς οὐρανοὺς ἀναλήψεως, πιστεύσας καὶ βαπτισθεὶς ὁ ἀπόστολος, τῆς οἰκουμένης ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος προεβλήθη διδάσκαλος· καὶ ἀναστὰς μὲν ὁ κύριος ἐκ νεκρῶν, σωματικῶς τοῖς ἀποστόλοις ὠπτάνετο, ὁρώμενός τε καὶ τῇ χειρὶ τοῦ πολυπράγμονος Θωμᾶ ψηλαφούμενος καὶ σὺν αὐτοῖς ἁλιζόμενος, ὥστε μὴ νομισθῆναι φαντασία τις, ἀλλ᾽ ἀληθὼς σώματος ἐκ νεκρῶν ἀνάστασις· ὁμοίως καὶ τοῖς λοιποῖς ἀξίοις· τῷ δὲ λοιπῷ δήμῳ τῶν Ἰουδαίων οὐκ ὤφθη· οὐ γὰρ ἦσαν ἄξιοι ἀναστάντα ὡς θεὸν ἐκ νεκρῶν ἰδεῖν ὃν ὡς κακοῦργον ἐσταύρωσαν· ἀλλὰ καὶ νοερῶς τοῖς ἀξίοις ὠπτάνετο τῷ νόῳ, εἰ καὶ λίαν ἀμυδρῶς σκιαγραφούμενος· καθὼς πρὸς τὸν Φι-

* I. Cor. XV. 5.

λοιπὸν ὁ κύριος ἔφη· * « ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, » ἑώρακε τὸν πατέρα μου » τουτέστιν ὁ νενοηκώς· οὐ γὰρ σωματικοῖς ὀφθαλμοῖς ὁρᾶται τὸ θεῖον, ἀλλὰ νοῒ ὅσον ἐνδέχεται· εἰ γὰρ καὶ τὸ θεῖον ἀσχημάτιστόν ἐστι καὶ ἀπερίγραπτον, ἀλλ' οἷς οἶδεν τρόποις οἰκονομίας τοῖς ἀξίοις ὀπτάνεται, πολυειδῶς καὶ πολυτρόπως τῆς σωτηρίας πάντων προνοούμενος.

ιγ'. Ὅτι δὲ ὁ αὐτὸς θεός ἐστιν καὶ οὐκ ἄλλος ὁ ποιητὴς τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς καὶ πάντων τῶν ἐν αὐτοῖς ὄντων, ὁ αὐτὸς καὶ ἀόρατος τῇ θείᾳ οὐσίᾳ, καὶ πατὴρ ὑπερουράνιος ὑπάρχων, καὶ ἐν τῷ παντὶ ὢν καὶ ὑπὲρ τὸ ὕπαρ ὤν, ἀκριβῶς διὰ βραχέων ἄκουσον· εἶπεν ὁ κύριος· * ἐξομολογοῦμαί σοι πάτερ, κύριε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς· καὶ πάλιν· * γίνεσθε οἰκτίρμονες ὡς ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος, ὅτι τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους· καὶ πάλιν· * ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν μὴ ὀμόσαι ὅλως μήτε ἐν τῷ οὐρανῷ ὅτι θρόνος ἐστὶ τοῦ θεοῦ, μήτε ἐν τῇ γῇ ὅτι ὑποπόδιόν ἐστι τῶν ποδῶν αὐτοῦ· καὶ ὁ ἀπόστολος· * ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα τὰ ἐν οὐρανῷ καὶ τὰ ἐπὶ γῆς, εἴτε θρόνοι εἴτε ἀρχαί· τὰ πάντα δι' αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν ἔκτισται· καὶ αὐτός ἐστι πρὸ πάντων, καὶ τὰ πάντα ἐν αὐτῷ συνέστηκεν· καὶ τὴν πρὸς τοὺς Ἀθηναίους δὲ δημηγορίαν τοῦ ἀποστόλου Παύλου ἀνάγνωθι τὴν ἐν ταῖς πράξεσι κειμένην τῶν ἀποστόλων· * καὶ πάλιν ἐν ταῖς αὐταῖς πράξεσι * γέγραπται, ὅτι ἀπολυθέντες οἱ ἀπόστολοι ἦλθον πρὸς τοὺς ἰδίους, δηλονότι ἐκ τοῦ συνεδρίου ἀπολυθέντες τῶν Ἰουδαίων, καὶ ἀπήγγειλαν αὐτοῖς ὅσα πρὸς αὐτοὺς οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι εἶπον· οἱ δὲ ἀκούσαντες ἦραν φωνὴν ὁμοθυμαδὸν λέγοντες· δέσποτα κύριε ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς· ὁ τοῦ πατρὸς ἡμῶν διὰ πνεύματος ἁγίου, στόματος Δαβὶδ παιδός σου εἰπὼν, ἵνα τί ἐφρύαξαν ἔθνη, καὶ λαοὶ ἐμελέτησαν κενά; παρέστησαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ οἱ ἄρχοντες συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ, κατὰ τοῦ κυρίου καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ· συνήχθησαν γὰρ ἐπ' ἀληθείας ἐπὶ τὸν παῖδά σου Ἰησοῦν, ὃν ἔχρισας, Ἡρώδης τε καὶ Πόντιος Πιλάτος σὺν ἔθνεσι καὶ λαοῖς Ἰσραήλ,

Sicuti Philippo aiebat Dominus: « qui vidit » me, vidit et patrem meum » id est qui intelligit. Neque enim corporeis oculis cernitur Deus, sed mente tantummodo, quantum fieri potest. Etsi vero caret figura et circumscriptione Deus, attamen ipse pro sua sapientia quibus vult modis fit conspicuus, variaque ratione ac plurifariam omnium saluti consulit.

13. Quod autem idem Deus, et non alius, caeli terraeque et omnium quae in eis sunt, creator sit, idemque invisibilis in divina substantia, pater caelestis, ubique existens, et omni verae visioni superior; paucis accurate audi. Dominus dixit: confiteor tibi pater, domine caeli et terrae. Et rursus: estote misericordes sicuti pater vester caelestis; qui solem suum oriri facit super malos et bonos, et pluit super iustos atque iniustos. Et denuo: ego autem dico vobis, ne iuretis omnino neque per caelum, quia thronus Dei est; neque per terram, quia scabellum est pedum eius. Item apostolus: quoniam in ipso creata sunt universa in caelis et in terra, sive throni sive dominationes: omnia per ipsum et in ipso creata sunt: et ipse est ante omnes, et omnia in ipso constant. Insuper legesis Pauli apostoli ad Athenienses concionem quae in apostolicis actibus est. Rursusque in iisdem actibus scriptum est, apostolos dimissos venisse ad suos, id est dimissos a Iudaeorum synedrio; iisque nuntiavisse quae sibi pontifices senioresque dixerant. Qua re audita vocem simul omnes extulerunt dicentes: dominator Domine qui fecisti caelum, et terram ac mare, et omnia quae in eis sunt; qui per Spiritum sanctum ore patris nostri Davidis pueri tui dixisti: quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania? Adstiterunt reges terrae, et principes convenerunt in unum adversus Dominum et adversus Christum eius? Convenerunt enim vere adversus puerum tuum Iesum, quem unxisti, Herodes et Pontius Pilatus cum gentibus et populis Israhel,

* Ioh. XIV. 9.
cod. f. 120. b.
* Luc. X. 21.
* Luc. VI. 36.
* Matth. V. 34.
* Coloss. I. 16.
* Act. XVII. 22.
* Act. IV. 23.
cod. f. 121.

facere quae manus tua et consilium tuum decreverunt fieri. Sexcenta alia eiusmodi sunt, ut paulo post demonstrabitur.

14. Vides itaque ut absurda tua dissoluta fuerunt argumenta ab evangelicis apostolicisque tonitribus, ceu grandinis quaedam turris perpetuo deiecta, dum demonstratum est, a patre domini nostri Iesu Christi, invisibili et nulla figura praedito, per filium eius, cooperante sancto Spiritu, creaturam omnem tam apparentem quam invisibilem fuisse conditam. Quisnam sit itaque apud vos cultus Deus, edisserite. Utique illum esse dicetis quem Manes coluit. Certe vos imaginem quidem Dei nostri non vidistis, qui divinorum sermonum splendores, ceu ex sole imaginem, emittit. Imago enim solis, inquit, lux est. Visualis ergo vis cum sit debilis et infirma ad solare corpus sine aliquo intermedio spectandum, utitur intermedia imagine atque ita sine damno illustratur. Sic divinam quoque et incorpoream lucem existima puras mentes illustrare, ceu velox fulgur, dum iucunditate amatores suos ad maiorem cupiditatem incendit, atque ad petendum adhortatur, ut is qui illustratus fuit, hac divina semper et incorrupta luce illustretur. Sed neque vocem eius audire vultis quae praeceptorum observantiam imperat. Nam consecuti effectus demonstrant, vos eius sermonem haud habere in vobis manentem. Nam quem ipse misit, huic vos non creditis, neque scripturas scrutari vultis. Non enim existimatis neque speratis vitam in illis aeternam habere. Illae enim de ipso testantur, ideoque illas non scrutamini, ne ad ipsum veniatis vitamque aeternam consequamini. Satis quippe exploratum est, vos Dei caritatem minime habere. Qui enim fieri potest, ut caritatem Dei habeatis, qui impiorum atque fallacium stultas doctrinas magistrorum sectamini, et eam quae apud solum Deum est gloriam non quaeritis?

15. Nos quidem etsi carneis oculis invisibilem Deum esse fatemur, namque in-

ποιῆσαι ὅσα ἡ χείρ σου καὶ ἡ βουλή σου προώρισε γενέσθαι· καὶ ἄλλα δὲ μυρία τοιαῦτά ἐστιν, ἅπερ μικρὸν ὕστερον δηλωθήσεται.

ιδ΄. Ἴδε σοι τοίνυν διαλέλυνται τὰ τῶν προβλημάτων ἄτοπα ταῖς εὐαγγελικαῖς καὶ ἀποστολικαῖς βρονταῖς, ὡς οἷά τις χαλάζης πύργος * εἰς τέλος καταβληθέντα, ἐν τῷ δειχθῆναι ὅτι ὁ πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ ἀόρατος καὶ ἀσχημάτιστος, διὰ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ τῇ συνεργείᾳ τοῦ ἁγίου πνεύματος πᾶσαν τὴν κτίσιν φανεράν τε καὶ ἀόρατον συνεστήσατο· τίς οὖν ἐστιν ὁ παρ' ὑμῶν θεὸς σεβόμενος, εἴπατε· πάντως ἄρα ὅτι ὁ παρὰ τοῦ Μάνεντος σεβόμενος· ὅτι δὲ αὐτοὶ οὔτε εἶδος τοῦ θεοῦ ἡμῶν ἑωράκατε τὰς τῶν θείων αὐτοῦ λόγων ἀστραπὰς ὡς οἷα ἐξ ἡλίου εἶδος ἐμπορευόμενον· εἶδος γάρ, φησιν, ἡλίου τὸ φῶς· ἡ γοῦν ὄψις ἄτονος οὖσα καὶ ἀσθενὴς πρὸς τὴν τοῦ ἡλιακοῦ σώματος ἀντωπὴν ἀμέσως, χρωμένη ἐν μέσῳ τῷ εἴδει καὶ ἀβλαβῶς καταλάμπεται· οὕτω καὶ τὸ θεῖον φῶς καὶ ἀσώματον ἐννόει μοι τὸν κεκαθαρμένον νοῦν περιλάμπειν καθάπερ ἀστραπῆς τάχος, τῇ γλυκύτητι τοὺς ἐραστὰς αὐτοῦ πρὸς μείζονα πόθον ἀναφλέγον, καὶ παρακαλεῖν προτρεπόμενον, πάντοτε τῷ τοιούτῳ φωτὶ τῷ θείῳ καὶ ἀκηράτῳ καταλάμπεσθαι τὸ ἐλλαμπόμενον· ἀλλ' οὔτε φωνὴν αὐτοῦ ἀκούειν θέλετε τὴν τῶν θείων ἐντολῶν συντήρησιν νομοθετοῦσαν· τὰ γὰρ ἑπόμενα δείκνυσιν ὅτι τὸν λόγον αὐτοῦ ἐν ὑμῖν οὐκ ἔχετε μένοντα· ὃν γὰρ αὐτὸς ἀπέστειλεν, τούτῳ ὑμεῖς οὐ πιστεύετε, οὐ γὰρ δοκεῖτε οὐδὲ θέλετε * ἐρευνᾷν τὰς γραφάς· οὐ γὰρ δοκεῖτε οὐδὲ ἐλπίζετε ἐν αὐταῖς ζωὴν ἔχειν αἰώνιον· ἐκεῖναι γάρ εἰσιν αἱ μαρτυροῦσαι περὶ αὐτοῦ· καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἐρευνᾶτε αὐτάς, ὅπως μὴ ἔλθητε πρὸς αὐτόν, ἵνα ζωὴν αἰώνιον ἕξητε· ἔγνωσται γὰρ περὶ ὑμῶν ὅτι τὴν ἀγάπην τοῦ θεοῦ οὐκ ἔχετε ἐν ἑαυτοῖς· πῶς γὰρ οἱ ταῖς κεναῖς καὶ ματαίαις δόξαις τῶν ἀνοσίων καὶ ἀπαταιώνων ὑμῶν ἐξακολουθοῦντες, καὶ τὴν παρὰ τοῦ μόνου θεοῦ δόξαν μὴ ἐπιζητοῦντες, ἀγάπην θείαν ἕξητε;

ιε΄. Ἡμεῖς μὲν οὖν εἰ καὶ σαρκὸς ὀφθαλμοῖς ἀθεώρητον τὸν θεὸν εἶναι ὁμολογοῦμεν,

* cod. χαλάνης πυγός.

cod. f. 121. b.

* cod. θέτε.

Τὸν γὰρ ἀσώματον σωματικῇ αἰσθήσει ὁραθῆναι ἀδύνατον, ἀλλ' οὐ παρὰ τοῦτο τῶν θείων ἐνεργειῶν ἀμέτοχον τὸ ἀνθρώπινον γένος (cod. f. 122.) ὑπάρχειν λέγομεν· ἀλλὰ νοερῶς κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς καθάρσεως ὁρᾶν τὸν Θεόν, ὅσον ἐφικτόν ἐστιν ἀνθρώπῳ γινώσκομεν, τρόποις οἷς μόνος οἶδεν ὁ ταῦτα ἐνεργῶν, καὶ οἱ τοιαῦτα ἐνεργούμενοι· εἰ καὶ μὴ πᾶν ἐφικτὸν ὅσον ἐστὶν τὸ ἀμήχανον ἐκεῖνο καὶ ἀκατάληπτον φῶς ἐνοπτρίζεσθαι· καὶ ἀγγέλοις γὰρ ἁγίοις δυσέφικτον τῆς θείας φωτοχυσίας πέλαγος, ἀλλὰ καθ' ὅσον ἐστὶν σκεῦος κεκαθαρμένον ἐλλάμπεσθαι, ὥσπερ ἐν ἡλίῳ ἐστὶν ἰδεῖν τὰ καθαρὰ καὶ ὑαλώδη καὶ λεπτότερα καὶ ὑδατώδη σώματα, τρανοτέραν ἡλιακὴν λαμπηδόνα εἰσδεχόμενα· τὰ δ' ἐναντία τούτων ἀμυδρὰν ἐξεπιπολαίως καὶ μόνον αὐγάζουσαν, καὶ μὴ διὰ τὴν τῆς ὕλης ἀνεπιτηδειότητα· οὕτω καὶ ὁ Θεὸς τὰ πάντα ἐπ' ἴσης φωτίζει, ἀλλ' ἡ διαφορὰ τῶν ὑλῶν δοκεῖ μέν, οὐ καλῶς δέ, τοὺς μὲν μᾶλλον, τοὺς δὲ ἧττον φωτίζειν· θέλει γὰρ ὁ Θεὸς πάντας ἀνθρώπους σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν, οὐ βιάζεται δέ τινα διὰ τὸ αὐτεξούσιον· τάχα δὲ καὶ τὰς ἐπὶ τῆς γῆς τοῦ κυρίου σωματικὰς τῆς διατριβῆς θεοσημείας ἀοράτους εἶναί φημι, εἰ καὶ ἐδόκουν τισὶν ὁρᾶσθαι διὰ τὸ ἀνέκφραστον· ὅτι οὐ σμίλῃ, οὐ καυτῆρι, οὐ φαρμάκῳ, οὐκ ἄλλῳ τινὶ ἰατρικῷ βοηθήματι πρὸς τὰ τοιαῦτα ἐχρᾶτο· ἀλλὰ λόγῳ θάλασσαν ἐχαλίνου, δαίμονας ἀπήλαυνεν, νεκροὺς ἀνίστα, τυφλοῖς τὸ βλέπειν ἐχαρίζετο, παραλύτους ἔσφιγγεν, (cod. f. 122. b.) λεπροὺς ἐκαθάριζεν, καὶ ἅπαξ ἁπλῶς πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν λόγῳ ἐθεράπευσεν, τὸν πατέρα ἔχων ἐν ἑαυτῷ, καὶ αὐτὸς ὢν σὺν τῷ πατρὶ ἀδιαστάτως, σὺν τῷ ἁγίῳ καὶ συναϊδίῳ καὶ ζωοποιῷ πνεύματι· καὶ σωματικῶς ἐν τόπῳ τότε περιγραφόμενος, καὶ ἀπερίγραπτος τῇ θείᾳ οὐσίᾳ τοῖς πᾶσι παρὼν καὶ τὰ πάντα πληρῶν, ὅσα τε ἐν οὐρανῷ καὶ ὅσα τε ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ εἴ τις ἐστὶν ἑτέρα κτίσις τῶν οὐρανῶν ἐπέκεινα· καὶ δεικνὺς ὡς αὐτός ἐστιν ὁ καὶ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς λόγῳ ποιήσας· ὁ αὐτὸς δὲ Θεὸς εἰ καὶ σάρκα προσ-

corporeum a corporeo sensu spectari impossibile est; non idcirco tamen divinis operationibus communicare humanum genus negamus; sed intellectualiter pro suae quemque puritatis gradu videre Deum censemus quantum homini fas est, ea nimirum ratione quae nota Deo soli operanti est, et iis etiam in quibus Deus operatur: quamquam fieri non potest, ut qualis quantaque sit simplex illa et incomprehensibilis lux, spectetur. Namque et angelis sanctis prope inaccessum est effusae divinae lucis pelagus, sed pro vasis sui puritate collustrantur: sicut de sole observare licet, cuius radium pura seu vitrea, subtilia, aut aquosa corpora facile excipiunt: contraria autem levem ac superficiarium ac vix illuminantem, non interius penetrantem recipiunt, quia ei rei inhabilis materia est. Sic etiam Deus omnia aequaliter collustrat, sed ob materialium obiectorum differentiam videtur, quamquam haud recte, alios magis, alios vero minus illuminare. Vult enim Deus omnes homines salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire, etsi neminem cogit, ut liberum maneat arbitrium. Prope etiam ausim dicere invisibilia fuisse Domini cum in terra demoraretur miracula, licet ea nonnulli se videre putabant, quia reapse ineffabilia sunt. Non enim scalpro, aut cauterio, vel pharmaco, vel alio quovis medico adiutorio ad eas curationes utebatur; sed verbo mare compescebat, daemones fugabat, mortuos suscitabat, caecis visum donabat, paralyticos firmabat; et ut uno verbo dicam, omne morbi genus et languoris verbo sanabat, patrem in se gerens, et ipse in patre consistens indivise cum sancto et coaeterno vivifico Spiritu. Et tunc quidem corporaliter circumscriptus, divina tamen substantia infinitus, cunctis praesens, omnia implens, quaecumque in caelo terraque sunt, et siqua alia ultra caelos est creatura: demonstransque eundem se esse, qui caelum terramque et mare et quicquid his continetur, verbo creavit. Idem Deus car-

nem quoque adsumpsit, et tanta verbo patravit Deo digna miracula. Porro cuinam alii praeter quam creatori obediunt creaturae? Denique per infinita saecula saeculorum manebit, cuncta gubernans, et omnipotenti sua providaque voluntate conservans.

16. Quid ergo, quaeso, vestrum a nobis dissidium efficiat, quum tam accurata vobis sint exposita sacra testimonia, quibus vosmet obsequi dicitis, tandem aliquando sincere edisserite. Si certe vere adfirmatis sanctum vos evangelium et apostoli dicta sectari, adeste ad disputandum, constitutis alienigenis et diversae linguae iudicibus, ne vos opprimere videamur, et iudicium praeoccupare. Atque ita ab alienae sectae hominibus iudicemur, propositis in medio tribunali sacris oraculis, factaque diligenti contentione, utra pars vicerit, una omnes concurramus. Sicut olim Archelaus Carcharorum in Mesopotamia episcopus cum Manete disputans egit. Cur nobis causam vestri a nobis dissensus imputatis, quum oporteat nos fraterne et ex animo, si quidem velletis, concordiam fovere, et iuste potius quam contentiose agere? Nostra utique praedominas sincera irreprehensibilis veraque fides palmam sine dubio, ut solet, referet, eique causa adiudicabitur. Vestra contra falsitas explodetur, ut tenebrae solis praesentia vincuntur. Cur iam contenditis, atque universam terram ac caelum vanis vestris blateratibus superare speratis? nam ne constat quidem utrum vos in terra versemini, propter vestri numeri tenuitatem, qui semper decrescitis, et apud omnes gentes fiduciam amittitis; et vix hirundinis nidus prae ceteris incolentibus orbem christianis orthodoxis videmini: aut triangulo minimo a tellure in caelestes regiones producto, ut mathematicorum more loquamur, prae populorum universitate conferendi: ac veluti si praesens tempus, cum utroque temporum praeteritorum aeque ac futurorum spatio,

ἔλαβεν, καὶ τὰ τοιαῦτα λόγῳ ἐνεργῶν θεοπρεπῆ θαύματα· τίνι γὰρ ἄλλῳ εἰ μὴ τῷ κτίστῃ ὑπακούει τὰ κτίσματα; ἀλλὰ καὶ εἰς τοὺς ἀπελευτήτους ἴσως αἰῶνας τῶν αἰώνων, τὰ πάντα διακυβερνῶν καὶ συνέχων τῷ παντοδυνάμῳ αὐτοῦ καὶ προνοητικῷ βουλήματι.

ιϛ'. Τί τοίνυν ἐστὶν, ὦ οὗτοι, ὃ τὴν ὑμετέραν διάστασιν ἀφ' ἡμῶν ὑμῖν ἐμποιεῖ, τῆς ἀκριβείας τῶν ἱερῶν μαρτυριῶν προκειμένης, αἷς ὑμεῖς λέγετε ἐξακολουθεῖν, πρὸς τῆς ἀληθείας εἴπατε; εἰ μὲν οὖν ἀληθὴς λόγος ἐν ὑμῖν ἐστιν ὅτι τοῖς τοῦ ἁγίου εὐαγγελίου καὶ τοῦ ἀποστόλου λόγοις ἐξακολουθεῖτε *, δεῦτε καὶ διαλεχθῶμεν, κριτὰς καταστήσαντες ἀλλοεθνεῖς καὶ ἑτερογλώσσους, ἵνα μὴ δόξωμεν καταδυναστεύειν ὑμῶν, καὶ τὴν κρίσιν προαρπάζειν· ἀλλ' ἐξ ἀλλοπίστων κριθῶμεν, εἰς μέσον τοῦ δικαστηρίου προθέντες τὰ ἱερὰ λόγια καὶ τῆς δίκης γυμνασθείσης ἀκριβῶς, οἷον μέρος νικήσει, ἐν αὐτῷ οἱ πάντες προσδράμωμεν, ὥσπερ πάλαι Ἀρχέλαος ὁ ἐπίσκοπος Καρχάρων τῆς Μεσοποταμίας πρὸς Μάνεντα διαλεγόμενος πεποίηκεν· * καὶ διὰ τί ἡμῖν τὴν αἰτίαν τῆς ἐξ ἡμῶν διαστάσεως ὑμῶν διατρίβετε; δέον συμβιῶσαι ἡμᾶς φιλαδέλφως καὶ πνευματικῶς, εἴπερ θέλοιτε, καὶ δικαίως μᾶλλον ἢ φιλονείκως· καὶ ἡ παρ' ἡμῶν κρατευμένη ἀνόθευτος καὶ ἀμώμητος καὶ ἀληθὴς πίστις εὖ οἶδ' ὅτι συνήθως νικήσει, καὶ μετ' αὐτὴν ἡ ψῆφος γενήσεται· τὸ ψεῦδος ὑμῶν ἐκποδὼν οἰχήσεται, ὥσπερ τὸ σκότος τῇ τοῦ ἡλίου παρουσίᾳ μειούμενον· καὶ τί φιλονεικεῖτε καὶ οἴεσθε πᾶσαν τὴν γῆν καὶ τὸν οὐρανὸν νικᾶν ταῖς ματαιολογίαις ὑμῶν; οἱ μηδὲ ὅτι ἐστὲ ἐν τῇ γῇ φαινόμενοι, τῇ εὐτελείᾳ τούτου πως καὶ τῇ βραχύτητι τῶν ἐν αὐτῇ οἰκούντων· πάντοτε δ' ἐλαττούμενοι, καὶ πάσης παῤῥησίας ἀμέτοχοι παρὰ πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν ὑπάρχοντες· καὶ μηδ' ὡς νοσσιὰ χελιδόνος πρὸς τοὺς ἐν γῇ οἰκοῦντας χριστιανοὺς ὀρθοδόξους συγκρινόμενοι· ἢ ἀκαριαῖον τριγώνου σχήματος ἀπὸ γῆς πρὸς τὰς οὐρανίους μοίρας ἠγμένον, μαθηματικῶς εἰπεῖν, πρὸς πάντα τὰ ἔθνη ἀπεικαζόμενοι· ἢ τὸν νῦν χρόνον τῇ καθ' ἑκάτερα τῶν χρόνων

* supra p. 29.

cod. f. 123.

* supra p. 18.

ἄμφω διαστάσει, τῇ ἀδηλότητι τῆς συνεχείας πρὸς πᾶσαν τὴν φύσιν παραλαμβανόμενοι· ἢ ῥανὶς μία πρὸς πᾶσαν τὴν ὑδάτων τὴν φύσιν· ἢ βοτάνη μία πρὸς τὴν γῆν ἅπασαν· ἢ ὅ τι ἂν τις ἄλλο εἴποι τῶν ἐλαχίστων ἐλαχιστότατον, καὶ ἀνάξιον συγκρίσεως· νόμος γάρ, φησι, κυρίου ἐκ Σιὼν ἐξελεύσεται, καὶ λόγος κυρίου ἐξ Ἱερουσαλὴμ *, μὴ ἀπὸ Τιβερικῆς· εἰ δ' οὐκ ἀνέχεσθε ταύτης ἀκοῦσαι τῆς αἰσίας καὶ καλλίστης βουλῆς ἡμῶν, πάντως αὐτόθεν δείκνυται ὅτι τὴν ἱερῶν λόγων τὴν χρῆσιν καθ' ἑαυτὴν οὐκ ἔχετε, ἀλλὰ μόνον πρὸς ἐπικάλυψιν ἑτέρων * αἱρέσεων· καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἔρχεσθε πρὸς τὸ φῶς τῆς ἀληθείας ὥσπερ αἰσχυνόμενοι καὶ ἐρυθριῶντες τὰ νυκτὸς ἔργα τῶν ἀρρητοποιιῶν ὑμῶν τῷ τῆς ἡμέρας φωτὶ ἀνακαλύπτειν καὶ πᾶσι δημοσιεύειν, ἀλλὰ μόνον κατὰ τῶν ἀνοήτων καὶ ἀφελῶν ἀνθρώπων τὴν μάχαιραν μέλιτι κεχρισμένην προσφέρειν ἐν σκότει καὶ νυκτὶ βαθείᾳ πάντα διαπραττόμενοι.

cod. f. 123. b.

* Is. II. 3.

* an pro ὑμετέρων.

ιζ'. Ἐνταῦθα δὲ τοῦ λόγου γενόμενος, ἐξετάσαι πειράσομαι καὶ ἕτερον παρ' αὐτοῖς, ὡς ἰσχυρὸν λεγόμενον· * ἐβασίλευσέ φησιν ὁ θάνατος ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Μωϋσέως· καί, ἵνα διὰ τοῦ θανάτου καταργήσῃ τὸν κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου, τουτέστι τὸν διάβολον· ἴδε φησὶ πῶς τὸ κράτος τοῦ θανάτου τὸν διάβολον λέγει ἔχειν· τί οὖν ἡμεῖς πρὸς τοῦτο ἐροῦμεν; τῶν βασιλέων τὸ κλέος φόβῳ καὶ πραΰτητι κρατύνεται· καὶ τοῖς μὲν φαύλοις καὶ ἐχθροῖς αἱ πληγαὶ καὶ οἱ φόβοι, τοῖς ἀγαθοῖς δὲ καὶ φίλοις ἡ χαρὰ καὶ ὁ ἔπαινος ἕπεται· καὶ τούτους μὲν δεσμὰ καὶ φυλακαὶ καὶ δήμιοι ἐπὶ τούτοις καθεστῶτες παιδεύουσι, τῇ τῶν βασιλέων προστάξει παραδιδομένους· τοὺς δὲ φίλους οἱ βασιλεῖς πᾶσι τοῖς παρ' ἑαυτῶν καλλίστοις θεραπεύουσιν· ἔστιν ὅτε καὶ ἐξ αὐτῶν τινας ὀλισθαίνοντας ἐν τούτοις φιλοστόργως πρὸς μικρὸν παιδεύουσιν· πῶς οὖν εἶναι σοι δοκεῖ ὁ ἀντικείμενος καὶ ὑπεραιρόμενος; ὁ μηδὲν ἔχων καὶ πάντα οἰόμενος κατέχειν, καὶ ψευδῶς φασμαλογῶν καὶ λέγων, ὅτι ταῦτα ἐμοὶ παραδέδονται; ὁ μηδὲ κατὰ χοίρων ἐξουσίαν ἔχων, ἄνευ θεοῦ συγχωρήσεως; πάντως γὰρ ὡς δυσμενής τις δήμιός ἐστι, τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς προστάξει τοῦ

* Rom. V. 14.

cod. f. 124.

cuius longa series ignoratur, ita vos cum universa re creata comparemini: vel gutta unica cum tota aquarum natura; vel si herbae culmus cum universa terra conferatur: vel quicquid denique minimum inter minima est, et qualibet indignum comparatione. Lex, inquit Dominus, de Sion exibit, et verbum Domini de Hierusalem; non autem de Tibrica. Quod si faustum hoc et optimum audire a nobis consilium non fertis, prorsus iam ostenditis, vos sacrarum scripturarum nullum usum habere, nisi quatenus ad aliarum haereseon velamen prodest. Propterea ad veritatis lumen haud acceditis, quia vos magnopere pudet nocturna vestra quae effari non licet opera, diurna luce illustrare palamque facere, sed adversus stolidos tantum simplicesque homines gladium vestrum melle illitum exserentes, omnia in tenebris profundaque nocte peragitis.

17. Huc usque oratione perducta, aliud quoque disquirere conabor, ab iis ceu validum produci solitum. Regnavit, aiunt, mors ab Adamo usque ad Moysem. Item: ut morte sua destrueret illum qui mortis potestatem tenebat, id est diabolum. Animadverte, aiunt, quomodo apostolus potestatem mortis haberi a diabolo dicat. Quid ergo nos ad haec dicimus? Regum maiestas, timore et clementia firmatur. Et improbos quidem hostilesque verbera atque terrores, bonos autem et amicos laetitia et laus sequitur: et illos utique vincula et carceres atque carnifices his praepositi cohibent, regum iussu eis traditos; amicos autem optimo quovis beneficio reges prosequuntur: quod si aliqui interdum parumper errent, eos paterno amore breviter castigant. Quid tu vero existimas de adversario illo et superbo? qui nihil habet, et omnia se habere putat; qui mendaci iactantia ait, haec ipsi esse tradita, quum reapse ne contra porcos quidem absque Dei concessione potestatem habuerit? Prorsus nihil est aliud, quam rabidus qui-

dam carnifex, qui hominum animas mandato Dei vinctas tenuit ob peccatum progenitoris, usque ad domini Dei nostri cum carne adventum. Ipse enim Deus noster ut fortis victor inferni arcam praedatus est, vinctos carcere expedivit, hanc ipse viam resurrectione sua patefaciens: incredulorum ceteroqui habitaculum secundo suo tremendo adventui reservans. Sed non Dominus tantum ceu vinctos carcere diabolo tradidit, et magna deinde potestate mortuos in vitam revocavit, ut Lazarum, et viduae filium, et archisynagogi filiolam; verum etiam apostolus corinthium fornicatorem Satanae tradidit in interitum, inquit, carnis, ut spiritus salvaretur. Et deinde hunc paenitentia emendatum revocavit dicens: confirmate in illum caritatem, ut non circumveniamur a Satana. Hymenaeum vero et Alexandrum impaenitentes, in perpetuum Satanae tradidit, prout ad Timotheum scribit, ut discerent non blasphemare. Sed et Eutychum praecipitio exanimatum vitae restituit. Videsis ergo quomodo validum tuum argumentum vires amisit. Sed haec hactenus. Nunc age tibi divinae scripturae testimonia evidentia minimeque variantia in medium profero, prout in divinis libris se habent sine ulla metaphrasi; his videlicet te ad veritatis lumen invitans.

Divinae scripturae testimonia, quae recitato sermoni adstipulantur.

Ex Matthaei sancto evangelio.

Audistis dictum fuisse antiquis: non peierabis etc.

39. Si melius est physica necessitate agere quam non coacta facultate operari, melior est quae secundum physicam necessitatem agit materia, quam qui arbitratu suo agit Deus. Quod si deterius est ex necessitate agere, quam sponte operari, quid ni a re meliore Manichaei avertunt homines, dum eos voluntario arbitrio spoliant?

40. Si reprehensibilis secundum Manichaeos est Deus, alioqui irreprehensibilis, quia male acturos praesciens nihilominus in vitam eduxit, reprehensibilis vere est Manichaeorum Deus, qui praevidens filiorum suorum futura peccata tamen eos produxit in lucem. Et si quum eos produxerit, non est causa peccatorum; quomodo verus Deus futurorum hominum crimina praesciens, et nihilominus peccaturos creans, causa delictorum sit?

41. Si bonus Deus fecisset homines bono aeque ac malo agendo impotentes, utique ipse utrumque in illis efficeret, et Deus ipse bonorum malorumque quae ab hominibus fiunt causa esset. Quod si homines ad utrumque idoneos effecit, sequitur ut utriusque ipsi auctores sint.

42. Bonum duplex dicitur, aliud nempe in Deo aliud in creatis rebus. Rursus bonum Dei in duo dividitur, aliud natura aliud creatione: natura, quod in substantiae excellentia consistit: creatione, quod in factura creatione providentiaque conspicitur. Bonum autem in creaturis partim naturale est, partim voluntarium, partim denique usu. Naturale quidem, ut ipsae creationes, quod idem est ac in creatione spectatum, nempe in rerum creatarum natura. Usu, ut divitiae, principatus, inopia. Quapropter haec modo etiam sunt mala, modo secus. Volunta-

πῦρ ἐξ ὧν τὸ θερμαινόν ἐστιν καὶ τὸ ψυχρὸν, ἐκ μιᾶς ἐστιν ἀρχῆς καθ' ὑμᾶς.

λε'. Εἰ κατὰ μετουσίαν τῶν προϋφεστώτων ἀρχῶν ἐστὶν ἐν τοῖς γενητοῖς τό τε καλὸν καὶ τὸ κακὸν, πῶς κολάσεως μὲν τοὺς πταίσαντας, ἀπολαύσεως δὲ τοὺς κατορθωκότας ἀξιοῦμεν; καὶ εἰ ὥσπερ κατὰ μετουσίαν ἔχομεν τὸ κακὸν, πῶς τὸν μὲν πυρέσσοντα οἴκτου καὶ συμπαθείας, τὸν δὲ μηνύσαντα ψόγου καὶ κολάσεως ἀξιοῦμεν;

λϛ'. Εἰ οὐδεὶς τὰ κατὰ μετουσίαν τῶν προϋφεστώτων ἐν φύσει ἐξ ἀνάγκης συμβαίνοντα, νόμῳ ἀπηγόρευσε, γίνεται γὰρ ταῦτα ἐξ ἀνάγκης, πῶς τὴν ἀδικείαν ἢ ἀσέβειαν οἵτε θεῖοι καὶ ἀνθρώπινοι ἀπαγορεύουσι νόμοι;

λζ'. Εἰ τὰ κατὰ νόμον ἀπηγορευμένα κακὰ, οἷον βλασφημία, ἀδικία, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν ἀσέβεια καὶ ἁμαρτία, ὧν ἡ τιμωρία ὥρισται, ψυχῆς δίχα γίνεται οὐδαμῶς, πῶς οὐκ ἔστιν ἡ ψυχὴ αἰτία τῶν κατὰ νόμον ἀπηγορευμένων κακῶν, ὧν ὥρισται καὶ ἡ τιμωρία; καὶ εἰ ἡ ψυχὴ ἔστιν αἰτία τῶν κατὰ νόμον ἀπηγορευμένων κακῶν, πῶς οὐκ ἔστιν ἐκ ψυχῆς τὰ κατὰ νόμον ἀπηγορευμένα κακά; καὶ εἰ τοῦτο, πῶς ἔχει τὴν τῶν ὄντων ἐπίγνωσιν ὁ πυνθανόμενος πόθεν τὰ κακά;

λη'. Εἰ οὐ θέλοντες ἁμαρτάνομεν, καὶ οὐ προαιρούμενοι δικαιούμεθα, πῶς ὡς θελήσει ἁμαρτήσαντες τιμωρούμεθα, καὶ ὡς προαιρέσει δικαιωθέντες ἀπολαύομεν τῶν ἀγαθῶν; καὶ εἰ θελήσει τὸ ἑκάτερον, πῶς οὐκ ἐκ θελήσεως ἑκάτερον;

λθ'. Εἰ κρεῖττον τὸ φυσικῇ ἀνάγκῃ ποιεῖν τοῦ ἀβιάστῳ ἐξουσίᾳ ἐργάζεσθαι, κρεῖττον ἄρα ἡ κατὰ φυσικὴν ἀνάγκην ποιοῦσα ὕλη, τοῦ μετ' ἐξουσιότητος ἐργάζεσθαι θεοῦ· εἰ δὲ χεῖρον τὸ κατ' ἀνάγκην ποιεῖν τοῦ ἀβιάστως ἐργάζεσθαι, πῶς οὐ τοῦ κρείττονος ἀποχωρίζουσιν οἱ Μανιχαῖοι τοὺς ἀνθρώπους, ἀπαλλοτριοῦντες αὐτοὺς τῆς κατ' ἐξουσίαν προαιρέσεως;

μ'. Εἰ μεμπτὸς κατὰ τοὺς Μανιχαίους ὁ ἄμεμπτος θεὸς ὡς προγνοὺς τοὺς ποιήσαντας κακὰ παρήγαγε, μεμπτὸς ἄρα κατὰ ἀλήθειαν ὁ τῶν Μανιχαίων θεὸς, ὅτι προγνοὺς τοὺς ἀσεβήσαντας υἱεῖς, προέβαλεν ἐξ αὐτῶν· καὶ εἰ προγνοὺς ὁ τῶν Μανιχαίων θεὸς τῶν ἰδίων υἱῶν τὰ ἀσεβήματα, προέβαλεν, καὶ προβαλὼν αὐτοὺς οὐκ αἴτιος ἀσεβημάτων, πῶς προγνοὺς ὁ κατὰ ἀλήθειαν θεὸς τὰ τῶν γενησομένων παραπτώματα, καὶ παράγων τοὺς ποιήσοντας, αἴτιος ὑπάρχει παραπτωμάτων;

col. 1. 263.

μα'. Εἰ ἐποίει μὲν ὁ ἀγαθὸς θεὸς τοὺς ἀνθρώπους, ἀδυνάτως ἔχειν πρὸς τὸ καλὸν ἐργάζεσθαι καὶ τὸ κακόν· ἐκτελῶν δὲ ἐν αὐτοῖς ἑκάτερα ἐτύγχανεν αὐτὸς, αἴτιος ἦν ἄρα ὁ θεὸς τῶν ἀνθρωπίνων καλῶν τε καὶ κακῶν· εἰ δὲ ἐποίησε τοὺς ἀνθρώπους δυνατῶς ἔχειν πρὸς ἑκάτερα, ἑκατέρων αἴτιοι ὑπάρχουσιν αὐτοί.

μβ'. Τὸ ἀγαθὸν λέγεται διχῶς· τὸ μὲν ἐν τῷ ὄντι θεῷ, τὸ δὲ ἐν γενητοῖς· καὶ τὸ μὲν ἐν τῷ ὄντι θεῷ, διχῶς νοεῖται πάλιν· τὸ μὲν φύσει, τὸ δὲ ποιήσει· φύσει μὲν, τὸ παριστῶν τὸ ἔκκριτον τῆς οὐσίας· ποιήσει δὲ τὸ ἐν δημιουργίᾳ καὶ προνοίᾳ τῶν ὄντων θεωρούμενον· τὸ δὲ ἐν γενητοῖς ἀγαθὸν, τὸ μὲν φύσει, τὸ δὲ θέσει, τὸ δὲ χρησίμου ἕνεκεν· φύσει μὲν ὡς τὰ δημιουργήματα αὐτὰ, ταυτὸ γάρ ἐστι τὸ ἐν δημιουργίᾳ θεωρούμενον, τῷ ἐν φύσει τῶν γενητῶν· χρήσει δὲ, οἷον πλοῦτος, ἀρχὴ, πενία· διὸ καὶ ποτὲ κακὰ γίνεται τὰ τοιαῦτα, ποτὲ δὲ οὔ· προθέσει δὲ,

οἷον ἡ εὐσέβεια καὶ ἡ δικαιοσύνη, καὶ ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν ἡ ἀρετή· χρησίμου δὲ ἕνεκεν, οἷον ὁ ὄφις καθὸ βλαπτικός, πυρετός, λιμός, ἡ ὑπὲρ ἁμαρτιῶν τιμωρία, καὶ τὰ τοιαῦτα, ἅτε εὐσεβείας παιδευτικά· καὶ τὰ κακὰ διχῶς, τὰ μὲν κυρίως, τὰ δὲ μετὰ προσηγορίας· κυρίως μὲν, οἷον ἡ ἀσέβεια καὶ ἡ ἁμαρτία· μετὰ δὲ προσηγορίας, οἷον ὄφις, λιμός, πυρετός, ἡ ὑπὲρ ἁμαρτιῶν τιμωρία, σεισμός, καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια· ἅτινα τῷ μὲν ἀληθεῖ ἐστιν ἀγαθά, ὡς πρὸς εὐσέβειαν παιδεύοντα τοὺς πάσχοντας, πρὸς ἡμᾶς δὲ λελόγισται κακά· ὡς δήπου καὶ ἡ φλεβοτομία καὶ τὸ φαρμακεύειν, κακὰ μὲν τοῖς πάσχουσι λελόγισται, ἀγαθὰ δὲ τῷ ἀληθεῖ· τῶν γὰρ δὴ ἀγαθῶν, τὰ μὲν δι' ἑαυτά, τὰ δὲ διὰ τὰ δι' αὐτῶν.

ΜΑΝΙΧΑΙΩΝ ΒΛΑΣΦΗΜΙΑΙ.

μγ'. Τούτων οὕτως ἐχόντων οἱ Μανιχαῖοι τὸ μὲν παριστῶν τὸ ἐξαίρετον τῆς θείας οὐσίας ἀγαθὸν ἀτιμάζουσιν, ἴσον τῇ κακίᾳ αὐτὸ ἀποδεικνύντες, καὶ ἐνδεὲς καὶ ἀσθενὲς κατασκευάζοντες· τὸ δὲ ἐν δημιουργίᾳ καὶ προνοίᾳ θεωρούμενον ἀγαθὸν τῶν ὄντων, τοῦ ἀγαθοῦ θεοῦ ἀποστεροῦσιν, εἶτα κακίαν φάσκοντες τὸ εὐεργέτημα· τὴν δ' ἡμετέραν φύσιν τε καὶ χρείαν εἶναι τῆς πονηρᾶς ἀρχῆς διϊσχυρίζονται· τὰ δὲ πρὸς ἀρετὴν ἄγοντα ἢ βελτίους ἡμᾶς ποιοῦντα, διαβάλλουσιν ὡς κακίας ἀπόῤῥοιαν· τὴν δὲ ἀρετὴν αὐτὴν καὶ κακίαν, φύσεως κωφότητα, ἀλλ' οὐ θελήσεως καρποὺς ἀποφαίνονται· ἀλλ' εἰ μὲν ταῦτα δογματίζοντες μετὰ τῆς ἀληθείας συζῆν σπουδάζουσιν, ἔστωσαν καὶ οἱ Μανιχαῖοι τρόφιμοι τῆς ἀληθείας· εἰ δὲ τοὐναντίον νοείσθω ἑκάστῳ τὸ συναγόμενον.

μδ'. Εἰ τὸ ἀγαθὸν οὐσία, ὁ ἀγαθὸς ἔσται πάντως συμβεβηκός· καὶ εἰ τὸ κακὸν οὐσία, ὁ κακὸς ἔσται συμβεβηκός· εἰ δὲ ὁ ἀγαθὸς οὐσία, τὸ ἀγαθὸν ἔσται συμβεβηκός· καὶ εἰ ὁ κακὸς οὐσία, τὸ κακὸν ἔσται συμβεβηκός· καὶ περὶ καλοῦ καὶ κακοῦ ὁ αὐτὸς λόγος· συμβεβηκὸς δὲ νῦν λέγω, οὐ τὸ φυσικῶς συμβαῖνον ἐξ ἀνάγκης ταῖς οὐσίαις, ἀλλὰ τὸ αὐθαίρετον συμβαῖνον ἐν ταῖς τῶν λογικῶν κτισμάτων πράξεσιν.

με'. Εἰ χρὴ τῆς ἀληθείας ἀκριβεστάτην γνῶσιν ἔχειν τὴν ἀρχήν, ἡ δὲ τοῦ Μάνεντος δυσσέβεια ἄγνοιαν τοῦ πόθεν τὰ κακὰ φέρουσα πρὸς ἀσέβειαν ἔχει τὴν κρηπῖδα, πῶς οὕτως τῆς ἀγνοίας καὶ ἀσεβείας ἐρασταί, οἱ τὴν τοῦ Μάνεντος ἀσπαζόμενοι κακοδοξίαν;

ΠΡΟΤΑΣΕΙΣ ΧΡΙΣΤΙΑΝΙΚΑΙ ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΜΑΝΙΧΑΙΟΥΣ.

Πᾶν ἔκ τινος ὑποκειμένου γινόμενον, ἢ φύσει ἢ τέχνῃ ἢ προαιρέσει γίγνεται· φύσει μὲν, οἷον ἐξ ἀνθρώπου ἄνθρωπος, καὶ ἐκ σίτου σῖτος· τέχνῃ δὲ, οἷον ἐκ τῆς ὑφαντικῆς ἱμάτια, καὶ τῆς οἰκοδομικῆς οἰκίαι· προαιρέσει (cod. f. 251.) δὲ οἷον ἐκ τῶν προτέρων τὸ σύμπαν· ἀλλὰ καὶ ἐκ φύσεως ἑκάστης οὐ πολλαὶ καὶ διάφοροι καὶ ἐναντίαι, φύσεις γίγνονται· οἷον οὐ γίγνεται ἐκ τῆς τοῦ ἀνθρώπου φύσεως βοῦς καὶ χαλκός, ὕδωρ, πῦρ τε καὶ κάρυα· ὡσαύτως δὲ καὶ ἐκ τεχνῶν ἑκάστων οὐ διάφοροι καὶ ἐναντίαι ὗλαι, ἄλλης οὔ-

rium autem, ut religiositas, iustitia, et generatim virtus. Denique usu, ut serpens quatenus est noxius, febris, fames, peccatorum poena, et alia huiusmodi, veluti ad religiositatem erudientia. Mala quoque dupliciter considerantur; nempe et proprie et appellative; proprie ut religiositas et peccatum: appellative, ut serpens, fames, febris, peccati poena, terrae motus, et his similia; quae revera quidem sunt bona, ceu quae ad religionem instituunt patientes, sed a nobis reputantur mala: veluti venae sectio, medica pharmaca, quae mala quidem videntur aegris, reapse autem bona sunt. Nam et ipsorum bonorum, alia per se ipsa bona sunt, alia vero propter consequentia ex ipsis bona.

MANICHAEORUM BLASPHEMIAE.

43. Quae quum ita sint, Manichaei bonum quidem quod eximiam divinae substantiae partem exhibet, contemnunt, dum id par malo esse adseverant, indigensque et infirmum confingunt: bonum vero quod in creatione et providentia conspicitur a bono Deo alienant maleficii nomine beneficium appellantes. Nostram vero naturam et vitae usum mali principii effectum esse contendunt: quaeque ad virtutem ducunt vel meliores nos faciunt, tamquam malitiae effluvium traducunt: virtutem in summa ac vitium, stuporem naturae, non voluntatis factum esse refiniunt. Iam vero si qui ita dogmatizant, se veritatis contubernales esse iactant, sint sane etiam Manichaei veritatis alumni. Quod si omne contra est, intelligat quisque consequentiam.

44. Si bonum substantia sit, bonus vir prorsus erit contingens. Si item malum sit substantia, malus vir aeque erit contingens. Quod si bonus vir substantia sit, bonum erit contigens: pariterque si malus vir sit substantia, malum erit contingens. Et de bono ac malo idem dicendum est. Contingens autem nunc dico non quod contingenter accidit necessitate substantiae, sed quod sponte contingit in rationalium creaturarum actibus.

45. Si principium oportet accuratissimam habere veritatis notitiam, Manetis autem impietas quum ignorans unde sint mala, irreligiositate nitatur, cur adeo sunt ignorantiae atque irreligiositatis amantes, qui Manetis pravae sectae adhaerent?

PROPOSITIONES CHRISTIANAE ADVERSUS MANICHAEOS.

Quicquid ex aliquo subiecto fit, aut natura fit aut arte aut electione. Natura quidem, ut ex homine homo, ex frumento frumentum. Arte, ut ex textrina vestimentum, et ex architectura domus. Electione veluti ex prioribus universum. Verumtamen ex unaquaque natura non multae neque diversae aut contrariae naturae fiunt; veluti non fit ex hominis natura bos, aes, aqua, ignis, atque nuces. Similiter et ex singulis artibus haud fiunt diversae et contrariae materiae, quum sit ars diversa a materia quae per

ipsam transfiguratur. Exempli gratia, non fit ex textrina vellus, sed ars existentia vellera elaborat, quum ipsa tamen diversa sit a velleribus. Quod autem etiam ex re voluntaria, non solum haud contrariae naturae fiant, sed omnino nullae, nemo non videt.

1. His ita constitutis, ea quae ex materia fiunt, vel natura fiunt vel arte vel voluntate. Iam si natura, quomodo cum sit una, multae ac diversae contrariaeque naturae ex ipsa fiunt? Sin arte, primo quidem quisnam opifex? Nemo enim simul est opifex et materia. Deinde quomodo secundum technicam rationem ex una materia multae ac diversae et contrariae factae sunt naturae? Sin denique voluntate, quomodo ex voluntate fient naturae? Quod si neque natura neque voluntate neque arte fiunt quae materia constant, dic quomodo fiant quae materia constant?

2. Si quicquid ex aliquo subiecto fit, aut natura aut arte, aut voluntate fit; rerum autem differentiae contrariaeque naturae, neque natura, neque arte, neque voluntate sunt factae, quomodo ex aliquo subiecto, rerum naturae factae fuerunt? Quod si minime ex aliquo subiecto, rerum naturae factae fuerunt, dic undenam sint factae naturae?

3. Si loco substantiae est Deus, quid ni sit circumscripta substantia Dei? Et si circumscripta est substantia Dei, quomodo cognoscit universam substantiam Deus? quomodo Deus, substantia Deus est?

4. Si in essentia Deus est circumscriptus, in qualitate autem incircumscriptus, quomodo unum idemque sunt qualitas et essentia Dei? Quod si non sunt idem, quomodo dicemus, nomina diversasque locutiones unum denotare, propter substantiae unitatem varietate omni carentis?

5. Quod si nihil duo principia discriminat, sed invicem adiacent, ut umbrae lux, aut veluti sol omni quidem corpori adiacens, non tamen inhaerens aut commixtus aut infusus; primo quidem quomodo melius principium non erit causa quod sit aliud deterius, veluti quaedam lux umbrae? Deinde quomodo quod est deterius non fruetur meliore, prorsus ut corpora fruuntur sole?

6. Si trinitas patris, filii, et sancti spiritus nominibus et numero dicitur trinitas, natura tamen est monas, et monadem efficit natura, trinitatem vero modus existentiae, quid ni cogit naturam modus? Et si cogit modus naturam, quo pacto Deus sit is qui cogitur? Si vero minime cogit, qui fit ut trinitatem nominum modus effecerit?

7. Si modus, unde est trias, ex materia est; creata autem consequenter ad primam causam referuntur ut vos dicitis, quid ni sit causa trinitatis materia? Quod si non est ex materia modus, quo existit trinitas, dic undenam sit modus quo trinitas extitit?

8. Si omnimode impeccabilis est Deus, non omnimode autem impeccabilis anima, quomodo idem est anima ac Deus? Quod si nihil essentiâ propriâ est impeccabile in rerum natura, quomodo quae impeccabilis essentiâ propriâ est anima, facta est peccabilis in rerum naturam?

9. Si scientia et fide sua salvantur Manichaei, cur

σης τῆς τέχνης παρὰ τὲς ἐξ αὐτῆς μετασχηματιζομένης ὕλης· οἷον οὐ γίγνεται ἐκ τῆς ὑφαντικῆς τέχνης ἔριον· ἀλλὰ τὰ ὄντα ἔρια μετασκευάζει, ἄλλης οὔσης αὐτῆς παρὰ τὰ ἔρια· ὅτι δὲ κἀκ προαιρέσεως οὐ μόνον οὐκ ἐναντίαι φύσεις, ἀλλ' οὐδ' ὅλως γίγνονται φύσει, παντὶ δῆλον.

α'. Τούτων δ' οὕτως ἐχόντων τὰ ἐξ ὕλης ἄρα γιγνόμενα, φύσει γίγνεται, ἢ τέχνῃ, ἢ προαιρέσει· ἀλλ' εἰ μὲν φύσει, πῶς μιᾶς οὔσης, πολλαὶ καὶ διάφοροι καὶ ἐναντίαι φύσεις γίγνονται ἐξ αὐτῆς; εἰ δὲ τέχνῃ, πρῶτον μὲν τίς ὁ τεχνίτης; οὐδεὶς γὰρ τεχνίτης ἐστὶ καὶ ὕλη κατὰ ταὐτό· ἔπειτα δὲ πῶς κατὰ τὴν τεχνικὴν ἀκολουθίαν ἐκ μιᾶς ὕλης πολλαὶ καὶ διάφοροι καὶ ἐναντίαι γεγόνασι φύσεις; εἰ δὲ μήτε φύσει, μήτε προαιρέσει, μήτε τέχνῃ γίγνεται τὰ ἐξ ὕλης γιγνόμενα, εἰπὲ πῶς γίνεται τὰ ἐξ ὕλης γινόμενα;

β'. Εἰ πᾶν ἔκ τινος ὑποκειμένου γινόμενον ἢ φύσει ἢ τέχνῃ, ἢ προαιρέσει γίνεται· αἱ δὲ τῶν ὄντων διαφοραὶ καὶ ἐναντίαι φύσεις οὔτε φύσει, οὔτε τέχνῃ, οὔτε προαιρέσει γεγένηνται, πῶς ἔκ τινος ὑποκειμένου, αἱ τῶν ὄντων γεγένηνται φύσεις; εἰ δ' οὐκ ἔκ τινος ὑποκειμένου αἱ τῶν ὄντων φύσεις γεγένηνται, εἰπὲ πόθεν αἱ τῶν ὄντων γεγένηνται φύσεις;

γ'. Εἰ ἐν τόπῳ τῆς οὐσίας ὁ Θεός, πῶς οὐ περιγραπτὸς τὴν οὐσίαν ὁ Θεός; εἰ δὲ περιγραπτὸς τὴν οὐσίαν ὁ Θεός, πῶς πανγνώστης τῆς οὐσίας ὁ Θεός; πῶς Θεὸς τὴν οὐσίαν ὁ Θεός;

δ'. Εἰ ἐν τῷ τί ἐστι περιγραπτός ὁ Θεός, ἐν δὲ τῷ ποσῷ ἐστιν ἀπερίγραπτος, πῶς ταὐτόν ἐστι τὸ ποσὸν τοῦ Θεοῦ καὶ τὸ τί αὐτό; εἰ δ' οὐ τοῦτο, πῶς ἂν λέγοιτο ὅτι ὀνόματα περὶ τοῦ Θεοῦ καὶ λόγοι διάφοροι τὸ ἓν σημαίνουσι διὰ τὸ ἓν καὶ ἀποίκιλτον τῆς οὐσίας;

ε'. Εἰ δὲ διορίζει μεταξὺ τῶν δύο ἀρχῶν οὐδέν, παράκεινται δ' ἀλλήλαις ὡς σκιᾷ φῶς, ἢ ὡς ἡλίου παντὶ μὲν σώματι παρακειμένου, μὴ ἐγκειμένου δὲ ἢ μεμιγμένου, ἢ κεραννυμένου, πρῶτον μὲν πῶς οὐκ ἔσται ἡ κρείττων ἀρχή, αἰτία τοῦ εἶναι τὴν χείρονα ὥς τι φῶς τῆς σκιᾶς; δεύτερον δὲ πῶς οὐκ ἀπολαύσει ἡ χείρων τῆς κρείττονος ὡς τοῦ ἡλίου τὰ σώματα;

ς'. Εἰ ἡ τριὰς πατρός, υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος, ἐν ὀνόμασιν καὶ ἀριθμοῖς τριὰς λέγεται, ἐν δὲ φύσει μονάς, καὶ τὴν μὲν μονάδα ἡ φύσις περιεποίησεν, τὴν δὲ τριάδα ἡ χρεία, πῶς οὐκ ἠνάγκαζε τὴν φύσιν ἡ χρεία; καὶ εἰ μὲν ἠνάγκαζεν ἡ χρεία τὴν φύσιν, πῶς Θεὸς ὁ ἀναγκαζόμενος; εἰ δ' οὐκ ἠνάγκαζε, πῶς τὴν τριάδα τῶν ὀνομάτων ἡ χρεία περιεποίησεν;

ζ'. Εἰ ἡ χρεία, ἐξ ἧς ἡ τριάς, ἐξ ὕλης, τὰ δὲ γιγνόμενα κατὰ παρακολούθησιν εἰς τὸ πρῶτον αἴτιον ἀναφέρεται καθ' ὑμᾶς, πῶς οὐκ ἔσται αἰτία τῆς τριάδος ἡ ὕλη; εἰ δ' οὐκ ἐξ ὕλης ἡ χρεία, δι' ἣν ἡ τριάς, εἰπὲ πόθεν ἡ χρεία δι' ἣν ἡ τριάς;

η'. Εἰ παντὶ τρόπῳ ἀναμάρτητος ὁ Θεός, οὐ παντὶ δὲ λόγῳ ἀναμάρτητος ἡ ψυχή, πῶς ἡ αὐτή ἐστιν ἡ ψυχὴ τῷ Θεῷ; καὶ εἰ οὐδὲν ἀναμάρτητον τὴν οὐσίαν γίνεται παρὰ φύσιν, πῶς ἡ ἀναμάρτητος τὴν οὐσίαν ψυχὴ γέγονεν ἁμαρτητικὸς παρὰ φύσιν;

θ'. Εἰ γνώσει καὶ πίστει διασώζονται οἱ Μανιχαῖοι,

τί χρήζουσι τῆς διὰ τοῦ ἐλαίου σφραγῖδος; καὶ εἰ δυνατὸν σωθῆναι τοὺς μετὰ γνώσεως καὶ πίστεως χρήζοντας διὰ τῆς ἐλαίου σφραγῖδος, πῶς ἀδύνατον σωθῆναι τοὺς ἐν πίστει καὶ γνώσει προσιόντας τῷ διὰ τοῦ ὕδατος βαπτίσματι;

ι'. Εἰ τῷ λόγῳ τῆς οὐσίας πᾶσαι θεῖαι ψυχαὶ ὁμοίως εἰσὶν ἀγαθαί, ὁ δὲ τῆς οὐσίας αὐτῶν λόγος οὔτ' ἀφαίρεσιν οὔτε προσθήκην ὑπομένει, πρῶτον μὲν πῶς ἀγαθοὶ γίγνονται διὰ τῆς ἀρετῆς οἱ Μανιχαῖοι; ἔπειτα δὲ πῶς εἴ τινι λόγῳ ἐξ ἀγαθῆς γίνεται κακὴ ἡ ψυχή, οὐκ ἀπόλλυσιν ἣν ἔσχε πρώην οὐσίαν; οὐσία γὰρ τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ κακὸν κατ' αὐτούς.

ια'. Εἰ ἐκ τῆς κατὰ φύσιν σωματικῆς νεκρώσεως μεταφέρουσιν αἱ θεῖαι γραφαὶ τὴν τῆς νεκρώσεως προσηγορίαν, ἐπὶ τῶν ἀθανάτων ψυχῶν τῶν παρὰ φύσιν ἐν πταίσμασι νενεκρωμένων, πῶς οὐκ ἐκ τῆς κατὰ φύσιν νεκρῶν ἀναστάσεως μεταφέρουσι τὸ τῆς ἀναστάσεως ὄνομα ἐπὶ τῶν ἀθανάτων ψυχῶν; προηγεῖται γὰρ ταῖς διδασκαλικαῖς μεταφοραῖς ἡ τῶν πραγμάτων ἀλήθεια, ἐξ ὧν καὶ ἡ μεταφορὰ ἐκλαμβάνεται· καὶ εἰ οὐδέν ποτε ὁ Ἰησοῦς ἐκ τῶν πάντῃ κατὰ φύσιν μὴ γιγνομένων ποιεῖται τὴν μεταφοράν, πῶς ἐκ τῆς πάντως μὴ γινομένης νεκρῶν ἀναστάσεως καθ' ὑμᾶς μετέφερεν ἐπὶ ψυχῶν τὴν τῆς ἀναστάσεως προσηγορίαν;

col. I. 205.

ιβ'. Εἰ ἀληθεύων ὁ Ἰησοῦς ἑαυτὸν ὠνόμασεν υἱὸν τοῦ θεοῦ, πῶς οὐκ ἀληθεύων ἑαυτὸν ἐκάλεσεν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου; καὶ εἰ οὐκ ἀληθεύων ἑαυτὸν ἐκάλεσεν υἱὸν ἀνθρώπου, πῶς ἀληθεύων ὠνόμασεν υἱὸν τοῦ θεοῦ ἑαυτόν; εἰ δ' ἀληθεύων ἑκάτερον ἑαυτὸν ἔλεγεν, πῶς οὐκ ἔστιν αὐτὸς ἑκάτερον;

ιγ'. Εἰ καλῶς ὁ Ἰησοῦς μετιὼν ἔν τισι τὴν Ἰουδαϊκὴν συνήθειαν ἐδίδασκε τοὺς ἀνθρώπους, πῶς οὐκ ἀγαθὸς ὁ τούτου πατήρ, ὃς τὴν τῶν παλαιῶν μετερχόμενος συνήθειαν, ἐπαιδαγώγησεν τοὺς Ἑβραίους πρὸς εὐσέβειαν; καὶ εἰ ὑπεξῃρημένης τῆς τῶν δεχομένων νηπιότητος λίαν ἀγαθὰ τὰ ὑπόλοιπα τῆς παλαιᾶς διαθήκης, πῶς οὐ τοῦ ἀγαθοῦ θεοῦ ἐστιν ἡ παλαιὰ διαθήκη;

ιδ'. Εἰ οὐ σφάλλονται οἱ Μανιχαῖοι λέγοντες ὅτι δεῖ τὴν θείαν οὐσίαν ἤτοι τὴν ἐκ τῆς θείας οὐσίας ψυχὴν παραδοθῆναι τῇ αἰωνίῳ κολάσει ὑπὲρ τῶν κατ' ἀνάγκην ἁμαρτημάτων, πῶς σφάλλονται οἱ τῆς ἀληθείας παῖδες φάσκοντες ὅτι χρὴ τοὺς κατὰ ποίησιν μὲν ὑπὸ θεοῦ γεγενημένους, αὐθαιρέτους δὲ ἁμαρτήσαντας κολάζεσθαι; καὶ εἰ δίκαιον λέγειν ὅτι ἔστι τέλος τῆς τῶν κακῶν κολάσεως, πῶς ἄδικον εἰπεῖν εἶναι τέλος τῆς ψυχῶν τε καὶ σωμάτων κολάσεως;

ιε'. Εἰ κακὴ ἡ γένεσις, πῶς οὐκ ἀγαθὴ ἡ φθορά; καὶ εἰ πονηρὰ ἡ αὔξησις, πῶς οὐ καλὴ ἡ μείωσις; καὶ εἰ κακὴ ἡ φθορά, πῶς οὐ καλὴ ἡ γένεσις; καὶ εἰ πονηρὰ ἡ μείωσις, πῶς οὐκ ἀγαθὴ ἡ αὔξησις; καὶ εἰ ἐνδέχεται κακόν εἶναί τι γίνεσθαι καὶ φθείρεσθαι, αὐξάνεσθαί τε καὶ μειοῦσθαι ἐναντία εἶναι ἀλλήλοις τὴν οὐσίαν, εἰπὲ διὰ τί οὐκ ἐνδέχεται τό τε καλὸν καὶ τὸ κακὸν κατά τι εἶναι ἐπαινετά;

ιϛ'. Εἰ δυσὶ δεσμοῖς συνδέδεται οὖσα ἐν σώματι ἡ θεία ψυχή, ἑνὶ μὲν τῷ ἀσωμάτῳ κακῷ συμφυεῖ τοῖς σώμασιν, ἑνὶ δὲ τῷ σώματι αὐτῷ, ἀνεκτότερον δὲ ἑνὶ συνδεῖσθαι δεσμῷ ἢ δυσὶν ὡς μαρτυρεῖ τῷ λεγομένῳ τὰ πράγματα, πῶς οὐ καλῶς ποιοῦσιν οἱ φονεύοντες ἄλογα τε

opus est illis olei obsignatione? Et si possunt salvari ii qui cum fide et scientia utuntur olei obsignatione, quomodo eos sit impossibile salvari qui cum fide et scientia accedunt ad aquae baptismum?

10. Si ratione substantiae cunctae divinae animae pariter bonae sunt, ratio autem ipsarum substantiae neque detractionem patitur neque incrementum; primo quidem quomodo boni fiunt per virtutem Manichaei? Deinde quomodo si aliqua ratione ex bona fit mala anima, non amittit quam antea habebat substantiam? Nam bonum itemque malum substantia est, ut isti credunt.

11. Si ex naturali corporis mortalitate nanciscuntur divinae animae mortalitatis suae appellationem, nempe in animabus immortalibus, quae praeter naturam in peccatis sunt mortuae; quomodo ex mortuorum naturali resurrectione, non nanciscuntur resurrectionis denominationem in immortalibus animabus? Nam potior est didascalicis metaphoris rerum veritas, unde ipsa metaphora sumitur. Et si numquam Iesus ex naturâ non extantibus capit metaphoram, quomodo ex ea quae numquam fuit, ut vos dicitis, mortuorum resurrectione, transtulit ad animas resurrectionis metaphoram?

12. Si veraciter Iesus Dei filium se nominavit, quid ni item veraciter se filium hominis nuncupaverit? Et si non veraciter filium se hominis dixit, quomodo veraciter se dixerit Dei filium? Quod si alterutrum se dixit veraciter, cur non utrumque idem sit?

13. Si praeclare Iesus in nonnullis sequens iudaicam consuetudinem homines docuit, quid ni bonus fuerit huius pater, qui priscorum obsecundans consuetudini, Hebraeos ad religionem instituit? Et si excepta auditorum puerilitate, bona valde erant reliqua veteris testamenti, cur non sit a bono Deo vetus testamentum?

14. Si non errant Manichaei dum aiunt, oportere divinam substantiam, seu animam ex divina substantia constantem, tradi aeterno supplicio propter peccata necessario commissa, quomodo errant veritatis filii dum adfirmant oportere homines a Deo quidem factos, sed voluntarios peccatores, puniri? Et si iuste dicitur finem esse supplicii peccantium, quomodo iniuste dicetur finem esse animarum et corporum supplicii?

15. Si mala est generatio, quomodo non sit bona corruptio? Et si malum est incrementum, quid ni sit praeclara deminutio? Et si mala est corruptio, quid ni bona sit generatio? Et si mala est deminutio, quid ni sit bonum incrementum? Et si admittimus malum esse aliquod, corrumpi, crescere, minui, contraria esse invicem quoad substantiam, dic cur non sit admittendum, bonum et malum secundum quid esse laudabilia?

16. Si duobus vinculis colligatur dum est in corpore divina anima, uno quidem incorporeo malo connaturali corporibus, altero autem corpore ipso; quum sit tolerabilius uno vinculo quam duobus alligari, ut facta dictis attestantur, quid ni egregie faciunt qui occidunt irrationalia animantia, et qui homines

caedunt instar arborum? Solvunt enim animam uno vinculo et afflictione. Et si alligatur materiae anima, primum quidem quomodo quum sit ipsa materiae vinculum, eadem contra vinculo alligatur? Deinde quum sit substantia simplex, cur coacte vinculo alligatur? Quicquid enim suapte natura simplex est, omni necessario vinculo liberum est. Ad haec responsum vestrum expecto.

De bono.

Bonum in Deo substantia est, in creaturis operatio quaedam exterior, et est contingens rectitudo actuum vel cogitationis. Et actu quidem recte agunt homines dum in carne viventes bonum exercent: at intellectuales virtutes per contemplationem et orationem. Quoniam igitur contingens est in rebus creatis bonum, omnino in his praecedit esse bonum. Oportet enim bonum veluti esse loco propositi, ut sic contingens in ipso cernatur, sive id seiunctum sit sive secus. Sed tamen quod attinet ad increatum Deum, quoniam semper est Deus, bonus quoque semper est. Non enim aliud est in eo essentia, aliud bonitas; sed ipsa essentia habet bonitatem. Ergo ex dictis manifestum est, malum non esse Deo oppositum qui substantialiter bonus est; nam substantiae nihil prorsus opponitur. Sed contingenti bono, quod in creatis cernitur, opponitur malum. Nam quod malo actu fit, opponitur ei quod bono actu fit.

De operatione.

Omnis operatio in eo ipso quod fit habet essentiam, namque ante operantis motum sive actum operatio non subsistit, neque post actum manet; tantum rem peractam saepenumero ad actus memoriam relinquit. Actus ergo est operatio. Omnis autem actus alicuius substantiae est actus, neque absque substantia est.

De malo.

Malum duplicem habet significatum: nam modo significat malitatem modo peccatum. Et principaliter quidem malum est peccatum, abusive autem malitas mali nomine nuncupatur. Nam malitas semper mala non est, immo saepe salutis causa est, sive aliquis physicus incidat morbus, sive aliquod ab extra accidens maligne nobis eveniat. Si tamen proprie mala fuerint, et non potius emendatoria a Dei providentia ob corrigendos homines excogitata, nullius boni causa erunt. Ecce autem saepe vel eorum timor angit, et hominibus ad peccandum proclivibus timorem Dei iniicit, et culpae errorem depellit, nosque ad orandum Deum excitat, sive feram timeamus, sive serpentem, sive bellum, aut famem, aut aliquam infirmitatem, vel calumniam aut insidias ex hominum prava voluntate, quae proprie est malum, et facienti imputatur peccatum; patienti autem non proprie est peccatum. Haec veri mali rationem non habent, immo hominibus in Deo fortibus maximam gloriam compa-

ζῶα, καὶ ἀνθρώπους κατακόπτοντες ὡς τὰ φυτά; ἀπολύουσι γὰρ τὴν ψυχὴν ἑνὸς δεσμοῦ καὶ κατακονήσεως· καὶ εἰ συνδέδεται τῇ ὕλῃ ἡ ψυχή, πρῶτον μὲν πῶς δεσμὸς τῇ ὕλῃ παραγινομένη τοὐναντίον περιβέβληται δεσμῷ; ἔπειτα δὲ πῶς ἁπλῆ οὖσα τὴν οὐσίαν, κατ' ἀνάγκην συνδέδεται σώματι; πᾶν γὰρ τὴν οὐσίαν ὑπάρχον ἁπλοῦν, τοῦ κατ' ἀνάγκην ἐλεύθερον δεσμοῦ. Περὶ τούτων τὴν παρ' ὑμῶν ἀπόκρισιν ἀναμένω.

Περὶ τῆς ὄντως ἀγαθοῦ.

Τὸ ἀγαθὸν ἐπὶ θεοῦ οὐσία τυγχάνει, ἐπὶ δὲ τῶν γενητῶν ἐνέργεια τίς ἐστι περὶ τὸ ἐκτὸς γινομένη, καὶ συμβεβηκὸς ὑπάρχει διὰ πράξεων ἢ θεωρίας κατορθούμενον· καὶ διὰ πράξεως μὲν κατορθοῦσιν ἄνθρωποι σαρκὶ συζῶντες τὸ ἀγαθόν· αἱ δὲ νοεραὶ δυνάμεις διὰ θεωρίας καὶ προσευχῆς· ἐπεὶ οὖν συμβεβηκός ἐστιν τὸ ἀγαθὸν ἐπὶ τῶν γενητῶν, πάντως ἐπὶ τούτων καὶ προτερεύει τὸ εἶναι τὸ ἀγαθόν· δεῖ γὰρ τὸ εἶναι τὸ ἀγαθόν, ἤτοι τὸ προκείμενον, ἵνα οὕτως τὸ συμβεβηκὸς ἐν αὐτῷ θεωρηθείη, εἴτε χωριστὸν εἴτε ἀχώριστον εἴη· ἐπὶ δὲ τοῦ ἀγενήτου θεοῦ ἀεὶ ὢν ὁ θεός, ἀεὶ καὶ ἔστιν ἀγαθός· οὐ γὰρ ἕτερον ἔχει τὸ εἶναι, καὶ ἕτερόν τι τὴν ἀγαθότητα· ἀλλ' αὐτὸ τὸ εἶναι ἔχει τὴν ἀγαθότητα· διὰ τῶν εἰρημένων οὖν πᾶσι προφανὲς ὅτι τὸ πονηρὸν οὐκ ἔστιν ἐναντίον τῷ θεῷ, οὐσίᾳ ὄντι ἀγαθῷ· τῇ γὰρ οὐσίᾳ οὐδὲν ὅλως ἀντίκειται· τῷ δὲ κατὰ συμβεβηκὸς ἀγαθῷ τῷ ἐν τοῖς γενητοῖς θεωρουμένῳ, ἀντίκειται τὸ πονηρόν· διὰ γὰρ φαύλης πράξεως γινόμενον, ἀντίκειται τῷ διὰ πράξεως ἀγαθῆς γινομένῳ.

Περὶ ἐνεργείας.

Πᾶσα ἐνέργεια τῷ γίνεσθαι ἔχει τὸ εἶναι, οὔτε πρὸ τῆς τοῦ ἐνεργοῦντος κινήσεως ἤτοι πράξεως οὖσα, οὔτε μετὰ τὴν κίνησιν διαμένουσα· μόνον δὲ τὸ ἀποτελεσθὲν πολλάκις πρὸς μνήμην τῆς πράξεως καταλιμπάνει· ἡ οὖν πρᾶξίς ἐστιν ἡ ἐνέργεια· πᾶσα δὲ πρᾶξις τινὸς οὐσίας ἐστὶ πρᾶξις, καὶ ἄνευ οὐσίας οὐκ ἔστι.

Περὶ κακοῦ.

Τὸ κακὸν διττὴν ἔχει τὴν σημασίαν· δηλοῖ γὰρ ποτὲ μὲν τὴν κάκωσιν, ποτὲ δὲ τὴν ἁμαρτίαν· καὶ κυρίως μὲν κακὸν ἡ ἁμαρτία· καταχρηστικῶς δὲ ἡ κάκωσις κακὸν ὀνομάζεται· ἡ γὰρ κάκωσις οὐ πάντως κακή, πολλάκις δὲ καὶ σωτηρίας πρόξενος γίνεται, ἢ φυσικῆς τινὸς νόσου ἐπιγιγνομένης, ἢ καὶ ἔξωθεν συμπτώματος τινὸς κακωτικῶς ἡμῖν ἐπισυμβάντος· εἰ δὲ ταῦτα κακὰ κυρίως ὑπάρχει, καὶ οὐ μᾶλλον παιδευτικὰ ἐκ θεοῦ προνοίας πρὸς σωφρονισμὸν ἀνθρώπων ἐξευρημένα, οὐκ ἂν αἴτια τινὸς ἀγαθοῦ ἐγίνετο· νῦν δὲ πολλάκις καὶ ἡ αὐτῶν ἐλπὶς ἄγχει, καὶ τοὺς αὐτοὺς εὐολίσθους πρὸς ἁμαρτίαν, καὶ θεὸν δεδοικέσθαι ποιεῖ, καὶ ἀμύνει τὴν ἐκ τούτων ἐπόρεσιν· ἱκετεύειν ἡμᾶς διανίστησι τὸν θεόν, εἴτε θηρίον, ἢ ἑρπετόν, ἢ πόλεμος, ἢ λιμός, ἢ ἀσθένειά τις εἴη τὸ ἐλπιζόμενον, ἢ συκοφαντία, καὶ ἐπιβουλὴ ἐκ φαύλης προαιρέσεως ἀνθρώπων μηχανωμένη, ἥ τις κυρίως μὲν κάκωσις ἐστι, τῷ ποιήσαντι ἁμαρτία τυγχάνουσα· τῷ δὲ πάσχοντι οὐ κυρίως κακόν· οὐ πάντως εἰσὶ κακά, ἀλλὰ καὶ τοῖς κατὰ θεὸν ἀνδρείοις πρόξενα μεγίστης εὐδο-

cod. f. 2[illegible].

ξίας γίνεται παρὰ ἀνθρώποις, εὐεργεσίας τε καὶ ἀμοιβὰς αἰωνίους θησαυρίζει τούτοις ἐπὶ θεῷ· μὴ οὖν τὶς ἀπατάσθω τὰ κακωτικὰ, κυρίως ὀνομάζων κακά· εἰ γὰρ κακόν ἐστι τὸ κακωτικὸν, καὶ οὐ μᾶλλον παιδευτικὸν, καὶ πρὸς δικαιοσύνην, καὶ παντοίαν ἀρετὴν ἐκκαλούμενον, μηδεὶς τυπτέτω τὸν υἱὸν ἁμαρτάνοντα· μηδεὶς ἐπαινείτω τὸν ἀρχήν τινα πεπιστευμένον, λῃστὴν ξίφει καταδικάζοντα, ἢ θηρίοις πρὸς βρῶσιν ψήφῳ δικαστικῇ κυροῦντα παραδίδοσθαι· μηδεὶς ἰατρὸν ἐπαινείτω σιδήρῳ πάθος σεσηπὸς περιτέμνοντα, κακοῖ γὰρ τὸν ἰατρευόμενον· μηδεὶς συγχωρείτο θηριακὴν ἐξ ἐχιδνῶν συντεθῆναι, εἴπερ κακά φασιν οἱ Μανιχαῖοι τὰ ἑρπετά· ἀλλ' ἀγνοοῦσιν οἱ ταῦτα ἀπείρως διαλοιδορούμενοι, ὅτι καλόν ἐστι πᾶν ὅπερ ἀνελλιπῶς ἔχει πρὸς ὃ δεδημιούργηται παρὰ θεοῦ· πῶς οὐ καλὰ λίαν, εἰ καί τινα αὐτῶν μὴ οὐσίαι τυγχάνουσιν, ἀλλὰ μόνον ἐκ φυσικῆς ἀσθενείας ἐπισυμβαίνουσιν;

Τῶν δὲ φυσικῶν τὰ μὲν ἀνάγκῃ φύσεως ἐπιτελεῖται· ἀνάγκῃ δὲ φύσεως λέγω ταῦτα τελεῖσθαι, ὅσα αὐτομάτως καὶ ἀκόντων ἡμῶν ὑπὸ τῆς φύσεως γίγνεται, ὡς τὸ ἀποθνήσκειν, καὶ αὔξειν μέχρι τῆς ὡρισμένης ἡλικίας τὸν ζῶντα· τινὰ δὲ ἀκολουθίᾳ μὲν φύσεως γίνεται· ἐνδέχεται μέν τοι καὶ μὴ γενέσθαι, οἷον τὸ παιδοποιεῖν διὰ μίξεως, τοῦτο γὰρ τῶν ἐνδεχομένων ἐστίν· οὐ γὰρ πάντως ἀπακολουθεῖ τῇ μίξει παιδοποιΐα· ταῦτα οὖν πάντα ὅσα ἀνάγκῃ φύσεως γίνεται, ἄνευ ἁμαρτίας ἀποτελεῖται, καὶ ποτὲ τοῖς ἀνθρώποις τοῖς λόγῳ διοικουμένοις· ὅσα δὲ ἐνδέχεται γίνεσθαι καὶ μὴ γίνεσθαι, ἐπὶ μὲν τῆς ἀλόγου φύσεως ἀνεύθυνα τυγχάνει, οἵαν δ' ἂν ἔχοι τὴν ἐνέργειαν· οὐ γὰρ ἔχουσι λόγον κατὰ φύσιν δοκιμάζοντα τὰ πρακτέα· ἐπὶ δὲ τῶν ἀνθρώπων ἄλλῳ δὴ λόγῳ ῥυθμιζομένων, ἔστιν ἐνίοτε ταῦτα κυρίως κακά, ὅτε δὲ μὴ λόγος ὀρθὸς ἡγεῖται τῆς πράξεως ἐκ ῥαθυμίας ἡμῶν ἀσθενήσας, ἢ καὶ παντελῶς πηρωθεὶς ταῖς ἡδυπαθείαις· ἁμαρτία γάρ ἐστιν ἡ τῶν κατὰ φύσιν ἐνδεχομένων γενέσθαι τε καὶ μὴ γενέσθαι ὑπὸ τῶν λογικῶν ἀλόγων, αἵρεσίς τε καὶ χρῆσις· ἀρετὴ δὲ ἀνθρώπου τὸ δύνασθαί τι πράττειν ὑπό τε τῆς φυσικῆς κινήσεως ἐρεθίζεσθαι· εἰ δὲ ἄτοπον εἴη τοῖς δὴ γινόμενον ἢ καὶ παντελῶς γινόμενον, ἀπέχεσθαι τῆς τούτων πράξεως κυβερνήτῃ λογικῷ κεχρημένον, καὶ καταπατεῖν τῆς ἡδυπαθείας τὸ δέλεαρ· ἀλλὰ φασί, τί γὰρ οὐκ ἀνεπιδέκτους πεποίηκεν ὁ θεὸς τοῦ ἁμαρτάνειν ἡμᾶς; ἵνα μὴ ἑκόντες ἁμαρτάνοιμεν· οἱ δὲ τὰ τοιαῦτα προβαλλόμενοι, ἐοίκασιν ἀγανακτεῖν ὅτι μὴ λίθους καὶ ξύλα πεποίηκεν αὐτοὺς ὁ θεός· καὶ μέμφεσθαι τὸν εὐεργέτην ὅτι λογικοὺς τοὺς ἀνθρώπους εἰργάσατο, καὶ οὐ μᾶλλον ἀκινήτους πρὸς αἵρεσιν ἀγαθοῦ τε καὶ πονηροῦ· εἰ δὲ φασίν, ἔδει ἡμᾶς πεποιῆσθαι λογικοὺς καὶ εἰδέναι ἀγαθόν τε καὶ πονηρόν, ἐν δὲ τῇ τοῦ ἀγαθοῦ ἀτρέπτους ἵστασθαι πράξει, οὐδὲν ἕτερον ἐοίκασί μοι ζητεῖν ἀλλ' ὅτι οὐκ ἔδει ἡμᾶς ἀνθρώπους γεγονέναι, ἀλλὰ τῆς αὐτῆς φύσεως εἶναι τῷ θεῷ· μόνον γὰρ ὁ θεὸς ἀδυνάτως ἔχει πρὸς τὸ ποιεῖν τὴν ὄντως κακίαν· ὅθεν φησὶν ὁ ἀπόστολος "ἐπεὶ ἀδύνατον ψεύσασθαι θεόν" ἡ γὰρ κακία ἀσθένειά τίς ἐστιν ἐν γενητοῖς θεωρουμένη· παρὰ δὲ τῷ ἀγενήτῳ ποῖον ἴχνος ἔσται τῆς ἀσθενείας; εἰ δὲ τῆς αὐτῆς ἦμεν φύσεως τῷ θεῷ, οὐκέτι ἦμεν αὐτοῦ δημιουργήματα, ὄντες θεοὶ φύσει, ὥσπερ οὖν ἐκεῖνός ἐστι θεός.

rant, bonaque et aeterna praemia a Deo promerentur. Ne igitur quisquam erret, malitatem proprie dicens malum. Nam si forte id quod creat malorem, malum esset et non potius emendatorium atque ad iustitiam et omnigenam virtutem impellens, nemo iam filium peccantem verberaret; nemo laudaret magistratum qui latronem gladio animadvertendum decerneret, aut bestiis iudiciali sententia vorandum traderet; nemo medicum laudaret putre ulcus ferro amputantem, quia aegrum cruciat; nemo concedere theriacam ex viperis componi, quoniam Manichaei reptilia mala esse dictitant. Sed ignorant isti imperiti conviciatores, bonum esse quicquid non inutile ei rei est ob quam Deus illud creavit. Cur non sint valde bona, etiamsi aliqua haud per se talia sint, sed naturali tantum contingant infirmitate?

Naturalia autem partim accidunt necessitate naturae. Necessitate porro naturae illa accidere dico quae ipsa per se invitis nobis a natura efficiuntur, ut mori, et crescere usque ad definitam aetatem animalia. Quaedam etiam naturali sequela eveniunt; quorum tamen effectus interdum fallit, veluti liberorum genitura ex copula. Hoc quidem ex contingentibus est; neque enim semper ex copula sequitur liberorum genitura. Quaecumque igitur necessitate naturae fiunt, absque peccato fiunt etiam ab hominibus ratione utentibus. Quaecumque vero vel fieri vel non fieri possibile est, in irrationali quidem natura culpa carent, cuicuimodi fuerit operatio: non enim ratiocinii usum habent, quo possint facienda discernere. In hominibus autem alia natura temperatis, sunt haec interdum proprie mala, cum recta ratio actui non praeest, quia ignavià nostrà infirmatur, vel omnino voluptatibus est debilitata. Etenim peccatum est cum fit electio et usus rerum vel actuum, quae naturaliter fieri et non fieri possunt a rationabilibus animantibus. Porro virtus hominis est, ut possit aliquid agere, ad quod naturali motu incitetur; quod idem si in quibusdam adiunctis male fieri, aut omnino semper iniquum credatur, ab eo abstineat, rationis gubernatione rectus, et voluptatum illecebras calcet. Sed dicunt: cur non incapaces nos peccati fecit Deus, ut numquam voluntarii peccaremus? Verum qui haec obiiciunt, stomachari videntur, quod eos Deus lapides aut ligna non fecerit, et irasci benefactori, propterea quod rationales homines creaverit, et non potius ad boni malique electionem inertes. Quod si dicunt: oportuit nos fieri rationales, bonique et mali discretionem habere, sed tamen in recte agendo immotos perstare; nihil hi mihi aliud videntur quaerere nisi ut nos homines non fieremus, sed eadem qua Deus natura ditaremur. Solus quippe Deus veri mali faciendi impotens est. Unde ait apostolus, impossibile esse mentiri Deum. Nam malitia infirmitas quaedam est, quae in creatis conspicitur: apud vero increatum, quodnam sit infirmitatis vestigium? Quod si nos eiusdem qua Deus naturae essemus, haud iam hercle creaturae diceremur, sed dii natura essemus, sicut ille Deus est.

De Tenebris.

Tenebrae definiendae sunt aëris quaedam obscuritas, lucis orbitate, non aliquid substantialiter subsistens: vel locus qui obstructione corpora obumbret, aut ut simplicius dicatur, locus luce carens.

Sanctorum patrum syllogismi.

1. Omne malum puniendum est: nihil autem puniendum quod sit incorruptibile; ergo nullum malum incorruptibile.

2. Nihil est corruptibile quod sit increatum; est autem malum corruptibile; ergo malum non est increatum.

3. Divinae scripturae diabolum poenae traditum dicunt: omne autem poenae traditum, mutabile est: nihil porro quod sit mutabile, increatum est; nullum ergo malum increatum est.

4. Nihil increatum est mutabile: atqui malum est mutabile, si a bono vincatur: ergo malum non est increatum.

5. Partiale bonum, nec non malum, mutatur, quia non sunt increata: sed substantiale bonum est immutabile. Atqui malum, quod Manichaei dicunt esse substantiale, mutabile est, nam et ipsi hoc puniendum fatentur.

6. Nihil secundum substantiam malum est, quia malitia est qualitas; atqui nulla qualitas est substantia: ergo malum non est substantia.

7. Cuncta invicem contraria corruptibilia sunt: atqui increata non sunt corruptibilia: ergo contraria non sunt increata.

8. Omnis qui honestam rem cupit, efficacem habet cupiditatem: atqui Deus destruere malitiam cupit: ergo corruptibilis res est malitia: quae quum sit corruptibilis, destruetur, ideoque non est increata.

9. Si increatum est malum, ipsi naturaliter inest ut sit malum: atqui nemo naturaliter agens peccat: ergo malum non peccat: iam qui non peccat reus non est: reus tamen est Satanas: ergo hic non est increatus.

10. Aiunt quidam: si poena facit resipiscere malos, ea utique bona est: si ergo poena bona est, contraria est huic bonorum promissio: atqui contraria esse non possunt quatenus bona: ergo promissio malum quid est. Quod si non mala est promissio sed bona, poena utique malum quid est. Quod si mala poena, non iam eam Deus sed Satanas infligit. Porro poenam non infligit adseclis suis, quia sunt aeque atque ille mali; alioqui opus esset ipsum quoque quum malus sit, poenae subiacere: ergo bono poenam imponit. Atqui impossibile hoc est; ergo malus daemon eam non imponit, sed Deus. Quibus respondendum est: quicquid a Deo infertur, utiliter infertur, quia id bonum est vel bonum efficiens, aut malum cohibens. Nam Deus, cohibendi mali studiosus, illud infert: non autem adgrederetur cohi-

Περὶ σκότους.

Σκότος οὖν ὁριστέον τὸ ἀφεγγὲς τοῦ ἀέρος, στερήσει φωτὸς, οὐκ οὐσίᾳ ὑφεστηκός· ἢ τόπον ἐξ ἀντιφράξεως σώματα σκιαζόμενον· καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν τόπον φωτὸς ἐστερημένον.

Συλλογισμοὶ ἁγίων πατέρων 1).

α'. Πᾶν κακὸν κολαστέον· οὐδὲν δὲ κολαστέον ἄφθαρτον· οὐδὲν ἄρα κακὸν ἄφθαρτον. cod. f. 267.

β'. Οὐδὲν φθαρτὸν ἀγέννητον· ἔστι δὲ τὸ κακὸν φθαρτόν· τὸ ἄρα κακὸν, οὐκ ἀγέννητον.

γ'. Αἱ θεῖαι γραφαὶ κολάσει παραδίδοσθαι τὸν διάβολον φασί· πᾶν δὲ κολάσει παραδιδόμενον, τρεπτόν· οὐδὲν δὲ τρεπτὸν, ἀγέννητον· οὐδὲν ἄρα τῶν κακῶν ἀγέννητον.

δ'. Οὐδὲν ἀγέννητον τρεπτόν· τρεπτέον δὲ τὸ κακὸν, κρατηθὲν ὑπὸ τοῦ ἀγαθοῦ· τὸ ἄρα κακὸν, οὐκ ἀγέννητον.

ε'. Τὸ μερικὸν ἀγαθὸν, καὶ τὸ κακὸν τρέπεται, οὐ γάρ ἐστιν ἀγέννητα· τὸ δὲ οὐσιῶδες καὶ ἀγαθὸν, ἄτρεπτον· τὸ δὲ κακὸν, ὃ φασιν οἱ Μανιχαῖοι οὐσιῶδες εἶναι, τρεπτέον, εἴ γε καὶ αὐτοὶ ὁμολογοῦσιν αὐτὸν εἶναι κολαστέον.

ϛ'. Οὐδὲν κατ' οὐσίαν κακὸν, τῷ τὸ κακὸν ποιὸν εἶναι· οὐδὲν δὲ ποιὸν οὐσία; τὸ ἄρα κακὸν οὐκ οὐσία.

ζ'. Πάντα τὰ ἐναντία ἀλλήλων ἐστὶ φθαρτικά· τὰ δὲ ἀγέννητα, ἄφθαρτα· τὰ ἄρα ἐναντία οὐκ ἀγέννητα.

η'. Πᾶς ὁ εὐλόγως ὀρεγόμενος τινὸς, ἐπιτετευγμένην ἔχει τὴν ὄρεξιν, ἧς εὐλόγως ὀρέγεται· θεὸς δὲ φθεῖραι τὴν κακίαν ὀρέγεται· τῶν φθαρτῶν ἄρα ἐστὶν ἡ κακία· τῶν δὲ φθαρτῶν οὖσα, ἀφανισθήσεται· ἀφανιζομένη δὲ, οὐκ ἔστιν ἀγέννητος.

θ'. Εἰ ἀγέννητον τὸ κακὸν, κατὰ φύσιν αὐτῷ ὑπάρχει τὸ κακῷ εἶναι· οὐδεὶς δὲ κατὰ φύσιν ἐνεργῶν, ἁμαρτάνει· τὸ ἄρα κακὸν οὐχ' ἁμαρτάνει· τὸ δὲ μὴ ἁμαρτάνον, οὐχ' ὑπαίτιον· ὑπαίτιος δὲ ὁ σατανᾶς· οὐκ ἄρα ἀγέννητος.

ι'. Φασί τινες, εἰ μετανοιεῖ τοὺς φαύλους ἡ κόλασις, ἀγαθὴν εἶναι· εἰ δὲ ἡ κόλασις ἀγαθὴ, ἐναντία δὲ ταύτῃ ἡ ἐπαγγελία τῶν ἀγαθῶν· τὰ δὲ ἐναντία οὐ δύναται ὡς ἀγαθὰ εἶναι· ἡ ἄρα ἐπαγγελία κακόν· μὴ κακῆς δὲ τῆς ἐπαγγελίας, ἀλλ' ἀγαθῆς οὔσης, ἡ κόλασις ἐστὶ κακόν· εἰ δὲ ἡ κόλασις κακὸν, ἀλλ' οὐχ' ὁ θεὸς, ἀλλ' ὁ σατανᾶς αὐτὴν ἐπιφέρει· ἐπιφέρει δὲ τὴν κόλασιν οὐ τοῖς ἑαυτοῦ· εἰσὶ γὰρ ὡς αὐτὸς πονηροί· καὶ ἀνάγκη καὶ αὐτὸν ὄντα πονηρὸν ὑποπίπτειν τῇ κολάσει· τῷ ἄρα ἀγαθῷ ἐποίσει αὐτήν· ἀλλὰ ἀδύνατον τοῦτο· οὐκ ἄρα ὁ πονηρὸς αὐτὴν ἐπιφέρει, ἀλλ' ὁ θεός. Πρὸς οὓς ῥητέον· πᾶν τὸ ὑπὸ θεοῦ ἐπιφερόμενον, χρησίμως ἐπιφέρεται, τυγχάνον ἀγαθὸν ἢ ἀγαθοῦ ποιητικὸν, ἢ κωλυτικὸν κακοῦ· ὁ γὰρ θεὸς κωλύειν τὸ κακὸν βουλόμενος, ἐπιφέρει τοῦτο· οὐκ ἂν ἐπιχείρει κωλύειν τὸ κακὸν, εἰ μὴ δυνατὸν ἦν κωλύεσθαι τὸ κακόν· κωλυ-

1) Videlicet S. Gregorii nysseni ed. paris. T. II. p. 612, non tamen sine varietate.

όμενον δὲ τοῦτο, οὐ δύναται εἶναι φύσει καὶ ἀγένητον· τὸ κακὸν ἐν ταῖς ἐνεργείαις εὑρίσκεται· κακὸν γάρ ἐστι μεταχειρίζεσθαι τοὺς λόγους τὰ κατὰ φύσιν οὐδὲ ὄντα.

ΔΙΑΛΕΞΙΣ ΙΩΑΝΝΟΥ [1] ΟΡΘΟΔΟΞΟΥ ΠΡΟΣ ΜΑΝΙΧΑΙΟΝ.

Ὀρθόδοξος. Εἰ τὸ σῶμα τῆς ὕλης, ἡ δὲ ψυχὴ ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ θεοῦ καθ' ὑμᾶς, ἐναντία οὐ συντίθεται ἄνευ τεχνίτου τινός· οἷον τὸ μέλαν καὶ λευκὸν ὑπὸ ζωγράφου, καὶ ὑπὸ ἰατρῶν τὰ θερμὰ εἴδη τοῖς ψυχροῖς, τίς ὁ συναγαγὼν τὰ ἐναντία, ψυχήν τε καὶ σῶμα, ἓν ζῶον ἐργασάμενος; Μανιχαῖος. Ὁ ἀγαθὸς θεὸς ἀτάκτως κινουμένης τῆς ὕλης, λαβὼν μοῖραν τινὰ τῆς ἑαυτοῦ δυνάμεως, τῇ ὕλῃ προσέπεμψε, δελεάσαι αὐτὴν βουλόμενος· ἡ δὲ λαβοῦσα κατέπιε· καὶ οὕτω ἐκ τῆς κράσεως ἀμφοτέρων τὰ σύνθετα γέγονεν [2]. Ὀρ. Ταῦτα μῦθοι τινές εἰσι πλέον τῆς ἀσεβείας τὸ ἀπίθανον ἔχοντες· πρῶτον μὲν ὅτι οὐδεὶς ἑαυτὸν συντίθησι πρὸς ἑτέρου γένεσιν· πρὸς τούτοις δὲ παθητὸς καὶ μεριστὸς ὁ θεὸς ἐντεῦθεν εὑρίσκεται, εἴ γε μέρος αὐτὸς λαβὼν τῇ ὕλῃ προσέῤῥιψεν· ἀλλὰ καὶ ἡ ὕλη τοῦ εἶναι κακὴ ἐλευθερωθήσεται, ἐρασθεῖσα τοῦ ἀγαθοῦ, καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ φῶς καταπιοῦσα· ἄλλον τι δὲ ἀποκρίναί μοι, ἀσώματος ὁ θεός; Μ. Ναί, ἀσώματος. Ὀρ. Πῶς οὖν ὁ ἀσώματος καὶ ἁπλοῦς τομὴν ἢ διαίρεσιν ὑπομένει; Μ. Ἀλλ' οὐ διαίρεσιν ἢ τομὴν γεγονέναι λέγω τῆς θείας οὐσίας, ἀλλὰ προσβολὴν ὁμοούσιον τῷ προβαλλομένῳ· καὶ πρὸς τοῦτο διαμάχεσθαι χριστιανοὺς ὄντας ὑμᾶς, οὐκ οἴομαι [οἳ] τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ καὶ λόγον, οὐ τμῆμα τῆς τούτου πατρὸς οὐσίας φατέ, καὶ ὅμως ὁμοούσιον τῷ πατρὶ καὶ παρ' ὑμῖν ὁμολογεῖται καὶ εἰς τὸν κόσμον ἀποσταλέσθαι ὑπὲρ σωτηρίας τῶν ἀνθρώπων ὑπὸ τῆς ἁγίας γραφῆς κηρύττεται· οὕτως οὖν τομῆς μὴ γινομένης ὁ ἀγαθὸς θεὸς δύναμίν τινα προεβάλετο πρὸς τὸ ἐπισχεῖν τῆς ὕλης τὴν ἀταξίαν. Ὀρ. καὶ οὕτως ἐλεγχθεὶς τῷ τῆς τομῆς ἐγκλήματι περιπίπτεις. Μ. Ἔλεγξον καὶ πείσομαι τοῖς σοῦ. Ο. Διαιρεῖσθαι τὴν ὕλην καὶ τὸν θεὸν ἰδίοις τόποις οἶδα πολλάκις ἀκηκοὼς ὑπὸ τῶν Μανιχαίων καὶ ὡς τὸ μὲν νότιον τῇ ὕλῃ, τὸ δὲ βόρειον καὶ ἀνατολικὸν καὶ δυτικὸν προσνέμεται τῷ ἀγαθῷ θεῷ. Μ. Οὕτως γὰρ ὁμολογοῦμεν. Ο. Πῶς οὖν οὐ δέδοικας τὴν τοσαύτης βλασφημίας ὑπερβολήν, περιγραπτὸν εἰσάγων τὸ θεῖον, ὃν ἀγαθὸν καὶ παντοδύναμον ὁμολογεῖς, καὶ ταῦτα ἀπὸ τῆς κακίστης ὕλης περιγραφόμενον; πέρας γὰρ τῷ θεῷ δίδως, ἐν τόπῳ τοῦτον ὑποτιθέμενος· πέρας γάρ ἐστι τόπος τοῦ περιέχοντος, καθὸ περιέχει τὸ περιεχόμενον· περιεχόμενος δὲ ὁ θεός, περιγραπτός πάντως ἐστί· καὶ αὐτὸς δὲ ὁ τὸν θεὸν περιέχων τόπος, περιγράφεται κατ' ἐκεῖνο τὸ τέλος, καθὸ τῆς ὕλης τοῦ τόπου ἐφάπτεται· καὶ οὕτως

cod. f. 268.

bere malum, nisi mali cohibitio possibilis foret. Porro hoc cohibitum non potest esse increatum. Malum enim in operationibus invenitur. Malum quippe est si aggrediamur dicere de iis, quae in rerum natura non sunt.

IOHANNIS ORTHODOXI DISPUTATIO CUM MANICHAEO.

Orthodoxus. Si corpus a materia est, anima autem ex bono Deo est, ut vos dicitis, contraria quidem non componuntur absque artifice aliquo; veluti nigrum et album a pictore, et a medico calidae species cum frigidis; quis inter se composuit contraria, animam scilicet et corpus, unum animal efficiens? Manichaeus. Bonus Deus, quum seditionem commoveret materia, sumptam particulam aliquam suae ipsius substantiae, in materiam iniecit, esca illam allicere volens; quae hanc exceptam ebibit; atque ex utriusque concretione compositio extitit. O. Hae sunt fabulae quaedam, magis etiam incredibiles quam impiae. Primum quidem quia nemo se ipsum componit, ut alium producat. Deinde his positis, patibilis divisibilisque Deus hinc comperitur, si quidem partes sui sumptas in materiam proiecit. Sed et materia quominus sit mala absolvetur, quoniam bonum adamavit, eiusque lucem ebibit. Nunc aliud mihi responde: est ne incorporeus Deus? M. Sane incorporeus. O. Quomodo igitur incorporeus et simplex sectionem aut divisionem patitur? Ego neque divisionem neque sectionem factam dico divinae substantiae, sed emissionem consubstantialem emittenti. Atque huic sententiae repugnare vos Christianos non puto, qui filium Dei Verbum, sectionem substantiae paternae non dicitis, et simul tamen patri consubstantialem confitemini. Idem in mundum propter hominum salutem missus in sancta scriptura praedicatur. Sic ergo, nulla interveniente sectione, bonus Deus vim quandam ex sese emisit ad compescendam materiae perturbationem. O. Atque ita in improbatae sectionis culpam incidit. M. Demonstra, et ego dictis tuis credam. O. Dividi materiam ac Deum propriis locis, scio me non semel audisse a Manichaeis; atque australem partem materiae, borealem, orientalem, occidentalesque partes bono Deo attribui. M. Sic nos profitemur. O. Quomodo ergo non horres tantae blasphemiae excessum? circumscriptum inducens Deum, quem bonum, et omnipotentem confiteris, et tamen a pessima materia limitatum. Etenim terminum Deo das, dum eum in loco collocas: nam locus terminus est continentis, quatenus in se continet comprehensum: comprehensus autem Deus, prorsus est circumscriptus: et ipse qui Deum continet locus, eo termino circumscribitur,

[1] Intelligo Iohannem damascenum. Attamen hic noster dialogus plane diversus est ab eo qui extat contra Manichaeos sub illius nomine in Opp. T. I. p. 429. seq.

[2] Audiamus S. Augustinum Manichaeorum errores apprime callentem de agone christ. cap. III. «Manichaei dicunt ante mundi » constitutionem fuisse gentem tenebrarum, quae contra Deum rebellavit: in quo bello credunt miseri omnipotentem Deum » non sibi aliter potuisse succurrere, nisi partem suam contra eam mitteret. Cuius gentis principes, sicut illi dicunt, devora» verunt partem Dei, et temperati sunt ut posset mundus de illis fabricari. Sic dicunt Deum pervenisse ad victoriam cum mag» nis calamitatibus et cruciatibus et miseriis suorum membrorum, quae membra dicunt esse commixta tenebrosis visceribus prin» cipum illorum, ut eos temperarent, et a fervore compescerent etc.»

quo loci materia pertingit: atque ita circumscripto loco circumscribetur a vobis Deus, qui intra certum locum Deum limitatis.

Sed haec missa faciamus. Narra porro mihi, an proprio in loco stantem Deum dicas ex sese emisisse vim, atque ad materiae proiecisse locum? M. Enimvero sic aio. O. Si ergo ex Deo emissio ad alium facta est locum, Deo aliam stationem occupante, quid ni a patris substantia separata fuit? Nam quae locis distant, ea invicem distare necesse est. Nonne sic igitur, ex sententia tua, Dei vis extra eiusdem substantiam prodiit? Iam quod extra aliquem est, id omnino ab eiusdem substantia separatum est. Nos autem haud vestras impietates sectamur, neque duo principia locis separata adfirmamus, sed unum universitatis creatorem, et unum rerum omnium initium, patrem ac filium, cuncta implens dogmatis instar credimus: patrem in filio, filium in patre una confitentes, iuxta illud effatum: ego in patre, et pater in me. Itemque: omnia quae habet pater, mea sunt. Unde et inspiratus Iohannes tamquam omnia implente Trinitate, de Deo Verbo ait: in propria venit, et sui eum non receperunt: secundum vero vos Manichaeos, non in propria venit, sed potius in aliena; si quidem ad materiae locum accessit, volens animas in alieno loco alligatas, ut vos dictis, redimere. Quare et illam quam revocabas sectionem (a te alioqui non semel adfirmatam) putans sic divinae substantiae divisionem vitare, ne sic quidem vitasti: namque in eandem recidis irreligiositatem.

Sed unde discessi, illuc denuo sermonem converto. Responde ergo mihi: materia per se, absque cum Deo commixtione, simplex ne est, an composita? M. Simplex. O. Ex simplicibus autem fit compositum? M. Ita est. O. Si ergo simplex est materia, patet eam ab alio aliquo componi: nemo enim se ipsum ad compositionem adducit. Quomodo ergo ab alio composita, caret initio? Alioqui etiam, composita ex diversis componuntur quae praeexistunt, ut electrum ex argento et auro compositum: simulve spectabile, ut caput aliquod ex ossibus, carne, membranis ac nervis: haec enim una consistunt, quum sint diversa, nihilque ex his singulis extitit ante compositum ex ipsis caput. Ergo si materia composita est, ne ipsa quoque unum principium est, sed multo plura si ipsa per se composita sit, et sine ulla cum Deo compositione. M. Ergo simplicem dicis esse materiam? O. Minime simplicem esse aio materiam, sed demonstrare volo eam non esse absque initio neque increatam, ut tu ais, et non sine suis qualitatibus a Deo fuisse productam: qualitatibus eius semper variantibus, aliisque cum aliis permutatis, prout ipsius creatori Deo placuerit. Nam si esset simplex, quomodo ex uno simplici, materia inquam, composita fierent corpora? Quomodo item in uno simplici, materia scilicet, duo contraria deprehendimus generationem et corruptionem? Quod si ex ipsa sunt corpora, eadem quoque ex se ipsa corpus erit: nam quod est genitum ex aliquo corpore, ipsum quoque corpus est.

ὑπὸ περιγραφομένου τόπου περιγραφήσεται ὁ θεὸς καθ' ὑμᾶς, τοὺς τόπῳ τινὶ περιορίζοντας τὸν θεόν.

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν παρείσθω· εἰπὲ δέ μοι ἐν τῷ οἰκείῳ τόπῳ μένοντα τὸν θεὸν φῂς προβαλέσθαι τὴν ἐξ αὐτοῦ δύναμιν, καὶ ἐπὶ τὸν τῆς ὕλης ἐξαποστεῖλαι τόπον; Μ. Ναί, τοῦτο φημί. Ο. Εἰ οὖν ἐκ τοῦ θεοῦ προβολὴ ἐν ἑτέρῳ γέγονε τόπῳ, τοῦ θεοῦ ἐν ἑτέρῳ χωρίῳ διαμείναντος, πῶς οὐκ ἐμερίσθη τῆς τοῦ πατρὸς ὑποστάσεως; τὰ γὰρ διεστῶτα τοῖς τόποις, πάντως καὶ ἀλλήλων διαιρεῖσθαι ἀνάγκη· καὶ οὕτως οὖν ἡ τοῦ θεοῦ δύναμις κατὰ σὲ οὐκ ἔξω τῆς αὐτοῦ γέγονεν ὑποστάσεως; τὸ δὲ ἔξω τινὸς ὑπάρχον, πάντως καὶ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ διῄρηται· ἡμεῖς δ' οὐχ ἑπόμεθα ταῖς ὑμῶν ἀσεβείαις, οὐδὲ δύο ἀρχὰς διῃρημένας τοῖς τόποις φαμέν, ἀλλ' ἕνα τοῦ παντὸς δημιουργόν, καὶ μίαν τὴν πάντων ἀρχὴν λέγοντες, πατέρα τε καὶ υἱὸν τὰ πάντα πληροῦν δογματίζομεν· πατέρα ἐν υἱῷ, καὶ υἱὸν ἐν πατρὶ προσομολογοῦντες κατὰ τὸ λόγιον τὸ φάσκον· ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί· καί, πάντα τὰ τοῦ πατρός, ἐμά ἐστι· διὸ καὶ Ἰωάννης ὁ θεοφόρος, ὡς τὰ πάντα πληρούσης τῆς ἁγίας τριάδος, περὶ τοῦ θεοῦ λόγου φησίν· εἰς τὰ ἴδια ἦλθεν, καὶ οἱ ἴδιοι αὐτὸν οὐ παρέλαβον· καθ' ὑμᾶς δὲ τοὺς Μανιχαίους οὐκ εἰς τὰ ἴδια ἦλθεν, ἀλλὰ μᾶλλον εἰς τὰ ἀλλότρια· εἴ γε τῷ τῆς ὕλης ἐπῆλθε τόπῳ τὰς ψυχὰς ἐν ἀλλοτρίῳ τόπῳ πεπεδημένας καθ' ὑμᾶς βουλόμενος ἀνασῶσαι· ὥστε καὶ δι' ὧν ἀνεκαλέσω τὴν τομὴν τὴν πολλάκις ὑπὸ σοῦ λεχθεῖσαν, οἰόμενος ἐκφεύξεσθαι τῆς θείας οὐσίας τὴν ἀφαίρεσιν, οὐδ' οὕτως ἐκπέφευγας, εἰς τὴν αὐτὴν ἀσέβειαν περιπέπτωκας.

Ἀλλ' ὅθεν ἐξέβην, τῷ λόγῳ πάλιν ἐπάνειμι· ἀπόκριναι οὖν· ὕλη καθ' ἑαυτήν, ἄνευ τῆς πρὸς θεὸν συγκράσεως, ἁπλῆ ἐστιν ἢ σύνθετος; Μ. Σύνθετος. Ο. Ἐξ ἁπλῶν δὲ τὸ σύνθετον γίνεται; Μ. Οὕτως ἔχει. Ο. Εἰ τοίνυν σύνθετος ἡ ὕλη, δῆλον ὡς ὑπό τινος ἑτέρου συντέθειται· οὐδεὶς γὰρ ἑαυτὸν πρὸς σύνθεσιν ἄγει· πῶς οὖν ὑφ' ἑτέρου συντεθεῖσα, ἄναρχός ἐστι; ἄλλως τε τὰ σύνθετα, ἐκ διαφόρων συντέθειται, προϋπαρχόντων μέν, ὡς τὸ ἤλεκτρον τὸ ἐκ χρυσίου καὶ ἀργύρου συντεθέν· συνθεωρούμενον ὡς ἥ τις κεφαλὴ ἐξ ὀστέων καὶ σαρκῶν, καὶ ὑμένων, καὶ νεύρων· ταῦτα γὰρ ἅμα συνέστη διάφορα ὄντα, καὶ οὐδαμῶς ἕκαστον προϋπέστη τῆς ἐξ αὐτῶν συντεθείσης κεφαλῆς· ἡ ὕλη οὖν εἰ σύνθετός ἐστι, καὶ αὕτη οὐκέτι ἔσται μία ἀρχή, ἀλλὰ πολὺ πλείους, αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν σύνθετος οὖσα καὶ ἄνευ τῆς πρὸς θεὸν συνθέσεως. Μ. Ἁπλῆν οὖν φῂς εἶναι τὴν ὕλην; Ο. Οὐχ' ἁπλῆν εἶναι λέγω τὴν ὕλην, ἀλλὰ δεικνῦναι βουλόμενος ὅτι οὐκ ἄναρχός ἐστιν, οὐδὲ ἀγέννητος ὡς σὺ φῂς· καὶ ὅτι σὺν ταῖς ποιότησιν ὑπὸ τοῦ δημιουργοῦ παρήχθη· τῶν περὶ αὐτὴν ποιοτήτων ἀλλαττομένων ἀεὶ καὶ μεταβαλλουσῶν ἄλλης εἰς ἄλλην, ὅπῃ παρασταίη τῷ ταῦτα παραγαγόντι θεῷ· εἰ γὰρ ἁπλοῦς ἐστι, πῶς ἐξ ἑνὸς ἁπλοῦ, φημὶ δὴ τῆς ὕλης, τὰ σύνθετα γέγονεν σώματα; πῶς δὲ ἐν τῷ ἑνὶ ἁπλῷ τῇ ὕλῃ, δύο ἐναντία εὑρίσκομεν, γένεσίν τε καὶ φθοράν; εἰ δὲ ἐξ αὐτῆς τὰ σώματα, σῶμα ἐξ αὐτῆς καὶ αὐτὴ ἔσται· τὸ γὰρ γεγεννημένον ἔκ τινος σώματος, σῶμα ὑπάρχει· εἰ δὲ σῶμα ἡ ὕλη, cod. f. 269

καὶ σύνθετος· σύνθετος δὲ τυγχάνουσα, οὐκ ἔστιν ἀγέννητος ὡς ἀποδέδεικται.

Μ. Πόθεν οὖν νόσοι καὶ θάνατοι, καὶ τὰ τοιαῦτα τὰ κακά; εἰ γὰρ μὴ ἐξ ὕλης ἀνάρχου καὶ ἀγεννήτου καὶ φύσει κακῆς ταῦτα τυγχάνει, ὁ θεὸς αἴτιος ἔσται τῆς τούτων γενέσεως. Ο. Τί γὰρ κακὰ νομίζεις τὰς νόσους καὶ τὸν θάνατον; καί τοι θάνατος μὲν ἐλευθεροῖ τοῦ σώματος τὴν ψυχήν, καὶ τοῦ δεσμοῦ τῆς ὕλης ἀπαλλάττει· νόσος δὲ πάλιν τήκει τὸ σῶμα, ὅπερ σὺ νομίζεις σῶμα κακὸν ὑπάρχον· πολλάκις δὲ καὶ ἁμαρτίας ἐνεργεῖν κωλύει ἡ νόσος, ἃς ἔπραξεν ἂν ὁ νοσῶν, εἰ μὴ τῇ νόσῳ πεπέδετο· ἄλλως τε ἀπόκριναί μοι πυνθανομένῳ, δεῖ τὴν κακίαν μισεῖν; Μ. Ναί. Ο. Πῶς οὖν ταύτην, ἣν μισεῖν προσποιεῖς, μεγίστως τιμᾷς; ὁμοίαν αὐτὴν λέγων τῷ ἀγαθῷ θεῷ, ἀΐδιόν τε καὶ ἄναρχον καὶ ἀγέννητον. Μ. Οὐχ' ὁμοίαν αὐτὴν ποιοῦμεν τῷ ἀγαθῷ θεῷ· οἴδαμεν γὰρ τὸν θεὸν τὸν ὕψιστον, ἀγαθόν, φωτοειδῆ, παντοκράτορα· εἰ καὶ ἄναρχος οὖν ἡ κακία, ἀλλὰ πολὺ τοῦ θεοῦ ἀποδέει. Ο. Ἔοικας ἀγνοεῖν ὅτι τὸ ἀγαθὸν καὶ φωτοειδὲς τοῦ θεοῦ καὶ εἰς τοὺς ἁγίους ἀγγέλους, καὶ εἰς ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους, ἤτοι χάρισμα, φθάνει· ὃ μέντοι τῆς θείας φύσεως ἐστὶ χαρακτηριστικὸν τὸ ἄναρχον καὶ ἀγέννητον, τοῦτο ἐν οὐδενὶ τῶν ἄλλων ἐνθεωρεῖται· εἰ δὲ τῇ κακίᾳ δίδως τὰ κυρίως καὶ πρώτως χαρακτηριστικὰ τῆς θείας φύσεως, πῶς οὐχ' ὁμότιμος ἔσται τῷ θεῷ; εἰπὲ δέ μοι πῶς παντοκράτορα λέγεις τὸν θεόν, εἴ γε κατὰ σὲ τῆς ὕλης καὶ τῶν ἐξ αὐτῆς οὔπω κεκράτηκεν; Μ. Ἀλλ' ἔσται καιρὸς ὅτε καὶ αὐτῆς κρατήσει· Ο. Οὐκοῦν οὔπω νῦν παντοκράτωρ ἐστίν, ἐπεὶ οὔπω κεκράτηκεν τῆς ἀϊδίου αὐτῷ συνούσης ὕλης· ὕστερον δὲ ὃ μὴ νῦν ἔχει, προσγενήσεται αὐτῷ κατὰ σέ· δυνάμει γὰρ νῦν παντοκράτωρ ὑπάρχων, ὕστερον ἐνεργείᾳ γενήσεται, ἐξ ἁπλοῦς εἰς τελειότητα ἐρχόμενος. Ο. Ἀπόκριναί μοι πῶς νῦν οὐκ ἔστι παντοκράτωρ, ὡς μὴ δυνάμενος, ἢ ὡς μὴ βουλόμενος; εἰ μὲν ὡς μὴ δυνάμενος, πῶς ὅλως παντοκράτωρ; χρὴ γὰρ εἶναι παντοκράτορα ἀεί, καὶ παντοδύναμον· εἰ δὲ ὡς μὴ βουλόμενος, πρῶτον μὲν βασκαίνει τῇ σωτηρίᾳ τῶν ἀνθρώπων, ἔπειτα δὲ καὶ αἴτιος τῆς κακίας εὑρίσκεται· δυνάμενος μέν, μὴ βουλόμενος δὲ αὐτὴν ἀνελεῖν.

Μ. Πόθεν οὖν τὰ κακά; Ο. Οὐκ ἀκολουθίᾳ τινὶ λογικῇ ἡ ἐρώτησις παρὰ σοῦ γεγένηται· χρὴ γὰρ εἰδέναι εἰ ἔστι κακόν, καὶ τί ἐστι κακόν· εἶθ' οὕτω ζητῆσαι πόθεν συνίσταται. Μ. Οὕτω ζητήσωμεν. Ο. Τῶν ὄντων τὰ μέν ἐστιν οὐσία, τὰ δὲ ποιότης, τὰ δὲ ἐνέργεια· καὶ οὐσία μέν ἐστιν, ἐγώ, σύ· ποιότης λευκόν, μέλαν, γλυκύ, πικρόν, καὶ ὅσα τοιαῦτα ἐν ὑποκειμένοις σώμασιν θεωρούμενα· ἐπιτηδειότης δὲ πρὸς ἣν πεφύκασι τὰ γεγονότα σώματα δυνάμει τυγχάνειν· οἷον ἐπιτηδείως ἔχουσιν αἱ χεῖρες τέχνας ἐργάζεσθαι, γλῶσσα δὲ λόγῳ διακονεῖν, πόδες δὲ πρὸς βάδισιν, παιδίον δὲ πρὸς μάθησιν τεχνικήν· ἐνέργεια δέ ἐστιν ἡ τοῦ κατὰ φύσιν πρᾶξις, ἢ τοῦ ἀλόγου ὡς ἀλόγου, ἢ τοῦ λογικοῦ ὡς λογικοῦ· τί οὖν τῶν εἰρημένων ὁρίζῃ τὸ κακὸν εἶναι; Μ. Ἐνέργειαν· δῆλον δὲ ὅτι πᾶσα ἐνέργεια οὐσία ἐστὶν ἐνεργείας. Ο. Πᾶσα μὲν ἐνέργεια οὐσία ἐστὶν ἐνεργείας· ἐρωτῶ δέ σε ἡ κακία ἐνέργεια οὖσα, καὶ οὐσία εἶναι

Quod si corpus materia est, ergo composita. Quod si composita, non est increata, ut fuit demonstratum.

M. Undenam ergo morbi, et mortes, et huiuscemodi mala? Nam si haec ex materia initio carente, increata, et suapte natura vitiosa non sunt, Deus horum causa erit. O. Cur vero tu mala esse iudicas, morbos ac mortem? Mors certe animam corpore liberat, et a materiae vinculo solvit: morbus item corpus consumit, quod tu corpus malum esse existimas. Saepe etiam peccata committere prohibet morbus, quae utique aeger admisisset, nisi morbo impediretur. Alioqui responde mihi: oportet ne malitiam odisse? M. Vero inquam. O. Cur ergo hanc, quam odisse simulas, plurimum honoras? dum eam similem dicis bono Deo, sempiternam atque increatam. M. Haud similem eam facimus bono Deo: novimus enim Deum altissimum, bonum, in luce versantem, omnipotentem. Quamquam igitur absque initio est malitia, attamen longe inferior Deo est. O. Nescire videris, bonitatem, et lumen Dei, sanctis angelis quoque nobisque hominibus doni instar communicari; sed tamen quod divinae naturae characteristicum est, ut sit nempe Deus absque initio et ingenitus, id in alio nemine observari. Quod si tu malitiae attribuis quae principaliter praecipueque characteristica divinae naturae sunt, quid ni haec pari cum Deo honore sit? Dic item mihi quaundonam omnipotentem Deum fuisse adfirmes, si quidem te iudice nondum materiam eiusque effectus superavit? M. Sed tempus aderit, cum ipsam superabit. O. Ergo nondum omnipotens est, quia coëxistentem ei materiam nondum superavit: sed postea quod nunc non habet, ei superveniet, te iudice: nunc enim insita tantum virtute omnipotens est, postea et actu talis erit, ex simplici ad perfectionem progressus. Responde mihi, cur modo non sit omnipotens, num quia nequit, an quia non vult? Nam si quia nequit, quomodo omnino sit omnipotens? Oportet enim eum semper esse omnipotentem, et omni vi praeditum. Quod si quia non vult, primo quidem invidet humanae saluti, deinde et malitiae causa esse comperitur, quia quum possit, non vult eam de medio tollere.

M. Unde igitur mala? O. Haud rationali consequentia a te interrogatum est: oportet enim an sit malum, et quid sit scire, tum demum exquirere undenam existat. M. Sane ita exquiramus. O. Quae existunt, partim substantia sunt, partim qualitas, partim vis activa. Substantia quidem, ego et tu: qualitas, album, nigrum, dulce, amarum, et siqua alia huiusmodi in subiectis corporibus spectantur. Idoneitas cui singula corpora sunt nata, ut ita potentialiter sint: veluti manus idoneae sunt opificiis, lingua ut serviat sermoni, pedes ambulando, puer eruditioni puerili. Vis autem activa est congrua naturae actio, vel irrationalis ut talis, vel rationalis ut item talis. Quid ergo ex dictis malum esse definis? M. Operationem. Constat autem omnem operationem esse substantiam operationis. O. Utique omnis vis activa substantialis est. Sed quaero a te, malitia quum sit vis activa, num etiam substantia esse potest?

M. Ita aio. O. Primum quidem contradicis tibi, dum ex substantia fieri dicis vim activam, rursusque hanc non esse vim activam dicis: unde et summa ignorantia laborare apud dialecticae quoque imperitos videberis. Quaero autem ex te, num omnis operatio mala sit? M. Minime gentium. O. Quam ergo dicis malam operationem? M. Homicidum, adulterium, iniustitiam, et quaevis huiusmodi. O. Si homicidium, ex sententia tua, naturaliter malum est, iudices qui latrones ac sicarios interficiunt, male agunt. Rursusque, cur aliquis cum sua uxore rem habens non peccat, cum aliena id agens peccat, quum tamen eadem sit actio? Puto te ob haec vel nolentem confiteri, actionem omnem neutram veluti esse, determinari autem ab agentis voluntate, ut virtus vitiumve evadat: namque alter temperanter cum sua uxore, alter impudice cum aliena versatur. M. Cupiditas nonne mala est? O. Non plane; nam et haec neutrius qualitatis est, fierique potest ut etiam honestate exornetur a mentis gubernatione. Aliquando certe ad rem honestam tendit cupiditas: namque alius misericordia movetur, alius pecuniae amore: alius liberorum causa, alius voluptatis, rei venereae dat operam.

M. Nunc mihi hoc edissere, utrum corporum corruptio ac putredo a Deo bono et incorruptibili sit? O. Locutio « ex aliquo » multifariam adhibetur: est enim filius ex me consubstantialiter, est ex fabro lignario scamnum, ex terra fructus, ex rege confiscationes. Nos ergo nequaquam ex Dei substantia dicimus fieri corruptionem, sed voluntate eius ea fieri quae nobis utilia sunt. Nam si quamvis adeo fragiles res humanae sint, tantopere ob has insanimus, ut etiam litibus et bellis harum causa decertemus; quid eramus acturi si Deus caducas non fecisset? Quomodo etiam immortalis vitae donum aestimaremus, quam nobis Dei caritas collatura est, nisi antea vitam hanc corruptibilem et temporalem experti essemus, quam nos ipse prudenter praegustare voluit? Alioqui, si corruptio mala est, generatio sine dubio bona est. Atqui in eodem corpore tum generatio tum corruptio fit: non est ergo corporis natura mala, uti vos contenditis, qui corpus in malarum rerum classe statuitis. Cur autem tu, quae mala in corporibus iudicas, contemplaris et recitas, bona autem ex his manantia dissimulas? Nam primo quidem fructibus ex terra suppeditatis nutrimur et conservamur: lapidibus ac lignis aedes construimus, quibus ab imbre et frigore protegimur, sed et ardorem solis vitamus, quem tu deificare non erubescis: ferro autem non tantummodo terram aramus, verum etiam irruentes hostes propulsamus. Age vero si his convictus, nihilominus perstas putredinem ac foetorem obiiciens; an ignoras, ea quae animum adficiunt, putredini multo magis ac foetori esse obnoxia? Atqui in sententia vestra, boni Dei substantia est anima: ergo bonus Deus causa erit horum, quae reputas, malorum putredinis ac foetoris. M. Si mala in mundo non sunt, cur leges ea puniunt? Hoc maxime tuam coarguit insaniam: nam nisi nostri arbitrii esset male vel bene agere, haud

δύναται; M. Οὕτω φημί. O. Πρῶτον μὲν ἐναντίος σεαυτῷ ὑπάρχεις, ἐξ οὐσίας γενέσθαι λέγων ἐνέργειαν, καὶ πάλιν οὐκ εἶναι τὴν ἐνέργειαν ὑποτιθέμενος· ὅθεν πάσης ἀμαθίας ὑπερβολὴν καὶ παρὰ τοῖς ἄγαν ἀπείροις διαλεκτικῆς οὐ διαφεύξῃ νοσῶν· ἐρωτῶ δέ σε, ἆρα πᾶσα ἐνέργεια κακή; M. Οὐ πάντως· O. Ποίαν οὖν λέγεις κακὴν ἐνέργειαν; M. Φόνον, μοιχείαν, ἀδικίαν, καὶ ὅσα τοιαῦτα. O. Εἰ ὁ φόνος κατὰ σὲ φύσει κακός, οἱ δικασταὶ τυμβορύχους καὶ ἀνδροφόνους φονεύοντες, κακῶς ποιοῦσι· καὶ πάλιν· τί δήποτε ὁ μὲν τῇ ἰδίᾳ γαμετῇ μιγνύμενος οὐχ' ἁμαρτάνει, ἐν ἀλλοτρίᾳ δὲ τοῦτο ποιῶν ἁμαρτάνει; καὶ ταῦτα μιᾶς ἐνεργείας οὔσης τῆς μίξεως· οἶμαι σε διὰ τούτων καὶ ἄκοντα προσομολογεῖν, ὅτι πᾶσα ἐνέργεια μέση ἐστὶ· ποικίλεται δὲ τῇ γνώμῃ τοῦ μετιόντος, ἀρετὴ ἢ κακία γινομένη· ὁ μὲν γὰρ σωφρόνως τῇ ἰδίᾳ μίγνυται, ὁ δὲ ἀκολάστως τῇ ἀλλοτρίᾳ. M. Ἡ ἐπιθυμία οὐκ ἔστι κακή; O. Οὐ πάντως· μέση γάρ ἐστι καὶ αὕτη· καὶ δυνατὸν αὐτὴν κοσμηθῆναι τῇ τοῦ νοῦ ἐπιστασίᾳ· ἀμέλει καὶ καλῶν ἐστιν ἐπιθυμῆσαι· ὁ μὲν γάρ ἐστι φιλόπτωχος, ὁ δὲ φιλάργυρος· καὶ ὁ μὲν παιδοποιΐας χάριν τῇ μίξει κέχρηται, ὁ δὲ χάριν ἡδονῆς.

col. I. 270.

M. Τοῦτό μοι εἰπέ, ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ καὶ ἀφθάρτου Θεοῦ ἡ φθορὰ τῶν σωμάτων καὶ σῆψις ἐγένετο; O. Τὸ ἔκ τινος πολλαχῶς λέγεται· ἔστι γὰρ ἐξ ἐμοῦ ὁ υἱός μου ὁμοούσιος ἐμοί· ἐκ τοῦ τέκτονος τὸ βάθρον· ἐκ δὲ τῆς γῆς οἱ καρποί· ἐκ τοῦ βασιλέως δημεύσεις· ἡμεῖς τοίνυν οὐκ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ φαμὲν εἶναι τὴν φθοράν, βουλήσει δὲ αὐτοῦ ἐνεργεῖσθαι συμφέροντα ἡμῖν· εἰ γὰρ φθαρτῶν ὄντων τῶν πραγμάτων, οὕτω περὶ αὐτῶν μεμήναμεν ὡς δικαστήρια καὶ πολέμους κατ' ἀλλήλων κινεῖν, τί οὐκ ἂν ἐτολμήσαιμεν εἰ ἄφθαρτα ταῦτα παρήγαγεν; πῶς δὲ καὶ αἴσθησιν ἐμέλλομεν τῆς δωρεᾶς λαβεῖν τῆς ἀφθάρτου ζωῆς, ἣν ἡμῖν ἐφιλοτιμήσατο ὁ κύριος ἡμῶν, εἰ μὴ πρότερον ἐν πείρᾳ γεγόναμεν τῆς φθαρτῆς ταύτης καὶ ἐπικήρου ζωῆς, εἰς ἣν ἡμᾶς προαγευσασθαι καλῶς ἔχειν ἐδοκίμασεν; ἄλλως τε δὲ εἰ ἡ φθορὰ κακόν, ἡ γένεσις πάντως ἀγαθόν· ἀλλὰ μὴν περὶ τὸ αὐτὸ σῶμα γένεσις καὶ φθορά, οὐκ ἄρα σῶμα φύσει κακόν, ὡς ὑμεῖς διαβεβαιοῦσθαι τὸ σῶμα τῆς κακίας εἶναι δογματίζοντες· διὰ τί δὲ ἃ μὲν νομίζεις εἶναι κακὰ τῶν σωμάτων θεωρεῖς τε καὶ λέγεις; τὰ δὲ ἐξ αὐτῶν ἀγαθὰ παρατρέχεις; πρῶτον μὲν γὰρ ἀπὸ τῶν ἐκ γῆς ἀναδιδομένων καρπῶν τρεφόμεθά τε καὶ συνιστάμεθα· ἐκ δὲ λίθων καὶ ξύλων, οἴκους κατασκευάζομεν, δι' ὧν ὄμβρου καὶ κρύους ἐλευθερούμεθα· ἀλλὰ καὶ τοῦ ἡλίου τὰ καυσώδες ἐκκλίνομεν, ὃν σὺ θεοποιῶν, οὐκ αἰσχύνῃ· σιδήρῳ δὲ οὐ μόνον τὴν γῆν ἀροῦμεν, ἀλλὰ καὶ πολεμίους ἐπιόντας φυλαττόμεθα· εἰ δὲ τούτοις ἐλεγχόμενος, ἐπιμένοις σῆψιν καὶ δυσωδίαν προβαλλόμενος, ἴσως ἀγνοεῖς ὅτι τὰ τῆς ψυχῆς μετασχόντα μᾶλλον τὴν σῆψιν καὶ δυσωδίαν ὑφίσταται· ἀγαθοῦ Θεοῦ δὲ καθ' ὑμᾶς ἡ ψυχὴ οὐσία ἐστίν· ὁ ἀγαθὸς οὖν Θεὸς αἴτιος ἔσται ὧν νομίζεις κακῶν τῆς σήψεώς τε καὶ δυσωδίας. M. Εἰ μὴ ἔστι κακά, διὰ τί νόμοι κολάζουσιν αὐτά; O. Τοῦτο μάλιστα ἐλέγχει τὴν σὴν φρενοβλάβειαν· εἰ γὰρ μὴ ἐφ' ἡμῖν ἦν τὰ κακὰ καὶ ἀγαθοποιεῖν, οὐκ ἂν ἐκόλαζον τοὺς κακούργους οἱ νό-

μοι, οἵ τινες πολλάκις οὐ τὴν πρᾶξιν σκοποῦσιν, ἀλλὰ τὴν διάθεσιν, τοῦ πράξαντος ἐξετάζουσιν· οἷον ἔῤῥιψέ τις ξύλον καὶ ἄκων ἀνεῖλέ τινα, οὐ κρίνουσι φόνου τὸν ἐργασάμενον· ἐμίγη τις ἄκων ἀλλοτρίᾳ τινὶ γυναικὶ, εὑρὼν αὐτὴν ἐπὶ κλίνης αὐτοῦ κειμένην, ὡς τῇ ἑαυτοῦ μιγνύμενος γαμετῇ, ἀπολύουσι μοιχὸν τὸν κατηγορούμενον, εἰ τοῦτο δειχθείη.

Ἀπόκριναι δέ μοι διὰ τί τὸν ἥλιον προσκυνεῖτε; M. Ὅτι φωστήρ ἐστι τοῦ κόσμου, τοῦ ἀγαθοῦ θεοῦ γέννημα. O. Σῶμά ἐστιν ἢ ἀσώματος; M. Ἀσώματος. O. Πῶς ὁ ἀσώματος σωματικῶς ὁρᾶται; τὰ μὲν γὰρ ἀσώματα νοητῶς θεωρεῖται· ὁ δὲ ἥλιος αἰσθητῶς ὀφθαλμοῖς, καὶ περιγραπτοῖς σώμασι καταλαμβάνεται· ἄλλως τε ἔστι τί τῶν ἀσωμάτων σωματικὰς ἔχον ποιότητας; M. Οὐ νομίζω. O. Ἀλλὰ μὴν ὁ ἥλιος σωματικὰς ἔχει ποιότητας, θερμός τε γάρ ἐστι καὶ ξηρός· αὗται δὲ σωμάτων ποιότητες· σῶμα ἄρα ἐστὶ καὶ ὁ ἥλιος· πῶς δὲ οὐκ ἐρυθριᾶτε σέβοντες ὃν μισεῖν ὠφείλετε ὡς ἐναντίον ποιοῦντα τοῦ δόγματος ὑμῶν; M. Διὰ τί ἐναντίον; O. Ὅτι τὰ σώματα, ἃ τῆς κακίας ὑμεῖς εἶναι λέγετε, τρέφει τε καὶ συγκροτεῖ καὶ τούτοις οὐδεὶς ἀντερεῖ, μὴ τῇ πείρᾳ μαχόμενος· εἰπὲ δέ μοι καὶ τοῦτο, κρίσιν ὁμολογεῖς; M. Ναί. O. Τίς ὁ κρίνων, καὶ τίς ὁ κρινόμενος; M. Κρίνει μὲν ὁ ἀγαθὸς, κρίνεται δὲ ἡ ἁμαρτήσασα πᾶσα ψυχή. O. Ἀλλ' ἑαυτὸν ἁμαρτήσαντα κολάζων εὑρίσκεται ὁ θεὸς, εἴπερ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτῆς ἐστιν ἡ κρινομένη ψυχή· πῶς δὲ κατακρίνεται ἡ μὴ ἑκουσίως ἐργασαμένη τὸ πονηρόν; ἀνάγκῃ γὰρ φύσεως καὶ προαιρέσει γίνεσθαι φατὲ τὰ κακά· ἀλλ' ἐπειδὴ δύο ἀρχὰς εἶναι φατὲ θεὸν καὶ ὕλην, καὶ τὸν μὲν θεὸν ἀγαθὸν, τὴν δὲ ὕλην πονηρὰν, καὶ ἑκάστῃ φύσει κεχωρισμένον καὶ ἰδιάζοντα τόπον ἀφορίζειν τολμᾶτε, καὶ

cod. f. 271.

ἑτέρους δὲ τούτοις ἐπισυνάπτετε μύθους, ὅτι θεωρήσασα ἡ ὕλη τὸ φῶς τοῦ θεοῦ, εἰς ἔρωτα ἦλθε, καὶ ὥρμησε πρὸς τὸ φῶς· ἣν ἰδὼν ὁ ἀγαθὸς θεὸς πρὸς πόλεμον παρασκευαζομένην, τῆς οἰκείας οὐσίας μέρος ἀποτεμὼν, ἐπέβαλε ταύτῃ· ἡ δὲ λαβοῦσα ἐγέννησε πάντα τὰ σώματα· ἐπεὶ οὖν ταῦτα φατὲ, ἀνατροπὴν τούτων σύντομον ποιησόμεθα· πρῶτον οὖν ἐξεταστέον τὴν πρᾶξιν, εἰ ἁρμόττουσα καὶ κατάλληλός ἐστι τῇ φύσει τοῦ θεοῦ· εἶτα τῆς πράξεως τὸν σκοπόν· εἶτα τὸ τέλος.

Εἴδωμεν τοίνυν ἐπὶ θεοῦ πρῶτον, εἰ ἁρμόττει τῇ τοῦ θεοῦ φύσει τὸ πραχθὲν ὑπ' αὐτοῦ· τί τοίνυν κατὰ φύσιν ἐστὶ τῷ θεῷ; δηλονότι τὸ ἀγέννητον καὶ τὸ ἄφθαρτον, καὶ τὸ ἀγαθὸν, καὶ καθ' ὑμᾶς Μανιχαίους καὶ ἐν τῷ οἰκείῳ μεῖναι τόπῳ· ἀλλ' ἡ πρᾶξις κατὰ τὴν ὑμῶν ὑπόθεσιν ἐναντία τῇ φύσει δείκνυται· λυμαίνεται γὰρ πᾶσι τοῖς εἰρημένοις· οὔτε γὰρ εἷς ἀγέννητος διαμένει ὁ εἷς ἀγαθὸς θεὸς, ὅταν εἰς δύο ἢ καὶ πλείω ἀγέννητα διαιρεθῇ· οὔτε ἀγαθός· ποῦ γὰρ ἀγαθὸς ὁ ἑαυτὸν ἐχθραίνων, ὁ μέρος τι ἑαυτοῦ προδοὺς τοῖς πολεμίοις; ποῦ δ' ἂν εἴη ἀγαθὸς, ἑαυτὸν μὲν ἐλευθερῶν διὰ τῆς τοῦ κόσμου ποιήσεως, ἐπ' ὀλέθρῳ δὲ τῶν δημιουργηθέντων τοῦτο ποιῶν; ἀλλ' οὔτε ἐν οἰκείῳ τόπῳ διέμεινε παντελῶς, μετέπεσε γὰρ αὐτοῦ μέρος ἐπὶ τὸν τόπον τῆς ὕλης· Δεύτερον ζητητέον εἰ τῷ σκοπῷ ἀκόλουθός ἐστιν ἡ πρᾶξις· τίς οὖν ὁ σκοπός; δῆλον ὅτι ἡ νίκη· δείκνυται δὲ καὶ ἐν τῷ σκοπῷ ἐναντίον ἔχουσα ἡ πρᾶξις· δῆλον γὰρ ὅτι ὁ ἡττώμενος, τοῦ

sane punirent maleficos leges, quae saepe haud actum spectant, sed agentis propositum disquirunt: veluti, lignum quis iecit, et invitus hominem occidit; non damnant caedis leges eum qui fecit. Mixtus est aliquis alienae mulieri, quam in suo lectulo inventam putavit esse propriam uxorem; absolvunt eum adulterii crimine leges, si res demonstretur.

Praeterea responde mihi, cur Deum adoretis? M. Quia luminare mundi est, boni Dei genitura. O. Corporeus ne est, an incorporeus? M. Incorporeus. O. Quomodo incorporeus corporaliter cernitur? Namque incorporea mente contemplamur, solem sensibiliter oculis et circumscriptis corporibus comprehendimus. Praeter quam quod estne aliquid incorporeum cum corporeis qualitatibus? M. Non puto. O. Atqui sol corporeas habet qualitates, est enim calidus aridusque, quae sunt corporum qualitates: est igitur corpus sol. Cur vero non vos pudet adorare eum quem odisse debetis, quia vestro dogmati contraria facit? M. Cur contraria? O. Quia corpora, quae vos malitiae esse dicitis, nutrit, et compingit. Atque his nemo contradicit, quin rei expertae repugnet. Hoc etiam mihi dic: iudicium fore confiteris? M. Equidem. O. Quis iudex, et quis iudicatus? M. Iudicat bonus Deus, iudicatur quaevis anima peccatrix. O. Atqui se ipsum peccantem comperietur Deus punire, si certe ex eadem substantia est quae iudicatur anima. Cur vero condemnatur, quae involuntarie malum operata est? Etenim necessitate naturae non voluntate fieri mala dicitis. Sed quoniam duo principia esse dicitis, Deum ac materiam; et Deum quidem bonum, materiam malam; et utrique naturae separatum propriumque locum adsignare audetis, et alias his connectitis fabulas, quod nempe materia luce Dei visa, amore exarserit atque ad illam accurrerit; quam Deus cernens ad certamen paratam, substantiae propriae partem dissectam illi iniecerit; qua recepta, corpora cuncta genuit materia; quoniam igitur haec dicitis, refutationem brevem eorumdem faciemus. Primo igitur perpendenda est actio, utrum consonans congruensque sit Dei naturae: deinde actionis scopus: denique finis.

Videamus itaque in Deo primum, utrum eius naturae congruat quod ipse facit. Quid est secundum Dei naturam? Nempe ut sit increatus, incorruptibilis, bonus, atque etiam, ut vos dicitis Manichaei, ut in proprio loco maneat. Atqui actio, in vestra hypothesi, contraria Dei naturae apparet. Is enim quaqueversus a praedictis damnificatur: neque iam manet unus increatus unicus ille Deus, quum in duo immo et plura increata dividatur. Neque incorruptus remanet, utpote divisus. Insuper ne bonus quidem: quomodo enim bonus sit, qui se ipsum odiens, partem sui hostibus prodit? Rursus quomodo sit bonus, dum se ipsum quidem liberat in mundi factura, verumtamen ad rei factae perniciem id efficit? Sed neque proprio in loco prorsus perstitit; etenim pars eius ad materiae locum transilivit. Secundo loco quaerendum est, utrum actio tendat ad scopum: nam certe patet rem unitam fortiorem esse partibus suis; et

eum qui in propria natura perstat, validiorem illo esse qui ex sua natura fuerit demutatus: denique qui propria in sede manet, firmiorem illo esse, qui ad aliam translatus fuerit. Quid ergo congruum conveniensque scopo est? nempe robur suum potius conservare, quam distrahendo infirmius reddere. Videamus et tertium, utrum nempe scopo actio respondeat. Quamnam igitur finalem victoriae utilitatem esse dicitis? certe aut essentiae Dei conservationem esse dicetis, aut ne proprio loco decederet, aut ut destrueretur materia vel in melius converteretur. Attamen contraria his reputare actio suadet. Nam neque Dei essentia in sua natura perstitit, parte proiecta; neque incolumis libertas fuit, mundi enim inserviit generationi, partem sui creaturis impertiens: neque demum in proprio se continuit loco, parte ipsius ad materiam translata. Neque materiae natura perempta fuit aut mutata: mansit enim quicquid erat ab initio indemutabile: ita ut vana quaqueversus ac fatua appareat haec quae a vobis fabulae instar hypothesis fabricata est. Licet vero etiam ex operationibus, et ex causa, et ex locis, quos subiungemus, vestrae irreligiositatis absurditatem coarguere.

Ex operatione quidem sic funditus evertitur. Si contrariae sunt naturae, contraria quoque operatio. Si ergo Dei operationem activam fatemur, materiae operatio passiva erit. Si ita est, subiacet ergo Deo servitque materia. Iam si subiacet atque servit, non est certe increata. Praeterea, vel duae naturae agunt, vel duae patiuntur; vel alia agit et alia patitur, vel ambae patiuntur et agunt. Sed si duae agunt, dii erunt; siquidem agere Dei officium est, materiaeque curam gerere. Quod si ambae patiuntur, diversae erunt utraque, et alius creator quaeretur. Si vero una patitur et una agit, patiens quidem creata, agens increata. Denique si ambae et agunt et patiuntur, quatenus agunt, dii erunt; quatenus patiuntur, materiae. Eaedem ergo erunt, dii et materiae, creatae et increatae.

Ex causa quoque redarguimini. Quam ob causam, materiam esse dicimus malam? Nempe vel quia increata est et principium, vel quia materia, vel quia corpus, vel quia dividitur et immutatur. Atqui si quia increata est et principium, Deus quoque talis est. Si quia materia, materia autem appellatur propterea quod obnoxia est generando ex se, ideo propter eandem hypothesim ne Deus quidem bonus erit, quia et ipse obnoxius est producendo ex se animas et angelos, ut vestrum o Manichaei dogma est. Si quia est corpus, non est ipsamet causa ut corpus sit, sed Deus; etenim ante quam proiiceret particulam sui in materiam, ea corpus non erat. Si quia dividitur et immutatur, Deus in sententia vestra iisdem malis erit obnoxius: nam si dividitur in angelorum atque animarum procreationes, neque tamen ex eo proveniunt dii, exploratum est eum non solum dividi, verum etiam esse mutatum. Quod si denique haud hanc esse causam dicitis cur mala sit materia, sed quia haec peccat, sciendum est, nihil quod in rerum natura necessario fiat, esse peccatum. Namque omne peccatum libera electione fit. Ele-

μερισθέντος ἰσχυρότερος· καὶ ὁ κατὰ φύσιν, τοῦ παρὰ φύσιν τραπέντος δυναμώτερος· καὶ ὁ ἐν τῷ ἰδίῳ τόπῳ μένων, τοῦ μεταπεσόντος εἰς ἕτερον τόπον· τί οὖν ἀκόλουθον καὶ πρεπῶδες τῷ σκοπῷ; τηρῆσαι μᾶλλον τὴν ἰσχὺν, καὶ μὴ τῇ διαστάσει ἀσθενεστέραν ταύτην ποιεῖν. Εἴδωμεν δὲ καὶ τὸ τρίτον εἰ κατάλληλος τῷ τέλει ἡ πρᾶξις· τί οὖν τὸ ἐκ τῆς νίκης τέλος φατέ; ἢ γὰρ τὴν φυλακὴν τῆς συστάσεως τοῦ Θεοῦ ἐρεῖτε παντελῶς, ἢ τὴν ἐλευθερίαν, ἢ τὸ τοῦ οἰκείου τόπου μὴ μεταστῆναι, ἢ ἵνα ἀναιρεθῇ ἡ ὕλη, ἢ ἵνα μεταβληθῇ ἐπὶ τὸ κρεῖττον· ἀλλ' ἡ πρᾶξις τὸ ἐναντίον τούτοις ὑπαγορεύει νοεῖν· οὔτε γὰρ ἡ σύστασις τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ κατὰ φύσιν διέμεινε, προσδοθέντος τοῦ μέρους· οὔτε ἡ ἐλευθερία, ἐδούλευσε γὰρ τῇ γενέσει τοῦ κόσμου, ἐξ ἑαυτοῦ μέρος τοῖς δημιουργηθεῖσιν ἐνθείς· οὔτε δὲ ἐν τῷ οἰκείῳ διέμεινε τόπῳ, μεταστάντος τοῦ μέρους ἐπὶ τὴν ὕλην· οὔτε δὲ ἡ φύσις τῆς ὕλης ἀνῃρέθη ἢ μετεβλήθη· ἔμεινε γὰρ ὃ ἦν ἐξ ἀρχῆς ἀμετάτρεπτον· ὥς γε πανταχόθεν ἕωλον καὶ μωρὰν δείκνυσθαι τὴν ὑπόθεσιν, ἣν μυθολογοῦντες συνεθήκατε· ἔστι δὲ καὶ ἐκ τῶν ἐνεργειῶν καὶ τῆς αἰτίας κἀκ τῶν τόπων, ὧν ὑποτίθεμεν, τῆς ἀσεβείας ὑμῶν ἐλέγξαι τὸ ἄτοπον.

Ἐκ μὲν οὖν τῆς ἐνεργείας ἀνατρεπτικῶς οὕτως· εἰ ἐναντίαι αἱ φύσεις, ἐναντία καὶ ἐνέργεια· εἰ οὖν ἡ τοῦ Θεοῦ ἐνέργεια, ποιητικὴ ὁμολογεῖται, ἡ τῆς ὕλης παθητικὴ ἔσται· εἰ δὲ τοῦτο, ὑπόκειται ἄρα τῷ Θεῷ καὶ δουλεύει· οὐκ ἄρα ἀγέννητός ἐστιν· ἄλλως τε δὲ ἢ αἱ δύο ποιοῦσιν, ἢ αἱ δύο πάσχουσιν, ἢ ἡ μὲν ποιεῖ, ἡ δὲ πάσχει, ἢ αὐταὶ πάσχουσι καὶ ποιοῦσιν· ἀλλ' εἰ μὲν αἱ δύο ποιοῦσι, θεοὶ ἔσονται, εἴ γε τὸ ποιεῖν Θεοῦ μελέτη * καὶ ὕλης ἐπιποιεῖσθαι· εἰ δὲ πάσχουσιν ἀμφότεραι, ἄλλαι ἔσονται αἱ δύο, καὶ ἕτερος ὁ ποιητὴς ζητηθήσεται· εἰ δὲ ἡ μὲν πάσχει, ἡ δὲ ποιεῖ· ἡ μὲν πάσχουσα γεννητὴ, ἡ δὲ ποιοῦσα ἀγέννητος· εἰ δὲ αἱ δύο πάσχουσι καὶ ποιοῦσι, καθὸ μὲν ποιοῦσι, θεοὶ ἔσονται, καθὸ δὲ πάσχουσιν, ὗλαι· αἱ αὐταὶ οὖν ἔσονται θεοὶ καὶ ὗλαι, γεννηταὶ καὶ ἀγέννητοι.

* dubium in cd. voc.

Κἀκ τῆς αἰτίας δὲ ἐλέγχει τοῦτο ὑμᾶς· τί τὸ αἴτιον τοῦ εἶναι τὴν ὕλην κακὴν ὑποτίθεμεν; ἢ γὰρ διότι ἀγέννητος καὶ ἀρχὴ, ἢ διότι ὕλη, ἢ διότι σῶμα, ἢ διότι διαιρεῖται καὶ μεταβάλλεται· ἀλλ' εἰ μὲν διότι καὶ ἀγέννητος καὶ ἀρχὴ, καὶ ὁ Θεὸς τοιοῦτος· εἰ δὲ διότι ὕλη, ὕλη δὲ προσαγορεύεται διὰ τὸ ὑποκεῖσθαι εἰς γένεσιν τῶν ἐξ αὐτῆς, διὰ τοῦτο κατὰ τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν οὐκ ἀγαθὸς ὁ Θεός· ὑπόκειται γὰρ εἰς γένεσιν τῶν ἐξ αὐτοῦ ψυχῶν καὶ ἀγγέλων ὡς ὑμεῖς οἱ Μανιχαῖοι δογματίζετε· εἰ δὲ διότι σῶμα, οὐχὶ αὐτὸ αἰτία τοῦ εἶναι σῶμα ἀλλ' ὁ Θεός· εἴ γε πρὸ τοῦ ἐμβάλλειν τὸ ἐξ αὐτοῦ μέρος τῇ ὕλῃ, οὐκ ἦν σῶμα· εἰ δὲ διότι διαιρεῖται καὶ μεταβάλλεται ὁ Θεὸς καθ' ὑμᾶς τοῖς αὐτοῖς ἐνεχόμενος κακοῖς ἔσται· εἰ γὰρ διαιρεῖται εἰς γενέσεις ἀγγέλων καὶ ψυχῶν, πλὴν δὲ ἐξ αὐτοῦ οὐ θεοὶ, δῆλον ὅτι οὐ μόνον διαιρεῖται, ἀλλὰ καὶ μετεβλήθη· εἰ δὲ οὐ τοῦτο φατὲ αἴτιον εἶναι τοῦ κακὴν ὑπάρχειν τὴν ὕλην, ἀλλὰ τὸ ταύτην ἁμαρτάνειν, ἰστέον ὡς οὐδὲν τῶν κατὰ φύσιν ἐξ ἀνάγκης γινομένων, ἁμάρτημα τυγχάνει· πᾶσα γὰρ ἁμαρτία ἐκ προαιρέσεως γίνεται· ἡ δὲ προαίρεσις ἐκ ψυ-

cod. f. 272.

χῆς· ἡ δὲ ψυχὴ οὐσία Θεοῦ καθ' ὑμᾶς· ἐκ Θεοῦ ἄρα ἡ ἁμαρτία, καὶ οὐκ ἐκ τῆς ὕλης, κατὰ τὸ ὑμῶν ἀσεβέστατον δόγμα.

Κἀκ τῶν τόπων δὲ ὧν ὑμεῖς ὑποτίθεσθε τὸν μὲν τῷ Θεῷ, τὸν δὲ τῇ ὕλῃ προστιμοντες, ὑμᾶς ἀπελέγξω μηδὲν δογματίζοντας· εἰ γὰρ ἀγέννητος ὁ Θεός, καὶ ἡ ὕλη· ἕκαστος δὲ ἐν τόπῳ τυγχάνει καθ' ὑμᾶς· ὁ δὲ τόπος ἕτερός ἐστι κατ' οὐσίαν τῶν ἐν αὐτῷ περιεχομένων, συμβήσεται τοὺς τόπους συναγεννήτους εἶναι τοῖς σὺν αὐτοῖς· καὶ οὕτως οὐ δύο τὰ ἀγέννητα ἀλλὰ δ', Θεόν, καὶ ὕλην, καὶ ἑκάτερον τὸν τόπον εὑρήσεις· εἰ δὲ τοὺς τόπους πρεσβυτέρους φατὲ τῶν ἐν αὐτοῖς, οὐκέτι ὁ Θεὸς καὶ ὕλη ἀγέννητοι ἔσονται, ἀλλα μᾶλλον οἱ τούτων προϋπάρχοντες τόποι· εἰ δὲ τὸν Θεὸν καὶ τὴν ὕλην πρὸ τῶν τόπων εἶναι φατέ, ἄρα οὐκ ἦσαν κεχωρισμένοι Θεὸς καὶ ὕλη, ἀλλ' ἐν ἀλλήλοις ὑπῆρχον· οὐ γὰρ ἦν οὔπω τόπος ὁ διορίζων καὶ οὕτως ὁ τῆς παρ' ὑμῶν ἐναντιότητος διαλυθήσεται λόγος· οὐ γὰρ ἐν ἀλλήλοις ἡ φύσις ὑφίστασθαι δύναται τῶν ἐναντίων· ὥστε πανταχόθεν ὑμῶν ἀπελήλεγκται ἡ μυθώδης τερατολογία· μὴ ὑμᾶς ἑαυτούς τε καὶ ἑτέρους τοῖς τῆς ἀσεβείας περιπείρητε δόγμασιν, ἀλλὰ προσδραμόντες τῷ φωτὶ τῆς ἀληθείας, τὸν ζόφον τῆς ἀγνοίας ἐκκαθάρατε τῶν ψυχῶν· αὐτεξουσιότητι γὰρ καὶ οὐκ ἀνάγκῃ φύσεως ἄνθρωποι τὸ δοκοῦν ἐν αἱρέσει ποιούμεθα. Τέλος.

ΠΕΡΙ ΜΑΝΙΧΑΙΩΝ ΤΩΝ ΚΑΙ ΚΟΥΒΡΙΚΩΝ 1).

Cod. vat. 680. f. 103.

α'. Οὗτοι Ἀκουανῖται μὲν ὕστερον ἐκλήθησαν, διότι Ἀκουάν οὕτω καλούμενόν τινα ἐκ τῆς μέσης τῶν ποταμῶν ὁρμώμενον ὑφηγητὴν ἔσχοντες μιαρᾶς αἱρέσεως· Μανιχαῖοι δὲ καὶ Κούβρικοι ἄνωθεν ὠνομάσθησαν ἀπὸ Μανέντος πέρσου· ἐκεῖνος γὰρ Κούβρικος ἐκαλεῖτο πρότερον, εἶτα μετεκάλεσεν ἑαυτὸν Μάνεντα· δηλοῖ δὲ ὁ Μάνης τῇ Βαβυλωνίων γλώσσῃ τὸ σκεῦος, ἢ ὥς ἔνιοι φασὶ τὸν διδακτικόν. Παράκλητον δὲ ἑαυτὸν ἐκάλεσεν ὁ ἄθλιος Μάνης· καὶ τὸν Χριστὸν ἔφη δοκήσει μόνῃ καὶ φανῆναι καὶ παθεῖν· πρὸς τούτοις εἰσηγήσατο δύο ἀρχάς, πονηρόν τε καὶ ἀγαθόν· δύο γὰρ ὑποθέμενος ἀγεννήτους καὶ ἀϊδίους, Θεόν τε καὶ ὕλην, τὸν μὲν Θεὸν προσηγόρευσεν φῶς, τὴν δὲ ὕλην σκότος· καὶ τὸ μὲν φῶς, ἀγαθόν· τὸ δὲ σκότος, κακόν· τὴν παλαιὰν διαθήκην ἐβλασφήμησε, καὶ τὸν ἐν αὐτῇ λαλήσαντα, καὶ πάντας τοὺς προφήτας· ἡλίῳ καὶ σελήνῃ καὶ ἄστροις θεοῖς προσκυνεῖν ἐπέτρεψε· μετενσωματώσεις ψυχῶν ἐδίδασκε· σαρκὸς ἀνάστασιν ἠρνήσατο· βοτάνας καὶ δένδρα καὶ ὕδωρ καὶ τὰ λοιπὰ πάντα ἔμψυχα εἶναι ἀπεφήνατο· καὶ ἕτερα μυρία τοιαῦτα παρελήρησεν· τελευταῖον δὲ τὸν τρόπον τοῦτον πνεύματι κουφωθεὶς οἰήσεως, καὶ τοῖς αὐτὸν ἄγουσι δαίμοσι θαῤῥήσας, τὸν υἱὸν τοῦ βασιλέως Περσῶν ἀσθενοῦντα θεραπεύειν ἐπηγγείλατο· καὶ δὴ προσήνεγκέ τινα τούτῳ θεραπευτικὰ φάρμακα· αὐτίκα δὲ τὸ μειράκιον ἐν ταῖς αὐτοῦ χερσὶ διεφώνησεν· ὀργισθεὶς οὖν ὁ βασιλεύς, εἰς φυλακὴν τοῦτον κατέκλεισε· καὶ τότε μὲν χρήματα πλεῖστα τοῖς φύλαξι παρασχών, ἐξέφυγεν· ὕστερον δὲ κατασχε-

ctio autem ab anima est; anima autem substantia Dei, ut vos dicitis: ex Deo igitur peccatum, et non ex materia, iuxta vestrum scelestissimum dogma.

Age vero etiam ex locis, quos vos partim Deo partim materiae adsignatis, coarguam vos nihil omnino dicere. Nam si Deus increatus est, item et materia; utrumque autem in loco suo, ut vos dicitis stat; locus autem diversâ naturâ est ab iis qui eo continentur, consequens erit ut loci pariter sint increati: atque ita non duo sed quatuor esse increata, Deum ac materiam, et utrumque locum, esse comperies. Quod si locos dicitis esse antiquiores rebus ibi comprehensis, haud iam Deus et materia increati erunt, sed ii potius qui ante ipsos existebant loci. Secus vero, si Deum ac materiam ante locos extitisse dicatis, ergo non erant olim separati Deus ac materia, sed invicem coëxistebant: non enim adhuc erat discriminans locus. Atque ita vestra de rerum repugnantia doctrina corruit. Na turae enim contrariae invicem coëxistere nequeunt. Atque ita portentosae vestrae fabulae quaquaversus exploduntur. Ne itaque vosmet aliosque impiis dogmatibus ceu spinis implicetis; sed ad veritatis lucem properantes, inscitiae tenebras ex animabus vestris pellite. Etenim libero arbitrio, non naturae necessitate, nos homines quod visum fuerit, faciendum eligimus. Explicit.

DE MANICHAEIS QUI ET CUBRICI.

1. Hi Acuanitae postremo appellati fuerunt, quia nescio quem Acuam Mesopotamia oriundum scele stae haereseos ducem habuerunt. Etenim Manichaei antiquitus Cubrici etiam nominati fuerunt ex Manete persa, qui Cubricus antea nuncupatus, deinde se Manetem transnominavit. Significat autem Manes Babyloniorum lingua vas, vel ut nonnulli dicunt, docendi peritum. Sed et Paracletum semet dixit infelix Manes; et Christum secundum phantasiam tantum apparuisse ac passum. Insuper duo introduxit principia, malum et bonum: tum duobus ingenitis sempiternisque propositis, Deo ac materia; Deum quidem, lucem; materiam vero, tenebras appellavit. Tum et adversus vetus testamentum, et eum qui in illo locutus est, cunctosque prophetas blasphemus fuit; solemque et lunam et stellas ceu deos adorari sinebat: transmigrationes animarum docebat, carnis resurrectionem negabat: herbas, arbores, aquam, et reliqua omnia dicebat esse animata; alia demum huiusmodi innumera delirans effutiebat. Postremo tali elationis spiritu inflatus, daemonibusque a quibus agebatur fretus, aegrotantem Persarum regis filium sanaturum se spopondit, cui et pharmaca quaedam obtulit, quibus epotis ilico puer in manibus eius expiravit. At rex iratus Manetem in vincula coniici iussit; qui pecuniam plurimam custodibus largitus, fuga se subduxit. Sed deinde captus, arundinibus excoriatus fuit, eiusque cutis

1) Ex Nicetae choniatae thesauro orthodoxae fidei, adhuc graece inedito, exceptis partibus non exiguis a nobis in Spicilegio rom. T. IV. editis.

pulvis farta, in Perside conservabatur: cuius honorandi causa Manichaei super calamos lectos suos insternunt.

Confutatio.

2. Apostolicum dictum, quod nempe in similitudine hominis apparuerit Dominus, et habitu sit inventus ut homo, Manichaei prave interpretantes, haeresim sibi conflaverunt dicentes, secundum phantasiam tantummodo apparuisse et passionem pertulisse Christum. Nos autem de Christi satione populus, dictum hoc, quod in similitudinem hominis factus sit, talique habitu inventus, sic pie intelligere edocti fuimus; credimusque, eum nostra natura adsumpta, aequalem nobis similemque apparuisse, ceu qui servi formam adsciverit, id est hominis naturam susceperit, non tamen humano more sed absque semine. Etenim de femina procedere, humanum est, et ipsius etiam Christi proprium; sed de virgine nasci, supra hominem est, et uni Christo peculiare. Etsi enim humanam speciem habuit, eâque vere circumdatus fuit, attamen plus quam homo erat, quatenus haud simplex homo erat, sed unitus divinitati. Alioqui, ut ita dicam, similitudo, habitus, et ambigua locutio « ut homo » videntur quodammodo incarnationis rationi officere: verumtamen haud homini similis Dominus fuit, sed homo perfectus: nec veluti in scena corpus repraesentavit; suamve incarnationem simulans, subditiciam hominis personam exterius sibi circumposuit; nec velut in muris umbrae coloribus pinguntur, habitum tantummodo non hominis naturam adsumpsit; ita ut haud proprie homo esset, sed velut homo videretur. Ita quippe apostolici dicti superficies apparet, iis qui profundius non introspiciunt. Sed enim reapse Dominus substantialiter sibi adunans humanam naturam, nihilominus in ipsius cum deitate coniunctione inconfusam et minime mutatam conservavit. Nam duplex similitudinis genus esse scimus; alia enim rei diversitatem habet, alia secus. Namque a prototypo procedentes imagines, et invicem similes dicimus itemque prototypo; sed tamen a prototypo ita diversas, ut archetypi simul imaginisque ratio servetur; inter se tamen non diversas, ita ut prototypi imagines maneant. Ergo divus quoque apostolus similem dicit homini Deum, quatenus ea substantia immutabilis erat: sed et habitu inventum hominem. Iamvero habitus duplicem habet notionem, fictitiam videlicet et veram. Staturam erectam dicimus hominis habitum; et hic verus est habitus. Sed enim habitus quoque adsumitur Socratis aut Platonis, nempe huius vel alterius qui in scenas inducuntur, personae, ut in fabulis olim fiebat; atque hic habitus fictitius est et mendax. At vero in causa nostra habitus veritatem rei denotat. Namque habitu (i. e. figura) Dominus inventus est homo, id est ipsa taliter figurata humana substantia: etenim non hominis solam substantiam propriae personae substantiam fecit, interim vero formam habitumque humanum a nostro diversum habuit, sed et substantia et forma inventus est ut homo.

θείς, ἐξεδάρη καλάμοις· καὶ τὸ δέρμα τούτου πλησθὲν ἀχύρου ἐφυλάττετο ἐν Περσίδι· τιμῶντες δὲ αὐτὸν οἱ Μανιχαῖοι ἐπὶ καλάμων τὰς ἰδίας κοίτας ποιοῦνται.

Ἀντίῤῥησις.

β. Τὴν ἀποστολικὴν ῥῆσιν τὴν λέγουσαν * ἐν ὁμοιώσει ἀνθρώπου φανῆναι τὸν κύριον, καὶ σχήματι εὑρεθῆναι ὡς ἄνθρωπον, οἱ Μανιχαῖοι κακῶς ἐκλαβόμενοι, αἵρεσιν ἑαυτοῖς συνεστήσαντο φάσκοντες, κατὰ φαντασίαν μόνην ὀφθῆναι καὶ παθεῖν τὸν Χριστόν· ἡμεῖς δὲ ὁ τῆς φυτείας Χριστοῦ λαὸς, τὸ ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπου γενέσθαι καὶ σχήματι εὑρεθῆναι, οὕτω θεοσεβῶς νοεῖν ἐδιδάχθημεν, καὶ πιστεύομεν ὅτι τὴν ἡμετέραν φύσιν προσλαβὼν καὶ ἴσος ἡμῖν ὤφθη καὶ ὅμοιος ὡς μορφὴν δούλου λαβὼν, ἤτοι φύσιν ἀνθρώπου δεξάμενος, οὐ κατὰ ἀνθρωπίνην ἀκολουθίαν ἀλλὰ δίχα σπέρματος· τὸ μὲν γὰρ ἐκ γυναικὸς προελθεῖν, ἀνθρώπινον καὶ αὐτῷ τῷ Χριστῷ ἴδιον· τὸ δὲ ἐκ παρθένου, ὑπὲρ ἄνθρωπον καὶ μόνου Χριστοῦ· εἰ γὰρ καὶ τὸ ἀνθρώπινον εἶδος εἶχε, καὶ ἀληθῶς αὐτὸ περιέκειτο, ἀλλ' οὖν πλέον εἶχεν ἀνθρώπου, τὸ μὴ ψιλὸν αὐτὸν εἶναι ἄνθρωπον, ἀλλ' ἡνωμένον θεότητι· καὶ ἄλλως δὲ εἰπεῖν τὸ ὁμοίωμα καὶ τὸ σχῆμα, καὶ τὸ ἀμφίβολον τοῦ ἐπιῤῥήματος τὸ, ὡς ἄνθρωπος, δοκοῦσιν οἷον τῷ τῆς ἐνανθρωπήσεως λόγῳ λυμαίνεσθαι· πλὴν οὐχ ὅμοιος ἀνθρώπῳ ὁ κύριος γέγονεν, ἀλλ' ἄνθρωπος τέλειος· οὐδ' ὥσπερ ἐν σκηνῇ δραματουργήσας τὸ σῶμα, καὶ τὴν οἰκονομίαν ὑποκριθεὶς, ὑποβολιμαῖον προσωπεῖον τὸν ἄνθρωπον ἔξωθεν περιεβάλετο, οὐδ' ὥσπερ αἱ κατὰ τῶν τοίχων διὰ χρωμάτων σκιαὶ, σχῆμα μόνον καὶ οὐ τὴν τοῦ ἀνθρώπου φύσιν προσείληφεν, ὡς μὴ κυρίως εἶναι ἄνθρωπος, ἀλλ' ὡς ἄνθρωπος φαίνεσθαι· ταῦτα γὰρ ἡ ἐπιπόλαιος τοῦ ἀποστολικοῦ λόγου ἐπιβολὴ ἐμφαίνει τοῖς μὴ εἰς τὸ βάθος ἐγκύπτουσιν· ἀλλ' οὐσιώσας ἐν ἑαυτῷ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν, ἐτήρησε ταύτην ἐν τῇ πρὸς τὸ θεῖον ἀνακράσει ἀσύγχυτόν τε ἀναλλοίωτον· διπλῆν δέ τινα τὴν ὁμοιότητα διδασκόμεθα· τὴν μὲν, τὸ παρηλλαγμένον ἔχουσαν· τὴν δὲ, τὴν ταυτότητα σώζουσαν· τὰς μὲν γὰρ ἀπὸ τοῦ πρωτοτύπου προελθούσας εἰκόνας, πρός τε ἀλλήλας ὁμοίας εἶναι φαμὲν καὶ πρὸς τὸ πρωτότυπον· ἀλλὰ πρὸς μὲν τὸ πρωτότυπον, παρηλλαγμένας, ὅπως δὴ καὶ ὁ τοῦ ἀρχετύπου λόγος, καὶ ὁ τῆς εἰκόνος σωθῇ· πρὸς δὲ ἀλλήλας ἀπαραλλάκτως, ἵνα δὴ καὶ εἰκόνες τοῦ πρωτοτύπου μένωσιν· καὶ ὁ θεῖος τοίνυν ἀπόστολος ὅμοιον φησὶ τῷ ἀνθρώπῳ τὸν θεὸν, κατὰ τὸ τῆς οὐσίας ἀπαράλλακτον· ἀλλὰ καὶ τῷ σχήματί φησιν εὑρεθῆναι αὐτὸν ὡς ἄνθρωπον· τὸ δὲ σχῆμα διττὴν ἔχει τὴν ἔννοιαν, τὴν ὑποκριτὴν δηλαδὴ, καὶ τὴν ἀληθινήν· ὄρθιον γὰρ τὸ τοῦ ἀνθρώπου σχῆμα φαμέν· τοῦτο δὲ ἀληθινόν· ἀλλὰ καὶ σχῆμα λαβεῖν Σωκράτους ἢ Πλάτωνος, τόνδε ἢ ἐκεῖνον τῶν ὑποκρινομένων ἐν ταῖς σκηναῖς τὰ πρόσωπα ὡς ἐν τοῖς δράμασι πρώτον ἐγίνετο· τοῦτο δὲ τὸ σχῆμα πεπλασμένον ἐστὶ καὶ ψευδές· ἐνταῦθα δὲ τὸ σχῆμα τὴν ἀλήθειαν ὑποδείκνυσι· σχήματι γὰρ εὑρέθη ὁ κύριος ἄνθρωπος, τουτέστιν αὐτῇ τῇ τοιᾷδε ἐσχηματισμένῃ ἀνθρωπίνῃ οὐσίᾳ· οὐ γὰρ τὴν οὐσίαν μόνην τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ οἰκείᾳ ὑποστάσει οὐσίωσε, τὴν δὲ μορφὴν ἤτοι τὸ ἐν αὐτῷ ἀνθρώπινον σχῆμα ἀλλοῖον ἔχων προῆλθε, καὶ οὐχ οἷον ἡμεῖς, ἀλλὰ καὶ οὐσίᾳ καὶ σχήματι εὑρέθη ὡς ἄνθρωπος.

* Philip. II. 7.

γʹ. Ὅτι δὲ οὐ δύο ἀρχαί εἰσι κατὰ τὴν Μανιχαίων ἀθεότητα, μία μὲν ἀγαθὴ, ἑτέρα δὲ πονηρὰ, ἐντεῦθεν εἰσόμεθα· ἐναντία εἰσὶν ἀλλήλοις τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ πονηρὸν· καὶ φθαρτικὰ ἀλλήλων, καὶ ἐν ἀλλήλοις, ἢ σὺν ἀλλήλοις οὐχ ὑφιστάμενα· ὥσπερ οὐδὲ τὸ φῶς καὶ τὸ σκότος· ἕκαστον οὖν τούτων ἐν μέρει ἔσται τοῦ παντός· καὶ πρῶτον μὲν περιγραφήσεται οὐχ ὑπὸ τοῦ παντὸς μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ μέρους τοῦ παντὸς τούτων ἕκαστον· ἔπειτα τίς ὁ τὴν χώραν τοῖς ἐναντίοις, τῷ πονηρῷ δηλαδὴ καὶ τῷ ἀγαθῷ ἀποτεμόμενος; οὐ γὰρ ἄν τις φήσειεν οἴκοθεν ἀμφότερα συνεναχθῆναι καὶ συμβιβασθῆναι· ἐπεὶ οὐδὲ κακὸν τὸ κακὸν εἰρήνην ἄγον καὶ φιλιούμενον τῷ ἀγαθῷ· οὐδὲ ἀγαθὸν αὖθις τὸ ἀγαθὸν, φιλίως πρὸς τὸ κακὸν διακείμενον· εἰ δ' ἕτερος ὁ τούτων ἑκάστῳ τὴν οἰκείαν τάξιν καὶ τὴν διατριβὴν ἀφορίσας, ἐκεῖνος ἂν εἴη μᾶλλον Θεὸς ὁ τὰ διεστῶτα συνειληφώς· ἀνάγκη δὲ καὶ δυοῖν θάτερον ἐπὶ τούτοις συμβαίνειν, ἢ συνάπτεσθαι καὶ φέρειν ἄλληλα, ἢ εἶναί τι μέσον διϊστῶν τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ πονηρὸν, ὥσπερ τι διάφραγμα διεῖργον ἀπ' ἀλλήλων ἀμφότερα· καὶ οὐκέτι λοιπὸν δύο, ἀλλὰ τρεῖς ἀρχαὶ ἔσονται· καὶ τούτων τὸ ἕτερον ἀνάγκη, ἢ εἰρηνεύειν ὅπερ τὸ κακὸν οὐ δύναται· τὸ γὰρ εἰρηνεύειν, οὐ κακόν· ἢ μάχεσθαι, ὅπερ τὸ εἰρηνεῦον οὐ δύναται· μία τοίνυν ἀρχὴ ἀγαθὴ πάσης κακίας ἀπηλλαγμένη.

δʹ. Εἰ δὲ φήσουσι, καὶ πόθεν τὸ κακὸν ἔφυ; ἀμήχανον γὰρ ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ τὸ κακὸν εἰληφέναι τὴν γένεσιν, φαμὲν ὅτι τὸ κακὸν οὐδὲν ἕτερον ἐστὶν ἢ τοῦ ἀγαθοῦ στέρησις, καὶ ἐκ τοῦ κατὰ φύσιν εἰς τὸ παρὰ φύσιν παρατροπή· οὐδὲν γὰρ κακὸν κατὰ φύσιν· πάντα γὰρ ὅσα ἐποίησεν ὁ Θεὸς, λίαν εἰσὶ καλὰ, καθ' ὃ γεγόνασι· μένοντα τοίνυν καθὼς ἐκτίσται, καλὰ λίαν εἰσίν· ἑκουσίως δὲ ἀποφυγόντα ἐκ τοῦ κατὰ φύσιν, καὶ εἰς τὸ παρὰ φύσιν ἐλθόντα, ἐν τῷ κακῷ γίνονται· κατὰ φύσιν μὲν οὖν πάντα δοῦλα καὶ ὑπήκοα τῷ δημιουργῷ· ὅταν δὲ ἑκουσίως τι τῶν κτισμάτων ἀφηνιάσῃ, καὶ παρήκοον τοῦ ποιήσαντος αὐτὸ γένηται, ἐν ἑαυτῷ συνίστησι τὴν κακίαν· ἡ γὰρ κακία οὔτε οὐσία τις ἐστὶν, οὔτε οὐσίας ἰδίωμα, ἀλλὰ συμβεβηκός· ἤγουν ἑκούσιος τις παρατροπὴ ἐκ τοῦ κατὰ φύσιν εἰς τὸ παρὰ φύσιν, ὅπερ ἐστὶν ἡ ἁμαρτία· ἡ δὲ ἁμαρτία τῆς αὐτεξουσίου τοῦ διαβόλου γνώμης εὕρεμα· κακὸς οὖν ὁ διάβολος, οὐ καθ' ὃ γέγονεν, ἄγγελος γὰρ φωτεινότερος καὶ λαμπρότερος ὑπὸ τοῦ δημιουργοῦ ἔκτισται, αὐτεξούσιος ὡς λογικός· ἑκουσίως δὲ τῆς κατὰ φύσιν ἀρετῆς ἀπεφοίτησε, καὶ ἐν τῷ ζόφῳ τῆς κακίας ἐγένετο, Θεοῦ μακρυνθεὶς τοῦ μόνου ἀγαθοῦ καὶ ζωοποιοῦ· ἐξ αὐτοῦ γὰρ πᾶν ἀγαθὸν ἀγαθύνεται· καὶ καθόσον ἐξ αὐτοῦ ἐμακρύνθη γνώμῃ, οὐ γὰρ τόπῳ, ἐν τῷ κακῷ γέγονεν.

Μάταιος τοίνυν ὁ Μάνης, καὶ σκότους φθεγγόμενος ἄξια, ὃς τὸ σκότος καὶ τὴν ὕλην ἀΐδια δοξάζει καὶ Θεῷ συναγέννητα· καίπερ ἀκούων Μωϋσέως λέγοντος· ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν· καὶ ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων τὰ πάντα γέγονε· καὶ ὡς ἅμα τὸ φῶς παρήχθη, καὶ τὸ σκότος ὑπεχώρησε· καὶ γὰρ ὁ Σωφρονίσκου Σωκράτης, καὶ ὁ Ἀρίστωνος Πλάτων καὶ οἱ τούτων διάδοχοι καὶ ἕτεροι πλεῖστοι, τῆσδε τῆς δόξης γεγένηνται,

3. Quod autem duo principia non sint, prout vult Manichaeorum impietas, bonum unum, alterum malum, hinc cognoscemus. Contraria invicem sunt bonum ac malum, seque mutuo perimunt, neque alterum in altero, vel simul consistere queunt; prorsus ut luci tenebrisque usuvenit. Ergo horum unumquodque pars est totius. Et primo quidem non a toto solum circumscribetur unumquodque horum, verum etiam a totius parte. Deinde quis locum contrariis, malo videlicet ac bono definivit? Neque enim aliquis dicet utramque sponte propria congregatum simul vel conciliatum. Nam neque malum sit, quod pacem amicitiamque cum bono foveat; neque vicissim bonum, quod amice erga malum se habeat. Quod si alius quilibet utrique horum proprium ordinem stationemque adsignavit, ille enimvero potius Deus est, qui discordes conciliavit. Porro alterutrum in his evenire necesse est, nempe vel copulari et invicem tolerare, vel esse aliquid intermedium quod bonum a malo separet; videlicet saepem quasi aliquam ambo illa dirimentem. Atque ita non duo erunt sed tria principia. Tunc autem alterutrum fieri necesse est; nempe vel pacem tenere, id quod malo usuvenire nequit; nam pacem tenere, non est mali officium. Vel pugnare, id quod a pacis studioso abhorret. Unum est igitur principium bonum ab omni malitia alienum.

4. Quod si dicant, undenam malum natum est? impossibile enim est ex bono malum sumere originem; nos respondemus, malum nihil aliud esse quam boni privationem, et rei conversionem a naturali ordine ad non naturalem; nihil enim quod malum sit, secundum naturam est; siquidem omnia quae fecit Deus, valde bona sunt, quatenus creata fuere. Quamdiu igitur manent prout creata fuerunt, valde bona sunt: sed ubi sponte a naturali ordine exorbitant, naturaeque adversantur, mala fiunt. Nempe quum aliqua creatura sponte fit contumax, et creatori suo rebellis, tunc malitiam contrahit: alioqui malitia neque substantia aliqua est, neque substantiae proprietas, sed accidens. Malum est igitur voluntaria aversio a naturali ordine, ad non naturalem, idque peccatum dicitur. Porro peccatum liberae diaboli voluntatis inventio est. Malus itaque diabolus, non qualis factus fuit, etenim angelus prae ceteris lucidior splendidiorque a creatore conditus fuit, liberoque arbitrio praeditus, utpote rationalis. At ille sponte sua a virtute quae secundum naturam est recessit, et in malitiae tenebras decidit, a Deo remotus qui solus bonus vivificusque est: namque a Deo quicquid bonum est, bonitatem accipit. Et quantum ab eo diabolus sententia sua, non loco, discessit, tantundem malo se mersit.

5. Stultus itaque Manes, et digna tenebris loquens, quatenus tenebras atque materiam sempiternas existimat et Deo congenitas. Et tamen Moysem audierat dicentem: in principio fecit Deus caelum et terram: et quod ex non extantibus omnia sint facta: et quod luce producta, tenebrae disparuerint. Etenim Sophronisci quoque filius Socrates, et Aristonis filius Plato, et horum successores aliique plurimi,

in hac sententia fuerunt: nam ex praeexistente materia res omnes fuisse efformatas, easque Deo coaeternas dixerunt, ipsarumque causam Deum nominant. Neque idcirco ipsam materiam malam esse definiunt. Etenim blasphemiam maximam putant, si quis Deum malorum auctorem adfirmet. Et illi quidem venia fortasse aliqua digni sunt, propterea quod neque propheticos sermones audierunt, neque divos apostolos habuere magistros, sed ratiocinio tantum suo rerum scientiam complexi sunt. Hi vero quasnam impietate sua dignas poenas luent, qui divinis evangeliis fruentes, horum lucem fugiunt, tenebrasque vespertilionum instar sectantur? Nam quia ars omnis apud homines subiecta materia indiget, opinati sunt hi stulti ne Deum quidem absque materia posse aliquid efficere: neque agnoscunt, quantum inter hominem ac Deum intersit; neque opus esse ut omnia imagini insint, quae archetypo: et hominem quidem, utpote qui est imago, ex extantibus fabricare; Deum autem ex extantibus pariter et non extantibus. Quod manifeste docebit divina scriptura. Ait quippe apostolus: fide intelligimus aptata esse saecula verbo Dei, ut ex invisibilibus invisibilia fierent. Et rursus: qui vocat ea quae non sunt tamquam ea quae sunt. Sed enim mundanae creationis scriptor Moyses docuit, quaenam ex non extantibus, quaenam vero ex extantibus creator fecerit. Nam caelum, terram, et reliqua elementa, ex non extantibus fecit: in principio, inquit, fecit Deus caelum et terram. Lucem item ex non extantibus creavit: dixit quippe Deus, fiat lux, et facta est lux. At vero firmamentum ex iam creatis confecit: fiat enim, inquit, firmamentum in medio aquae, dividatque aquam ab aqua. Semina pariter et plantas de terra pullulare iussit. Sic etiam brutorum animalium genera produxit, ex aquis quidem volatilia, et ea quae in aquis discurrunt, et quae in aquis aeque ac terra vivunt: de terra vero quadrupedes, et reptilia. Hominem denique partim ex non extantibus, partim vero ex extantibus fecit: nam corpus de terrae pulvere sumptum formavit, animam tamen de re non extante creavit. Neque enim, prout impia Marcionis doctrina fuit, consubstantialis est factori suo anima, sed ex non extante condita.

6. Age vero dum veteri testamento maledicit, locutumque in illo Deum respuit, et mox lunae, soli, ac stellis cultum impendit, herbas, arbores alte comantes, aquasque perennes, anima praeditas iudicat, et alia aeque absurda deblaterat, congruum profecto nomen suum maniae (i. e. insaniae) esse demonstrat, ex quo vocabulo appellationem merito eum traxisse arbitror. Iam lex quoque civilis in sexagesimo libro statuit, nemini adire licere Manichaeorum bona sive ex testamento sive ab intestato; sed eorum omnes facultates in fiscum esse deferendas. Rebaptizantur autem qui ex his ad puram nostram fidem accedunt. Namque haec haeresis adhuc perdurat, et sunt Cubricorum pagi et praediola circa Apolloniadem.

τοῦ ἐξ ὑποκειμένης ὕλης τὰ πάντα δημιουργηθῆναι, καὶ συναΐδια αὐτὰ τοῦ θεοῦ λέγοντες, αἴτιον αὐτῆς τὸν θεὸν ὀνομάζουσιν· οὐ μὴν αὐτὴν [ὕλην] καὶ κακὴν ὁρίζονται· μεγίστην γὰρ βλασφημίαν νομίζουσι τὸ φάναι τὸν θεὸν εἶναι τῶν κακῶν ποιητήν· καὶ ἐκεῖνοι μὲν ἔχουσιν ἴσως τινὰ συγγνώμην, μήτε προφητικῶν ἐπακούσαντες λόγων, μήτε τοὺς θείους ἀποστόλους ποδηγοὺς ἐσχηκότες, μόνοις δὲ τοῖς λογισμοῖς τὴν τῶν ὄντων ἐπιτρέψαντες γνῶσιν· οὗτοι δὲ ποίας ἂν τίσειαν δίκας τῆς ἀσεβείας ἀξίας, τῶν μὲν θείων ἀπολαύσαντες εὐαγγελίων, τὸ δὲ τούτων ἀποδράσαντες φῶς, καὶ τὸ σκότος ἀσπασάμενοι ταῖς νυκτερίσι παραπλησίως; ἐπειδὴ γὰρ πᾶσα τέχνη παρὰ ἀνθρώποις ὕλης ὑποκειμένης προσδεῖται, ὑπέλαβον οἱ ἀνόητοι καὶ τὸν θεὸν μὴ δύνασθαι ὕλης δίχα δημιουργεῖν· καὶ οὐ συνεῖδον ὅσον ἀνθρώπου καὶ θεοῦ τὸ διάφορον· καὶ ὡς οὐκ οἷόν τε τὴν εἰκόνα πάντα ἔχειν, ὅσα τὸ ἀρχέτυπον· καὶ ὅτι ἄνθρωπος μὲν ὡς εἰκὼν ἐκ τῶν ὄντων δημιουργεῖ, θεὸς δὲ καὶ ἐξ ὄντων καὶ μὴ ὄντων· καὶ τοῦτο σαφῶς ἡμᾶς διδάξει ἡ θεία γραφή· ὁ μὲν γὰρ ἀπόστολός φησι *· πίστει νοοῦμεν κατηρτίσθαι [τοὺς αἰῶνας] ῥήματι θεοῦ εἰς τὸ μὴ ἐκ φαινομένων τὰ βλεπόμενα γεγονέναι·* καὶ πάλιν· ὁ καλῶν τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα *· ὁ δὲ τὴν κοσμογένειαν γράψας Μωϋσῆς ἐδίδαξε τίνα μὲν ἐκ μὴ ὄντων, τίνα δὲ ἐξ ὄντων ἐποίησεν ὡς δημιουργός· καὶ ὅτι τὸν μὲν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ τὰ ἄλλα στοιχεῖα ἐκ μὴ ὄντων πεποίηκεν· ἐν ἀρχῇ γάρ, φησιν, ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν· καὶ τὸ φῶς δὲ ὡσαύτως ἐκ μὴ ὄντων ἐδημιούργησεν· εἶπε γάρ, φησιν, ὁ θεός· γενηθήτω φῶς, καὶ ἐγένετο φῶς· τὸ δὲ στερέωμα ἐκ τῶν ἤδη γεγενημένων παρήγαγεν· γενηθήτω γάρ, φησί, στερέωμα ἐν μέσῳ τοῦ ὕδατος, καὶ ἔσται διαχωρίζον ἀνὰ μέσον ὕδατος καὶ ὕδατος· καὶ τὰ σπέρματα δὲ καὶ τὰ φυτὰ ἐκ γῆς βλαστῆσαι προσέταξεν· ὥσπερ καὶ τῶν ἀλόγων ζῴων τὰ γένη παρήγαγεν· ἐκ μὲν τῶν ὑδάτων τὰ ἀερόπορα, καὶ τὰ ἐν τοῖς ὕδασι διαπορευόμενα, καὶ τὰ ἀμφίβια προσαγορευόμενα· ἐκ δὲ τῆς γῆς τὰ τετράποδα καὶ τὰ ἑρπετά· τὸν δὲ ἄνθρωπον ἐξ οὐκ ὄντων καὶ ὄντων ἐποίησε· τὸ μὲν σῶμα διέπλαττε χοῦν λαβὼν ἀπὸ τῆς γῆς· τὴν δὲ ψυχὴν ἐκ μὴ ὄντων ἐδημιούργησεν· οὐ γὰρ κατὰ τὸν δυσσεβῆ Μαρκίωνος λόγον, ὁμοούσιός ἐστιν ἡ ψυχὴ τοῦ πεποιηκότος, ἀλλ' ἐκ μὴ ὄντος ἔκτισται.

* Hebr. XI. 3

* Rom. IV. 17.

ϛ'. Ἀλλὰ καὶ τὴν παλαιὰν βλασφημῶν διαθήκην, καὶ τὸν ἐν αὐτῇ λαλήσαντα ἀθετῶν, καθεξῆς δὲ καὶ σελήνῃ καὶ ἡλίῳ καὶ τοῖς ἄστρασι σέβας ἀποδιδούς, καὶ βοτάνας καὶ δένδρα ὑψιπέτηλα καὶ ἀέναα ὕδατα ἔμψυχα εἶναι οἰόμενος καὶ ἕτερα ἄττα φθεγγόμενος ἄτοπα, φερώνυμον ἑαυτὸν ἀληθῶς τῆς μανίας δείκνυσιν· ἐξ ἧς οἶμαι καὶ τὴν προσωνυμίαν δικαίως ἐκτήσατο. Ἀλλὰ καὶ ὁ νόμος ἐν ἑξηκοστῷ φησὶ βιβλίῳ μηδένα τοὺς Μανιχαίους κληρονομεῖν ἐκ διαθήκης ἢ ἐξ ἀδιαθέτου, τὰ δὲ πράγματα αὐτῶν εἰς τὸ δημόσιον εἰσκομίζεσθαι ταμιεῖον. Ἀναβαπτίζονται δὲ οἱ ἐκ τούτων τῇ ἀμωμήτῳ ἡμῶν προσιόντες πίστει· ἔτι γὰρ ἡ αἵρεσις αὕτη ἐπικρατεῖ, καὶ κῶμαί εἰσι καὶ κτησείδια τῶν Κουβρίκων περὶ τὴν Ἀπολλωνιάδα κείμενα.

FINIS.

EDITORIS MONITUM.

Manichaeorum historia amplaeque illorum refutationes, quas hoc volumine complexi sumus, revocarunt nobis in memoriam Didymum alexandrinum, qui inter primos ac nobiles sectae illius adversarios numeratur: cuius tamen qui extat contra Manichaeos libellus, nonnisi pars operis imperfecta est. Et quidem, excussis nuper a me duobus scripti eius vaticanis codicibus, nihil ultra editionem publicam comperi. Sed tamen quia de Didymo cogitare coeperam, nolui vacuus a vestigatione mea desinere; donec in praeclara ad Pauli epistolas ms. catena, unde iam Cyrillum sumpseram, plurimam Didymi partem in secundam ad Corinthios commentantis observavi; quam cum totam ineditam esse cernerem; neque enim vel Oecumenius, vel graeca nupera Oxonii edita catena quicquam Didymi ad hanc epistolam continent; rem hanc egregiam protinus in adversaria mea retuli, factamque raptim de graeca etiam latinam, in sequentibus tomi paginis ad ecclesiae usum exposui: sicut superioribus annis Victorinum, Didymi aequalem, ad Pauli epistolas pariter commentantem, ex vaticanis codicibus edidi.

Didymum celeberrimum alexandrinae scholae magistrum, qui inter innumeros auditores Hieronymum quoque nostrum ac Rufinum habuit, quis ignorat? Veterum plurima de eo testimonia tam studiose in calce librorum eius de Trinitate coacervavit Mingarellius, ut nemo superaddere quicquam possit. Iam praeter eius in totum fere vetus testamentum commentarios, quorum multa memoria superest, in Matthaeum quoque et Iohannem scripsisse Didymum, testis est Hieronymus de script. ill. cap. 109. *Sed in Matthaeum quidem nihil Didymi superesse videtur sive in impressis sive in mss. catenis. At in Iohannem segmenta illius aliquot conservavit catena a Corderio edita. Ego vero quum tres vaticanas in Iohannis evangelium catenas mss. consuluerim, una quidem nihil Didymi habuit; sed tamen aliae duae mediocres aliquot illius particulas feliciter obtulerunt, quas Corderius prorsus desiderat. Has nos igitur ceteris Didymi copiis subiungemus. Commentatum quoque ad actus apostolicos Didymum, catenae editae docent. Quin etiam ad epistolas catholicas habuit graece Didymum Cassiodorus inst. div. cap.* 8, *et ab Epiphanio scholastico latinum redditum gratulatus est, quae reapse translatio typis excusa superest. At enim nonnulli critici, quos inter Cellerius auct. sacr. T. VIII. p.* 739, *prope impudenter negabant vel dubitabant hunc esse Didymi foetum. Sed ecce oxoniensis nuper edita ad catholicas catena, habet fragmenta aliquot nominatim Didymi, quae latino Epiphanii textui prorsus respondent. In epistolas quoque ad Galatas atque ad Ephesios scripsisse Didymum narrat Hieronymus in suis epistolarum illarum prooemiis.*

gelium haud iis qui omnino sunt infideles, quum hi neque operti neque aperti ullum experimentum habeant. Hi vero interpretes aiebant, pereuntes illos, quibus opertum est evangelium, intelligi eos oportere, qui receperunt quidem, sed non sine velamine ad id accesserunt: instar illorum qui in parabolis audiebant Iesu sermones: et vocabulum « pereuntes » de iis positum putabant, ob illorum demonstrandam mutabilitatem. Namque eiusmodi sunt qui proficiunt, semper aliter atque aliter semet praebentes. Quamobrem haud vituperandi causa positum vocabulum « pereuntes » censebant: sed perinde ut: caeli peribunt. Et, nos perimus in aevum. Nam haec pereundi vocabula ponuntur ob significandum profectum, de tali statu in alium transeundo.

v. 5. Οὐ γὰρ ἑαυτοὺς κηρύσσομεν.

cod. f. 361. a. Ἀναφορὰν ἔχει ἡ προκειμένη λέξις πρὸς τὸ, οὐχ ὅτι κυριεύομεν τῆς πίστεως ὑμῶν· ἀκολούθως γὰρ ἐκείνῳ ῥηθείη ἂν, οὐχ ἑαυτοὺς κηρύττομεν· διὸ οὐ κυριεύομεν ὑμῶν τῆς πίστεως· κηρύττομεν γὰρ Ἰησοῦν Χριστὸν Θεὸν κύριον, ἑαυτοὺς δὲ δούλους ὑμῶν διὰ Χριστοῦ· ὥστε οὐχ ἡμεῖς ἀλλ' αὐτὸς κυριεύει τῆς πίστεως ὑμῶν, ἀποδεχόμενος ἢ κρίνων ὑμᾶς καθ' αὐτήν· πρὸς τούτοις καὶ τὸ ὅτι ὁ Θεὸς ὁ εἰπὼν ἐκ σκότους φῶς λάμψαι, συναπτέον τῷ, ἡμεῖς δὲ πάντες ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν δόξαν κυρίου κατοπτριζόμεθα· ἐκ σκότους δὲ λάμπεται φῶς τῷ ἐξ ἀγνοίας εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐρχομένῳ· λέγομεν γοῦν ἐξ ἀγνοοῦντος καὶ εὐήθους * ἐπιστήμονα καὶ πεπαιδευμένον γίνεσθαι· τῆς οὖν προκαταλαβούσης τοὺς ἀνθρώπους ἀγνοίας καὶ κακίας ὠνομασμένων σκότους, ἔλαμψεν ὁ Θεὸς ἐν ταῖς καρδίαις φωτισμὸν πρακτικῆς τε καὶ διανοητικῆς ἀρετῆς· ἵν' ἔχωσι θεωρίας τῆς δόξης Χριστοῦ ἐν προσώπῳ αὐτοῦ· δόξαν δὲ ἤτοι καθ' ἣν φρονοῦσι περὶ αὐτοῦ, ἢ δόξαν καθ' ἣν δεδοξασμένον αὐτὸν ἴσμεν.

* cod. ἀληθοῦς.

Non enim nosmet ipsos praedicamus

Relationem habet proposita lectio ad illam: non quia fidei vestrae dominemur: etenim connexe diceretur, non nosmet ipsos praedicamus; propterea fidei vestrae non dominamur: praedicamus enim Iesum Christum Deum dominum; nosmet autem servos vestros propter Christum: adeoque nequaquam nos sed ipse vestrae fidei dominatur, probans aut improbans vos secundum ipsam. Propterea locutio illa: quoniam Deus qui dixit de tenebris lucem splendescere, couiungenda est cum altera, nos autem omnes revelata facie gloriam Domini speculamur. E tenebris autem effulget lux venienti de inscitia ad veritatis agnitionem. Dicimus igitur, ex ignaro et insipiente sapientem et eruditum fieri. Cum igitur praeoccupasset homines inscitia et improbitas, quae appellantur tenebrae, explendescere fecit Deus in cordibus lumen practicae theoricaeque virtutis, ut adquirerent homines notitiam gloriae Christi in persona ipsius. Gloriam inquam, vel qua fidem habent erga ipsum, vel gloriam qua ipsum glorificatum agnoscimus.

v. 7. Ἔχομεν δὲ τὸν θησαυρὸν τοῦτον ἐν ὀστρακίνοις σκεύεσιν.

cod. f. 365. b. Ὀστράκινα λέγει σκεύη τὰς εὐτελεῖς λέξεις καὶ τὸ ἄπλαστον τῆς ἑρμηνείας· εἰ γὰρ οἱ κήρυκες τοῦ εὐαγγελίου κατὰ ἀνθρωπίνην φιλοσοφίαν ἐπρέσβευον τῆς ἀληθείας, ὑπωπτεύθη ἂν ἐξ ἀνθρωπίνης τέχνης καὶ μὴ ἐκ δυνάμεως θεοῦ κεκρατῆσθαι τοὺς ἀνθρώπους τῇ σωτηριώδει παιδεύσει· ἀγραμμάτων δὲ καὶ ἰδιωτῶν ὄντων τῶν

Habemus autem thesaurum istum in vasis fictilibus.

Fictilia vasa nuncupat vile dicendi genus, et simplicem elocutionem. Nam si evangelii praedicatores secundum humanam philosophiam veritatem nunciassent, suspicio fuisset num humano artificio potius quam virtute Dei subiugati fuissent homines salutari doctrinae. Sed quum illitterati idiotaeque fuerint ministri, ex-

cellentia virtutis Dei, secundum thesauri scientiam, ex Deo et non ex mortalibus viribus, reputabitur. Huic consonum est illud: sermo meus et praedicatio mea non in persuasibilibus sapientiae verbis. Habebat enim thesaurum scientiae, secundum quam non erat idiota, in fictilibus vasis, quatenus idiota sermone erat. Nonnulli vero aiunt fictilia vasa esse haec quibus induti sumus corpora, dum in sensibilibus rebus versamur. Sententia autem est: quoniam adhuc carne circumdati, quae veritatis contemplationi officit, notitiam nihilominus Trinitatis habemus. Sed enim sublimitas magnitudinis scientiae huius non ex nobis, sed ex Dei virtute confici nobis dignoscitur. Sic etiam Cyrillus.

In omni re tribulationem patimur, sed non angustiamur.

Utique pro circumstantium malorum acerbitate, desperandum foret ac pereundum; sed Deo nos consolante, omnia nobis ad salutem proclivia. Etsi igitur in omni re tribulamur, nostri tamen animi fortitudine ad incitas non redigimur. Et quamquam ceu omni ope destitutos nonnulli nos putant, ideoque persequuntur et infestant, nos tamen omnino alacres non trepidamus, nec perimus, nec prosternimur. Nam dum improbi subvertere nos conantur, perstamus immobiles, insectantibus fortiter resistimus, omnia nobis ad salutem suppetunt. Sciendum est, verbum angustiari modo significare tribulari, modo aliud. Cum autem utrumque verbum ponitur, tribulari quidem significat externam adgressionem; angustiari vero, haesitare mentis deliberatione. Cum denique non simul ambo ponuntur, tunc aequabiliter idem significant.

Semper enim nos, qui vivimus, in mortem tradimur propter Iesum.

Vocabula ἀεὶ et πάντοτε, in praecedente textu posita, non significant sine fine aut principio, sicuti sempiternum dicimus, sed incessanter et continuatim. Nam qui Iesu mortificationem non modo utique, modo secus, in corpore suo circumfert, semper hoc se facere adfirmabit. Sed et qui vitam et pietatem ac sedulum officium retinet perpetuo pro veritate decertandi, dicet: revera nos qui vivimus praedicto modo, id est sine intermissionibus, in mortem tra-

διακενουμένων, ἡ ὑπερβολὴ τῆς δυνάμεως τοῦ κατὰ τὴν γνῶσιν θησαυροῦ ἐκ θεοῦ καὶ οὐκ ἐκ θνητῶν ὑποληφθήσεται *· τούτῳ συνᾴδει τὸ, εἰ καὶ ἰδιώτης τῷ λόγῳ ἀλλ' οὐ τῇ γνώσει· καὶ τὸ, ὁ λόγος μου καὶ τὸ κήρυγμά μου οὐκ ἐν πειθοῖς σοφίας λόγοις *· εἶχεν γὰρ τὸν θησαυρὸν τῆς γνώσεως, οὐκ ὢν κατ' αὐτὴν ἰδιώτης, ἐν ὀστρακίνοις σκεύεσιν, ἰδιώτης ὢν τῷ λόγῳ· εἰσὶ δὲ οἱ « ὀστράκινα σκεύη λέγοντες ἃ περικείμεθα σώματα, » ἐν τοῖς αἰσθητοῖς ὄντες, διανοίᾳ τοιαύτῃ· ἐπεὶ » ἔτι σάρκα περικείμενοι τὴν ἐμποδίζουσαν τῇ » θεωρίᾳ τῆς ἀληθείας, γνῶσιν ἔχομεν τὴν περὶ » τῆς τριάδος· ἡ ὑπερβολὴ τοῦ μεγέθους τῆς » γνώσεως οὐκ ἐξ ἡμῶν, ἀλλ' ἐκ θεοῦ δυνάμεως » ὑπάρχουσα ἡμῖν γνωρίζεται. » Τοῦτο καὶ Κύριλλος 1).

Cap. IV.

* cod. ὑποληφθήσεσθαι.

* I. Cor. II. 4.

Ἐν παντὶ θλιβόμενοι, ἀλλ' οὐ στενοχωρούμενοι. v. 8.

Ὅσον ἐπὶ τῇ πικρότητι τῶν περιεστηκότων, ἀπηυδήσαμεν ἂν καὶ ἀπωλόμεθα· ὅσον δὲ ἐπὶ τῷ παρακαλοῦντι θεῷ, πάντα ἡμῖν πρὸς σωτηρίαν εὐμαρῆ· κἂν ἐν παντὶ οὖν πράγματι θλιβώμεθα, γενναιάζοντες οὐ στενοχωρούμεθα· κἂν ὡς ἀπόρους ἡμᾶς τινὲς ὑπολαμβάνωσι διώκοντες καὶ ἀνατρέποντες, ἀλλ' οὖν ἡμεῖς ἐν ἅπασιν εὐποροῦντες οὐκ ἐξαπορούμεθα, οὐκ ἀπολλύμεθα, οὐ καταβαλλόμεθα· ἀνατρεπόντων γὰρ τῶν πονηρῶν, στήκομεν ἀκλόνητοι· διωκόμενοι, γενναιάζομεν, πορίμων ἡμῖν πάντων ὄντων πρὸς σωτηρίαν· ἰστέον ὅτι τὸ στενοχωρεῖσθαι ὅτε μὲν ταυτόν ἐστι θλίβεσθαι, ὅτε δὲ ἕτερον· ὅταν γὰρ ἀμφότερα λέγηται, δηλοῖ τὸ μὲν θλίβεσθαι τὴν ἔξωθεν περίστασιν· τὸ στενοχωρεῖσθαι, τὸ ὀκλάζειν τῇ προαιρέσει καὶ λογισμῷ· ὅταν δὲ μὴ ἀμφότερα λαμβάνηται, ἐκ παραλλήλου δηλοῦσι τὸ αὐτό.

cod. f. 345. b.

Ἀεὶ γὰρ ἡμεῖς οἱ ζῶντες, εἰς θάνατον παραδιδόμεθα διὰ Ἰησοῦν. v. 11.

Τὸ ἀεὶ καὶ πάντοτε * κείμενα ἐν τῇ προκειμένῃ λέξει οὐ τὸ ἀτελεύτητον καὶ ἄναρχον δηλοῖ, καθὼς λέγομεν τὸ ἀΐδιον, ἀλλὰ τὸ ἄπαυστον καὶ ἀδιάστατον· ὁ γὰρ τὴν νέκρωσιν τοῦ Ἰησοῦ μὴ ποτὲ μὲν, ποτὲ δὲ οὔ, περιφέρων ἐν τῷ σώματι αὐτοῦ, πάντοτε τοῦτο ποιεῖν ἐρεῖ· ἀλλὰ καὶ ὁ ζωὴν καὶ εὐσέβειαν καὶ σπουδὴν ἔχων ἀδιαστάτως ἀγωνίζεσθαι ὑπὲρ τῆς ἀληθείας λέξει· ὡς ἄρα ἡμεῖς οἱ ζῶντες, τὸν εἰρημένον τρόπον τοῦτ' ἔστιν ἄνευ διαλειμμάτων, εἰς θάνατον

* v. 10.
cod. f. 346. b.

1) Extat revera hic Cyrilli tractus, quem uncis inclusimus, in editione nostra Cyrilli commentariorum ad hanc epistolam in part. gr. p. 91, lat. p. 61. Cyrillus itaque antiquiorem se Didymum expresserat.

Cap. IV. παραδιδόμεθα· εἰς τοῦτο λήψη καὶ τὸ λεχθὲν ὑπὸ Στεφάνου πρὸς Ἰουδαίους, ἀεὶ γὰρ ὑμεῖς τῷ ἁγίῳ πνεύματι ἀντιπίπτετε *. Συνέζευξε γὰρ αὐτῷ τὸ, τίνα τῶν προφητῶν οὐκ ἐδίωξαν οἱ πατέρες ὑμῶν; ταύτης τῆς διανοίας ἐστὶ καὶ τὸ, εἶπα ἀεὶ πλανῶνται τῇ καρδίᾳ *· τοῦτ' ἔστιν οὐ ποτὲ μὲν, ποτὲ δὲ οὔ, ἀλλ' ἀδιαστάτως· τὸ ἐσιώπησα δὲ, μὴ καὶ ἀεὶ σιωπήσομαι *; τὸ ἀτελεύτητον καὶ ἄπαυστον δηλοῖ· εἰ γὰρ καὶ νῦν, φησὶ, μακροθυμῶ ἁμαρτανόντων ὑμῶν, ἀλλ' οὖν οὐκ εἰς τὸ ἄπαυστον ἔσται ὑπέρθεσις τῆς τιμωρίας· μετὰ γὰρ πολλὴν μακροθυμίαν, τιμωρηθήσονται οἱ ἐμμένοντες τῇ κακίᾳ.

* Act. VII. 51. * Ps. XCIV. 10. * Is. XLII. 14. gr.

dimur. Ita intelliges etiam dictum a Stephano Iudaeis: semper vos Spiritui sancto resistitis. Subiunxit enim: quem prophetarum non sunt persecuti patres vestri? Eadem sententia est verborum: dixi, hi semper errant corde, id est non, modo utique, modo secus, sed continuo. Locutio autem: tacui, num semper tacebo? infinitum et incessabile denotat. Nam etsi nunc, inquit, sum longanimis peccantibus vobis, non tamen infinita erit dilatio poenae. Nam post multam longanimitatem, punientur qui in malitia perseverant.

v. 13. Ἔχοντες τὸ αὐτὸ πνεῦμα τῆς πίστεως.

cod. f. 347. a. Πνεῦμα καλεῖ, φησι, πίστεως τὴν μετέχουσαν τῆς πίστεως ἣν ἔχει τίς [ζωήν].

Habentes eundem spiritum fidei.

Spiritum nuncupat fidei, illam quam quis habet participem fidei [vitam].

Cap. V. 1. Ἡ ἐπίγειος ἡμῶν οἰκία.

cod. f. 369. a. Δύο οἰκίας διαφόρους σημαίνει ἡ προκειμένη γραφή· μίαν μὲν ἐπίγειον καὶ χειροποίητον, τὸν φαινόμενον εἶναι κόσμον ταῖς τοῦ Θεοῦ χερσὶν εἰς τὸ εἶναι παρηγμένον· δεικνὺς γὰρ τὰ αἰσθητὰ πάντα, φησὶν, ἡ χείρ σου ἐποίησε ταῦτα πάντα *· ἀλλὰ καὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου εἰσὶν οἱ οὐρανοὶ *, τῆς αὐτῆς ἐστι νοήσεως· οἰκίαν δὲ ἀχειροποίητον οὖσαν ἐν τοῖς οὐρανοῖς, τὸν κόσμον τὸν ἄλλον παρὰ τοῦτον· ἐπεὶ οὖν καταλυομένου τοῦ αἰσθητοῦ κόσμου, οὐ παράγει τὸ σχῆμα τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, παρελευσομένων οὐκ εἰς τὸ μὴ ὂν, οἱ ἄνθρωποι καταστρέψουσι τὸν οἰκήσαντα πρότερον ἐν τῇ καταλυομένῃ ἐπιγείῳ οἰκίᾳ, διαδέξεται ἡ μέλλουσα καὶ αἰώνιος· εἶπεν δὲ, οἰκίαν ἔχομεν ἀχειροποίητον αἰώνιον ἐν τοῖς οὐρανοῖς· δεικνὺς ὅτι ἀπεντεῦθεν μᾶλλον δὲ ἐκ πολλοῦ εὐτρέπισται τοῖς ἀξίοις τοῦ τυχεῖν αὐτῆς· ἀμέλει γοῦν τὰς ἐν αὐτῇ ἐπαγγελίας ἃς ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδεν, οὐδὲ ἄλλη αἴσθησις ἢ νόησις κατείληφεν, προητοιμάσθαι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τοῖς αὐτὸν ἀγαπῶσιν εἴρηται *· καὶ ὁ σωτήρ φησι *· κληρονομήσατε τὴν βασιλείαν τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν πρὸ καταβολῆς κόσμου· αὕτη δὲ ἡ λεχθεῖσα αἰσθητὴ μονὴ *, οἰκία εἴρηται οὐ καθάπαξ ἡμῶν, ἀλλ' ἡ τοῦ σκήνους ἡμῶν· ἡ γὰρ ἐπουράνιος, ἡμῶν προηγουμένως οἴκησίς ἐστιν· κἂν γὰρ ἐξ ἀναστάσεως ἀποδοθῇ τὸ σκῆνος τῆς ψυχῆς, ὡς εἶναι καὶ αὐτὸ ἐν τῇ ἐπουρανίῳ οἰκίᾳ, ἀλλ' οὖν προηγουμένως τῆς ψυχῆς ἡ διατριβὴ αὕτη, κατὰ συμβεβηκὸς δὲ καὶ οὗ περίκειται σκηνώματος· ὡς αὖ ἐπίγειος κατὰ πρότερον λόγον οἰ-

* Ps. CVIII. 27. * Ps. CI. 26. * I. Cor. II. 9. * Matth. XXV. 34. * cod. μόνη.

Terrestris nostra domus.

Duas diversas domos significat haec scriptura; unam quidem terrestrem et manufactam, nempe hunc aspectabilem mundum, Dei manibus ad existentiam productum. Namque ostendens sensibilia omnia dicit psalmista: manus tua fecit haec. Sed et illud: opera manuum tuarum sunt caeli, eandem sententiam continet. Domum vero non manufactam quae in caelis est, mundum esse intelligimus ab hoc nostro diversum. Quoniam itaque sensibili hoc dissoluto mundo, non tamen transit caeli terraeque figura, tamquam ad non existendum traducta; demutant homines illum, qui habitator dissolutae postea domus fuerat, eumque futura excipiet et aeterna. Dixit autem, domum habemus non manufactam aeternam in caelis, ut demonstret quod abhinc diu iam parata est dignis eam adsequi. Sane et promissae in illa res, quas oculus non vidit, neque alius quilibet sensus intellectusve comprehendit, praeparatae a Deo diligentibus illum dicuntur. Et Salvator ait: possidete regnum paratum vobis iam inde a mundi constitutione. Haec autem sic appellata sensibilis mansio, haud domus nostra simpliciter dicitur, sed tabernaculi nostri. Nam reapse domus caelestis, principaliter nostra habitatio est. Etsi enim in nostra resurrectione reddetur suum animae tabernaculum, ut et ipsum sit in caelesti domo; attamen ille incolatus principaliter animae mansio est, per accidens vero etiam eius quo circumdatur tabernaculi. Quamobrem terrestris primaria ratione domus est taberna-

culi; secundarià autem, ipsius quoque animae quae in corpore est. Legi alicubi, domum quidem terrestrem tabernaculi dici, compositum hoc ex ossibus carnibusque corpus. Quum ergo tabernaculum, id est visibile et organicum corpus, sit in hac domo, figura interioris hominis; qui sic interpretantur aiunt, resoluta hac crassi corporis domo, transire animam in caelestem regionem, quae appellatur domus non manufacta aeterna. Recuperabit tamen anima quod deposuerat corpus, factum iam caeleste, quod habitaculum de caelo appellatur.

Nam et in hoc ingemiscimus, habitationem nostram quae de caelo est, superindui cupientes.

Etiamsi resoluta tabernaculi supradicta domo, nos tabernaculo hoc circumdati, cum eo in caelestem domum transituri simus, nihilominus hoc retento gemimus, superindui cupientes habitaculo, quod est de caelo; id est deposito illo a nobis corpore, quod de caelo aliquando existet, cum incorruptione et immortalitate induetur. Sed quamvis hoc habitaculum optamus, videsis an qui illo induitur, prorsus ab eo contegatur. Hoc enim significant verba: siquidem vestiti, non nudi, inveniemur. Nudus autem non invenitur qui illo indutus fuit, si certe fidelis sanctusque fuerit, nempe si ante illud induerit sibi dominum Iesum, et arma lucis, et viscera misericordiae. Namque infidelis et improbus, etiamsi spiritale corpus nanciscatur, quod de caelo habitaculum appellatur, nudus nihilominus invenietur, quia operam non dedit ut interioris hominis vestimenta haberet. His ita se habentibus, nos qui in tabernaculo sumus, gravati gemimus: quia terrenum tabernaculum aggravat mentem multis curis plenam. Sed enim quamquam eo habendo gravamur, non tamen abiicere optamus, sed indui potius habitaculo quod de caelo est: ut absorbeatur quod mortale est a vita. Non enim destruet vita tabernaculum nostrum, quum induerimus immortalitalitatem, sed id absorbebit, quatenus validior fiet eius qualitas, quam eius in quo sumus mortales.

Sive enim mente excedimus, Deo. Sive sobrii sumus, vobis.

Illi autem de his coarguantor a vobis; loquitur nimirum de pseudo apostolis. Nos vero

Cap. V.

κία ἐστὶν τοῦ σκήνους· δευτέρως δὲ καὶ τῆς ψυχῆς οὔσης ἐν τῷ σώματι· ἀνέγνων που οἰκίαν μὲν ἐπίγειον σκήνους λέγεσθαι τὸ ἐξ ὀστῶν καὶ σαρκῶν συγκείμενον σῶμα· σκῆνος δὲ ὂν ἐν τῇ οἰκίᾳ ταύτῃ, τὸ σχῆμα τοῦ ἔσω ἀνθρώπου, ὅ ἐστιν αὐγοειδὲς καὶ ὀργανικὸν σῶμα, οἱ οὕτως ἑρμηνεύοντες φασὶν οὖν καταλυομένης ταύτης τῆς οἰκίας τοῦ παχέος σώματος, μετοικίζεται ἡ ψυχὴ ἐπὶ τὸν οὐράνιον χῶρον 1), καλούμενον οἰκίαν ἀχειροποίητον αἰώνιον· ἀπολήψεται δὲ καὶ ὃ ἀπέθετο σῶμα οὐράνιον γεγενημένον, ὅπερ οἰκητήριον ἐξ οὐρανοῦ ὀνομάζεται.

v. 2.

Καὶ γὰρ ἐν τούτῳ στενάζομεν, τὸ οἰκητήριον ἡμῶν τὸ ἐξ οὐρανοῦ ἐπενδύσασθαι ἐπιποθοῦντες.

cod. f. [illegible] a.

Εἰ καὶ καταλυθείσης τῆς προειρημένης οἰκίας τοῦ σκήνους, περικείμεθα τὸ σκῆνος ἐν αὐτῷ μεταβαίνοντες εἰς τὴν οὐράνιον οἰκίαν, ἀλλ' οὖν ἐν αὐτῷ τυγχάνοντες στενάζομεν ἐπενδύσασθαι ποθοῦντες τὸ ἐξ οὐρανοῦ οἰκητήριον· τοῦτο δέ ἐστιν ὃ ἀπεθέμεθα σῶμα ἐξ οὐρανοῦ ποτε χρηματίζον, ὅτ' ἂν τὴν ἀφθαρσίαν καὶ ἀθανασίαν ἐνδύσηται· ἀλλ' εἰ καὶ ἐπιποθοῦμεν τοῦτο τὸ οἰκητήριον, σκόπει εἰ ὁ ἐνδυσάμενος αὐτὸ πάντως σκεπάζεται πρὸς αὐτοῦ· τοῦτο γὰρ δηλοῦται ἐκ τοῦ, εἴ γε καὶ ἐνδυσάμενοι, οὐ γυμνοί, εὑρεθησόμεθα· οὐ γυμνὸς δὲ εὑρίσκεται ἐνδυσάμενος αὐτὸ, ὁ πιστὸς καὶ ἅγιος πρὸ αὐτοῦ τούτου ἐνδυσάμενος τὸν κύριον Ἰησοῦν καὶ ὅπλα φωτὸς καὶ σπλάγχνα οἰκτιρμοῦ· ὁ γὰρ ἄπιστος καὶ φαῦλος, κἂν τύχῃ τοῦ πνευματικοῦ σώματος, ὃ καλεῖται ἐξ οὐρανοῦ οἰκητήριον, γυμνὸς εὑρεθήσεται, οὐ σπουδάσας ἔχειν τὰ τοῦ ἔσω ἀνθρώπου ἐνδύματα· τούτων οὕτω τυγχανόντων, οἱ ἐν τῷ σκήνει ὄντες ἡμεῖς, στενάζομεν βαρούμενοι· ἐπείπερ βρίθει τὸ γεῶδες σκῆνος νοῦν πολυφροντίδα· ὅμως εἰ καὶ βαρούμεθα ἐκ τοῦ ἔχειν αὐτὸ, οὐκ ἀποβαλεῖν αὐτὸ ποθοῦμεν, ἀλλ' ἐνδύσασθαι τὸ ἐξ οὐρανοῦ οἰκητήριον, ἵνα κρατηθῇ καταποθὲν τὸ θνητὸν ὑπὸ τῆς ζωῆς· οὐ γὰρ ἐξαφανίζει ἡ ζωὴ τὸ σκῆνος ἡμῶν ὅτ' ἂν ἐπενδυσώμεθα τὴν ἀθανασίαν, ἀλλὰ καταπίνει αὐτὸ, ἐπικρατεστέρας γινομένης τῆς ἐξ αὐτῆς ποιότητος τοῦ καθ' ὃ θνητοί ἐσμεν.

v. 13.

Εἴτε γὰρ ἐξέστημεν, θεῷ· εἴτε σωφρονοῦμεν, ὑμῖν.

cod. f. 271. a.

Ἐκεῖνοι μὲν ἐπὶ τούτοις ἐλεγχέσθωσαν παρ' ὑμῶν· λέγει δὲ περὶ τῶν ψευδαποστόλων· ἡμεῖς

1) En evidens testimonium, contra recentiorum temporum Graecos, de iustorum animabus in caelum transferendis, non expectata corporum resurrectione.

Cap. V. δὲ ὑμῶν χάριν καὶ δι' ὑμᾶς ταῦτα πράττομεν· κἄν τε γὰρ ἔξω τῶν ἀνθρωπίνων γενόμενοι τῷ Θεῷ ἐκστῶμεν, ἀλλ' οὖν σωφρονοῦμεν ὑμῖν, τῆς θείας ἐκστάσεως οὐ μανίαν ἀλλὰ νηφαλιότητα ἐχούσης· οὐ προσεκτέον γὰρ τοῖς ἀπὸ τῶν Φρυγῶν 1) λέγουσι τοὺς ἀποστόλους καὶ προφήτας ἐξίστασθαι, ὥστε παραπαίειν· παρηκολούθουν γὰρ οἷς ἔλεγον καὶ ἔπραττον εἰ καί τινες ἄλλοι· ἠπατήθησαν δὲ οἱ ἠλίθιοι ἐκ τῆς ὁμωνυμίας· οὐ γὰρ μόνον τὸ παραπαίειν καὶ παρακόπτειν σημαίνει ἡ ἐξέστη φωνὴ, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐκπλαγῆναι ἐπὶ θαυμασμῷ· οὕτω γὰρ ἐξέστη Ἰσαὰκ ἔκστασιν μεγάλην [* Gen. XXVII. 33.]· καὶ ἐκστήσονταί τινες ἐπὶ τῷ κυρίῳ καὶ ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς αὐτοῦ κατὰ τὸν προφήτην [* Os. III. 5. gr.]· εἰ δὲ καὶ ἄλλα τινὰ δηλοῦται ἀπὸ τῆς φωνῆς, ἐπιστήτω ὁ ἐντυγχάνων ταῖς γραφαῖς.

v. 14. Ἡ γὰρ ἀγάπη τοῦ Χριστοῦ συνέχει ἡμᾶς.

cod. f. 371. b. Ἐξηγεῖται τὸ εἶδος ἧς ὑπομένει ἐκστάσεως, φήσας· συνεχόμεθα 2) ὑπὸ τῆς πολλῆς εἰς ἡμᾶς γενομένης ἀγάπης Θεοῦ· μετὰ τοῦ θαυμάζειν, θαυμάζοντες ὅτι εἰ εἷς ὑπὲρ πάντων ὁ Χριστὸς ἀπέθανεν, ἄρα οἱ πάντες ἀπέθανον· οὐκ ἂν γὰρ ὑπὲρ πάντων ἀπέθνησκεν, εἰ μὴ πάντες ὑπεύθυνοι ἦμεν θανάτου· εἰ τοίνυν ὑπὲρ ἡμῶν καὶ δι' ἡμᾶς ἀπέθανεν καὶ ἀνέστη, ἀναστάντες σὺν αὐτῷ ζῶμεν· οὐκέτι δι' αὐτοὺς, τοῦτ' ἔστιν ἀνθρωπίνως, ἀλλὰ τῷ ὑπὲρ ἡμῶν παθόντι καὶ ἀναστάντι· ζῶντες δὲ αὐτῷ, καὶ κατ' αὐτὸν, πάντα ἃ βούλεται πράττομεν καὶ λέγομεν καὶ διανοούμεθα· ὡς ἕκαστον τεθαῤῥηκότα εἰπεῖν· ἡ ψυχή μου αὐτῷ ζῇ [* Ps. XXI. 31.]· καὶ ζῶ δὲ οὐκέτι ἐγὼ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστός [* Gal. II. 20.].

v. 16. Ἡμεῖς ἀπὸ τοῦ νῦν οὐδένα οἴδαμεν κατὰ σάρκα.

cod. f. 372. a. Ἐπεὶ ζῶμεν τῷ ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντι καὶ ἐγερθέντι, ἀφ' οὗ ἠρξάμεθα οὕτω εἶναι, οὐδένα ἔτι κατὰ σάρκα γινώσκομεν, ὑπερβάντες τὴν σάρκα καὶ τὰ ταύτης πάθη, ἔτι μὲν καὶ τὴν σκιώδη τοῦ νόμου διδασκαλίαν· εἰ δὲ καὶ τὸν Χριστὸν ἔγνωμεν κατὰ σάρκα, ἔτι ἰουδαΐζειν θέλοντες καὶ ἕπεσθαι τῇ σαρκίνῃ διηγήσει τοῦ νόμου, ἀλλὰ νῦν οὐκέτι οὕτως αὐτὸν, ἀλλ' ὡς Θεὸν λόγον γινώσκομεν· γενόμενος γὰρ ὁ λόγος σὰρξ, οὐκ ᾤκησεν ἀλλ' ἐσκήνωσεν 3) ἐν ἡμῖν, ἵνα μετὰ τοῦτο θεασώμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ πατρὸς, πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας· διαφέρει γὰρ τὸ οἰκῆσαι τοῦ σκηνῶσαι, ὡς καὶ ὁ οἶκος σκηνῆς· ἀεὶ γὰρ μένει ὁ οἶκος

vestri causa haec agimus. Sive enim extra humanas res constituti ad Deum mente excedemus, nihilominus vobis sobrii sumus; quia extasis non insaniam sed sobrietatem habet. Neque adtendendum est Phrygum adseclis dicentibus apostolos atque prophetas mente ita excessisse, ut delirarent. Etenim quid loquerentur et agerent, hi apprime sentiebant. Fucum autem his insipientibus fecit homonymia. Nam vocabulum extasis, non delirium tantummodo aut deliquium significat, verum etiam stuporem ex admiratione. Sic enim et Isaac grandi extasi mente excessit. Et nonnulli extasim experientur in Domino et in bonis eius, ut ait propheta. Iam utrum alias quoque significationes habeat hoc vocabulum, videat ille qui scripturis operam impendit.

Caritas enim Christi urget nos.

Exponit quodnam genus extaseos patiatur, dicens: urgemur a plurima Dei erga nos caritate; non sine admiratione reputantes, quod si unus pro omnibus mortuus est Christus, utique omnes mortui fuerant. Non enim pro omnibus mortuus esset, nisi omnes morti obnoxii essemus effecti. Si ergo pro nobis et propter nos mortuus est ac resurrexit, nos quoque resurgentes cum eo vivemus: nec iam per nos ipsos, humanitus, sed ei qui passus resurrexit. Viventes autem cum ipso, et secundum ipsum: id est omnia quae is vult agimus, et loquimur, et cogitamus. Ita ut unusquisque confidenter dicat: anima mea illi vivit. Et, vivo ego iam non ego, vivit vero in me Christus.

Nos abhinc neminem novimus secundum carnem.

Quoniam vivimus ei qui pro nobis mortuus est ac resurrexit; ex quo taliter esse coepimus, neminem iam secundum carnem cognoscimus, superiores facti carni et huius passionibus, nec non umbratili legis doctrinae. Quod si etiam Christum cognovimus secundum carnem, iudaizare adhuc volentes et carnalem legis dictatum sequi, nunc tamen haud eum amplius hac ratione agnoscimus, sed tamquam Verbum Deum. Verbum enim caro factum, non habitavit sed hospitatum est inter nos, ut nos postea gloriam eius videremus, gloriam quasi unigeniti a patre, plenum gratiae et veritatis. Differt enim habitare ab hospitari, sicut etiam

1) Dicit Cataphrygas seu Montanistas. — 2) Συνεχόμεθα etiam *cogimur*, *possidemur*, *correpti sumus*.
3) Reapse Iohannes I. 14. utitur verbo ἐσκήνωσε, quod latini liberius fecerunt *habitavit*.

domus ab hospitio: semper enim stat domus immobiliter fundata; tabernaculum portabilis domus est. Utique hospitantur qui proficiunt, habitant vero perfecti. Transibo enim in locum tabernaculi admirabilis usque ad domum Dei.

Siqua in Christo nova creatura.

Qui in Christo est, quatenus scilicet cum participat, nova est creatura. Tale sibi cor fieri sanctus vir precabatur dicens: cor mundum crea in me Deus. Hoc significatu, condit in semet ipso Servator duo in unum novum hominem. Ut hoc igitur fieret, idcirco subdidit se creatum, dicens: Dominus creavit me initio viarum suarum ad opera. Neque tamen denotat materialem formationem vocabulum creari, sicut alibi pluribus dictum fuit. Facta autem nova creatura credentium Christo, vetera transierunt abrogata, novis introductis. Et siquidem vetera pro legalibus et propheticis dicit, desiverunt haec subintrante evangelio. Haec tamen vetera ac nova, non tam vero subiecto, quam mentis conceptu differunt. Eadem enim est utriusque testamenti doctrina, sive cum velato sive cum aperte proposita fuit. Vetera ergo sunt quae dicuntur velata. Quod si quis dicat eos mores, qui fidem praecesserunt, constitutionem priscam fuisse, haec quidem praeteriit, succedente evangelica doctrina; priorique legislationi congruet illud dictum: omnia ex Deo. Nam et lex et prophetae et evangelia quoque ex Deo sunt, secundum posteriorem institutionem; ita ut omnia nova ex Deo sint; et quidem etiam illa quae praeterierunt. Porro omnia ex Deo sunt, qui nos sibi reconciliavit per Christum. Valde enim inimici eramus, errore et peccatis subiugati: sed ei reconciliati fuimus, veniam ab ipso et per ipsum consecuti. Reconciliavit autem sibi nos per Dominum, qui pro nobis mortuus est ac resurrexit. Ne autem sensu occalleamus ad tantum Dei beneficium, reconciliationis doctrinam apostolis tradidit, ut ab his eruditi, in Christo permaneamus. Per hunc enim permanens erit, post reconciliationem, nostra cum Deo amicitia.

ἀμετακινήτως τεθεμελιωμένος· ἡ δὲ σκηνὴ οἶκός ἐστι φορητός· ἀμέλει σκηνοῦσιν οἱ προκόπτοντες, οἰκοῦσιν οἱ τετελειωμένοι· διελεύσομαι γὰρ ἐν τόπῳ σκηνῆς θαυμαστῆς ἕως τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ *. — Cap. V. — * Ps. XLI. 5.

Εἴ τις ἐν Χριστῷ, καινὴ κτίσις. — v. 17.

Ὁ ἐν Χριστῷ τῷ μετέχειν αὐτοῦ γενόμενος, καινὴ κτίσις ἐστίν· τοιαύτην ὑπαρχθῆναι τῇ ἑαυτοῦ καρδίᾳ εὐχόμενος ὁ ἅγιος εἶπεν *· καρδίαν καθαρὰν κτίσον ἐν ἐμοὶ ὁ Θεός· κατὰ τοῦτο τὸ σημαινόμενον, κτίζει ἐν αὐτῷ ὁ σωτὴρ τοὺς δύο εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον *· ἵν' οὖν τοῦτο ὑπαρχθῇ, τούτῳ τῷ τρόπῳ ὑπέβαλεν ἑαυτὸν κτισθῆναι λέγων· κύριος ἔκτισέν με ἀρχὴν ὁδῶν εἰς ἔργα *· οὐ δηλοῖ οὐσίωσιν τὸ κτισθῆναι ῥῆμα, ὡς ἐν ἄλλοις διὰ πλειόνων δέδεικται 1)· γενομένης δὲ καινῆς κτίσεως ἐν τῷ Χριστῷ τῶν πεπιστευκότων, τὰ ἀρχαῖα παρῆλθε πεπαλαιωμένα, τῶν καινῶν εἰς μέσον ἠγμένων· καὶ εἰ μὲν ἀρχαῖα τὰ νομικὰ καὶ προφητικὰ λέγει, παρελήλυθε ταῦτα τῶν εὐαγγελίων διαδεξαμένων· τούτων τῶν παλαιῶν καὶ καινῶν οὐ καθ' ὑποκείμενον, ἀλλ' ἐπινοίᾳ ἐχόντων τὴν διαφοράν· ἡ γὰρ αὐτὴ διδασκαλία τῶν δύο διαθηκῶν ὁτὲ μὲν κεκαλυμμένως, ὁτὲ δὲ γυμνῶς γέγονεν· ἀρχαῖα οὖν ἐστι τὰ κεκαλυμμένα· εἰ δέ τις τὰ πρὸ τῆς πίστεως ἔθη καὶ κατάστασιν ἀρχαίαν εἶναι λέγοι, παρῆλθε ταῦτα παυσάμενα ἐνεστηκυίας τῆς κατὰ τὸ εὐαγγέλιον διδασκαλίας, πρὸς τὴν προτέραν ἀπόδοσιν ἁρμόσει τὸ, πάντα ἐκ τοῦ θεοῦ 2) καὶ γὰρ ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται, καὶ τὰ εὐαγγέλια ἐκ τοῦ θεοῦ κατὰ τὴν ὑστέραν διήγησιν, πάντων τῶν καινῶν ἐκ Θεοῦ ὄντων, οὐ μὴν καὶ τῶν παρεληλυθότων· τὰ δὲ πάντα ἐκ τοῦ Θεοῦ τοῦ καταλλάξαντος ἡμᾶς ἑαυτῷ διὰ Χριστοῦ· ἐχθροὶ γὰρ ἦμεν πολὺ, ἀπάτῃ καὶ ἁμαρτήμασι κεκρατημένοι· κατηλλάγημεν δὲ αὐτῷ, ἄφεσιν πρὸς αὐτοῦ καὶ δι' αὐτοῦ εἰληφότες· κατήλλαξεν δὲ ἡμᾶς ἑαυτῷ διὰ τοῦ ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντος καὶ ἀναστάντος κυρίου· ὅπως δὲ μὴ ἀναισθητῶμεν τῆς πολλῆς Θεοῦ εὐεργεσίας, τὴν περὶ τῆς καταλλαγῆς διδασκαλίαν δέδωκε τοῖς ἀποστόλοις 3), ἵνα παιδευόμενοι ὑπ' αὐτῶν ἐμμένωμεν τῷ ἐν Χριστῷ εἶναι· δι' αὐτοῦ γὰρ ἐπίμονος ἔσται ἡ μετὰ τὴν καταλλαγὴν ὑπάρξασα πρὸς Θεὸν φιλία. — cod. f. 272. b. — * Ps. L. 12 — * Ephes. II. 15. — * Prov. VIII. 22.

1) Videmus hoc loco innui poenitentiae sacramentum a Christo institutum, et per apostolos sacerdotesque deinceps administrandum.

2) Haec quoque adversus Manichaeos, quos ipsorum confutator Didymus saepe prae oculis habebat.

3) Memorat heic Didymus commentarium suum in Proverbia, cuius nos ipsi non paucas reliquias ex vaticano codice edidimus, quas videsis ad citatum heic Proverbiorum locum cap. V. 17, ubi reapse pluribus de hac re agitur.

Cap. V.

Τὸν γὰρ μὴ γνόντα ἁμαρτίαν.

v. 21. cod. f. 374. a.

Τὸν μὴ γνόντα φησὶν, ἀντὶ τοῦ τὸν μὴ πειραθέντα ἁμαρτίας· οὐ γὰρ τὸ μὴ ἀγνοεῖν τὴν φύσιν αὐτῆς φησὶ, μᾶλλον γὰρ πάντων ᾔδει αὐτὴν ὁ σωτὴρ, ἀλλὰ τὸ μὴ πειραθῆναι αὐτῆς· οὕτω γὰρ καὶ ὁ φυλάσσων ἐντολὴν, οὐ γνώσεται ῥῆμα πονηρόν *.

* Eccle. VIII. 5.

Etenim eum qui non noverat peccatum.

Nescientem dicit, pro experimentum non habentem peccati. Non enim ignorasse peccati naturam dicit, etenim hanc prae ceteris Servator noverat, sed peccati fuisse expertem. Nam et ille qui mandatum observat, dicitur non agniturus verbum malum.

Cap. VI. 3.

Μηδεμίαν ἐν μηδενὶ διδόντες προσκοπήν.

cod. f. 375. b.

Ἐπεὶ δεκτῷ καιρῷ καὶ σωτηρίας ἡμέρᾳ ἐπακούσας θεὸς ἐβοήθησε, πέμψας τὸν ἴδιον υἱὸν καὶ παραδοὺς αὐτὸν ὑπὲρ ἡμῶν, μηδεὶς κατὰ μηδένα τρόπον προσκοπὴ ἀπιστίας γένηται, ἵνα μὴ μῶμον σχῇ ἡ διακονία τῆς εὐαγγελικῆς διδασκαλίας· ὅθεν σπουδαστέον συνιστάναι ἑαυτοὺς ἔργοις ἀγαθοῖς κἂν ἐπίπονα ὦσι· γίγνεται δὲ τοῦτο, ἐὰν ὑπομονὴν ἔχοντες, θλίψεις καὶ ἀνάγκας καὶ στενοχωρίας καὶ τὰ παραπλήσια γενναίως φέρωμεν, δεσμὰ καὶ φυλακῆς πεῖραν ἱλαρῶς φέροντες· οὕτω γὰρ ἁγνεύειν κατὰ τὴν ψυχὴν συμβήσεται, ὀρθὰ φρονοῦσαν καὶ πράττουσαν· τὰς ψυχὰς γὰρ ἡμῶν *, φησιν, ἡγνικότες ἐν τῇ ὑπακοῇ τῆς ἀληθείας *· ἀλλὰ καὶ ὁ φόβος κυρίου ἁγνὸς ὢν, πᾶσαν ἁγνείαν περιποιεῖ τῷ αὐτὸν ἀνειληφότι.

* Ita cod. non ὑμῶν.
* I. Petr. I. 22. gr.

Nemini dantes ullam offensionem.

Quoniam propitio tempore et die salutis Deus exaudiens auxiliatus est, proprium filium mittens tradensque pro nobis, nemo ullatenus offendiculum infidelitatis fiat, ne probrum habeat evangelicae doctrinae ministerium. Quare curandum sedulo est ut commendemus nos operibus bonis, etiamsi laboriosa fuerint. Fiet autem hoc, si patientiam retinentes, tribulationes, necessitates et angustias aliaque huiusmodi fortiter pertulerimus, vincula etiam et carceres hilariter perpetientes. Sic enim nobis sanctificari animam continget, recte sentientem atque agentem. Animas, inquit, nostras sanctificantes, obediendo veritati. Sed et timor Domini sanctus quum sit, omnimodam sanctitatem confert suscipientibus illum.

v. 7.

Διὰ τῶν ὅπλων τῆς δικαιοσύνης τῶν δεξιῶν καὶ ἀριστερῶν.

cod. f. 376. b.

Δεξιὰ καὶ ἀριστερὰ ὅπλα τῆς δικαιοσύνης εἶναι, τάχα οὖν ὁ περὶ τὰ αἰσθητὰ δικαιοπραγῶν, ὡς ἐθέλειν μᾶλλον ἀδικεῖσθαι καὶ ἀποστερεῖσθαι ἢ ποιεῖν αὐτὸς ταῦτα, πέφρακται τοῖς ὅπλοις τῆς δικαιοσύνης τοῖς ἀριστεροῖς· τοῦ τὴν πρὸς θεὸν δικαιοσύνην ὁσιότητα καλουμένην ἔχοντες ἐν τῷ ἀποδιδόναι τὰ τοῦ θεοῦ τῷ θεῷ, φοροῦντες τὰ δεξιὰ αὐτῆς· ὅπλα ἐν ἑτέροις φωτὸς εἴρηται ἐν τῷ, ἐνδύσασθε ὅπλα φωτός *· ταῦτα τὰ ὅπλα τῆς στρατιᾶς οὐ σάρκινα, τουτέστιν οὐκ ἀνθρώπινα, ἀλλὰ δυνατὰ τῷ θεῷ * τυγχάνει· ἐπίστησον εἰ δύναται ὅπλα ἀριστερώτερα δικαιοσύνης ἔχειν, ὁ κατὰ τὴν σκιὰν τοῦ νόμου δικαιούμενος· ὅπλα δὲ δεξιὰ ὁ πεποιωμένος κατὰ τὴν δικαιοσύνην τὴν γινομένην διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς πάντας τοὺς πιστεύοντας· αὕτη δέ ἐστι περὶ ἧς ὁ σωτὴρ τοῖς μαθηταῖς εἶπεν *· ἐὰν μὴ περισσεύσῃ ἡ ὑμῶν δικαιοσύνη πλέον τῶν γραμματέων καὶ φαρισαίων, οὐ μὴ εἰσέλθετε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· ἔτι ὁ τὸ δίκαιον δικαίως διώκων κατὰ τὰ ἀνθρώπινα συναλλάγματα, ὥπλισται κατὰ τὰ δικαιοσύνης ἀριστερὰ ὅπλα· ὁ δὲ κατὰ τὰ δόγματα τῆς ἀληθείας τοῦτο πράττων, ὑπὲρ τοῦ υἱὸς δικαιοσύνης γενέσθαι διωκόμενος

* Rom. XIII. 12.
* II. Cor. X. 4.
* Matth. V. 20.

Per arma iustitiae a dextris et a sinistris.

Dextra et sinistra iustitiae arma, fortasse is est qui in rebus sensibilibus tam iuste se gerit, ut iniuriam et rapinam pati malit, quam haec ipse facere: hic enimvero iustitiae dextris armis munitus est. Qui iustitiam erga Deum, quam sanctitatem vocamus, retinet dum Deo dat quae sunt Dei, hic eius dextra arma fert. Alibi dicuntur arma lucis, dum dicitur: induite arma lucis. Haec militiae arma non carnalia, id est humana, sed potentia Deo sunt. Et videsis, num arma potius sinistra iustitiae gerat, qui in legis umbra iustificatur: dextra autem arma, is qui prae se fert iustitiam, quae est per Iesum Christum, erga omnes credentes. Est vero haec, de qua Salvator aiebat discipulis: nisi abundaverit iustitia vestra plus quam scribarum et pharisaeorum, non intrabitis in regnum caelorum. Praeterea qui rectum recte sectatur in humano commercio, sinistris iustitiae armis instructus est. Qui vero secundum veritatis dogmata id agit, ut filius iustitiae fiat, persecutionem huius causa patiens, hic dextra eiusdem arma gerit.—Et vide, praeter iam dicta,

an recte se habeat, quod adhuc dicturus sum. Qui maledictis appetitus, et impostor creditus, fortiter ac laudabiliter haec perfert, sinistris armis iustitiae utitur, quum sit dextris eiusdem armis contectus, si quando laus, aut alia aliqua fama et praeconium, veri instar sermonis, tumidum faciat atque elatum. Huic sententiae, singula pariter quae subsequuntur, eadem cum antithesi proferens, accommodabis.

Quasi tristes, semper autem gaudentes.

Adhuc qui credimur tristes esse, et pauperes, et nihil habentes, propter illam quam profitemur inopiam gaudemus, quia bonis operibus divites sumus, ac sermone omni et omni sententia; ita ut alios quoque locupletemus, eo divitiarum genere, quod acute perspicit. Nam qui eiusmodi opes habet, ab omnibus abstinet, iis contentus. Recte autem dici potest in molestiis singulis, velut illud: in praeclaris autem ac salutaribus hoc mihi dictum est.

Os nostrum patet ad vos.

Qui multam sibi fiduciam dicendi sumpsit, audientium quoque voluntatem praeveniet. Os nostrum patet, et cor meditando dilatatur erga vos, o Corinthii. Propterea et angustiamini ob inscitiae molestiam: id tamen causa nostra non fit. Rogamus vos tamquam filios, ut nos remuneremini, dilatando scilicet mentem vestram ob excipiendam quam vobis tradimus institutionem. Viscera autem heic intelligere oportet haud materialia; non enim de corporalibus rebus, sed de spiritalibus sermo est.

Nolite iugum ducere cum infidelibus.

Ecclesiastica immo potius scripturali consuetudine coniugatae viris dicuntur uxores. Vetat ergo his verbis nuptias cum alienis, dicens: ne ducatis iugum cum infidelibus. Hoc propemodum diserte dicens: vir fidelis ne ducat uxorem infidelem: tu enim suavi Iesu iugo subiaces; illa autem sub cuiusdam improbi iugo est. Vicissim quae fidem habet mulier, ne idololatrae viri iungatur. Suadet itaque ut coniugium cum alienis vitetur, exponens quae omnino eventura sunt, dicensque: quae participatio iustitiae cum iniquitate! et reliqua. Quia enim fidelis iustitiam habet, et est lux mundi, sub Christo degens; contra infidelis iniquitate scatet, ac propterea tenebrosus est et Beliari

Cap. VI.

ὑπὲρ αὐτῆς, φέρει τὰ δεξιὰ αὐτῆς ὅπλα.—Ὅρα γε πρὸς τοῖς εἰρημένοις, εἰ λόγον ἔχει τὸ λεχθησόμενον· ὁ ὑπὲρ εὐσεβείας ἀτιμαζόμενος, δυσφημούμενός τε καὶ πλάνος ὑπολαμβανόμενος, γενναίως καὶ ἐπαινετῶς ταῦτα φέρων, ἀριστεροῖς ὅπλοις τῆς δικαιοσύνης χρᾶται, τοῖς δεξιοῖς αὐτῆς ὅπλοις ἠσφαλισμένος, ὅτ' ἂν μὴν ἔπαινος ἢ ἑτέρα τις εὔκλεια καὶ εὐφημία ὡς ἐπ' ἀληθότητι λόγου χαυνοῖ καὶ ἐπαίρῃ· ταύτῃ τῇ διανοίᾳ καὶ τῶν ἑπομένων ἕκαστον μετὰ τῆς αὐτῆς ἀντιθέσεως εἰρημένον ἐφαρμόσεις.

* Ita cod.

Ὡς λυπούμενοι, ἀεὶ δὲ χαίροντες.

v. 10.

cod. f. 377. a.

Ἔτι ὑπονοούμενοι λυπεῖσθαι, καὶ πτωχοὶ καὶ μηδὲν ἔχοντες, δι' ἣν κατορθοῦμεν ἀκτημοσύνην χαίρομεν, πλουτοῦντες ἔργοις ἀγαθοῖς, καὶ παντὶ λόγῳ, καὶ πάσῃ γνώσει· ὡς καὶ ἄλλους πλουτίζειν κατὰ τὸν πλοῦτον τὸν ὀξὺ βλέποντα· ὁ γὰρ τοῦτον ἔχων, πάντων ἐγκρατής ἐστιν, κατέχων αὐτά· εὖ δὲ καὶ τὸ εἰπεῖν ἐφ' ἑκάστου τῶν ἀηδῶν, ὡς τό· ἐπὶ δὲ τῶν καλῶν καὶ σωτηριωδῶν τοῦτό μοι εἴρηται *.

* Ps. CXXII. 1.

Τὸ στόμα ἡμῶν ἀνέῳγε πρὸς ὑμᾶς.

v. 11.

cod. f. 377. b.

Ὁ πολλὴν παῤῥησίαν εἰς τὸ λέγειν λαβὼν, πρὸ τῆς προθυμίας τῶν ἀκροατῶν ἐρεῖ· τὸ στόμα ἡμῶν ἀνέῳγε, καὶ ἡ καρδία ἐν τῷ νοεῖν πλατύνεται πρὸς ὑμᾶς ὦ Κορινθιοι· διὸ καὶ στενοχωρεῖσθε ὑπὸ ἐνοχλούσης ἀγνοίας· οὐκ ἐξ ἡμῶν ἔχει τοῦτο· ἀπαιτοῦμεν γὰρ ὑμᾶς ὡς τέκνα ἀντιμισθίαν παρασχεῖν ἡμῖν, διὰ τοῦ πλατύνειν ὑμῶν τὴν νόησιν πρὸς παραδοχὴν ἧς προσφέρομεν ὑμῖν παιδεύσεως· σπλάγχνα δὲ ἐνταῦθα ἐκλαβεῖν δεῖ οὐκ αἰσθητά· οὐ γὰρ περὶ σωματικῶν ἀλλὰ πνευματικῶν ὁ λόγος.

Μὴ γίνεσθε ἑτεροζυγοῦντες ἀπίστοις.

v. 14.

cod. f. 379. b.

Ἐκκλησιαστικῇ συνηθείᾳ μᾶλλον δὲ γραφικῇ, σύζυγοι αἱ γαμεταὶ τοῖς ἀνδράσι λέγονται· κωλύει γοῦν καὶ διὰ τῶν προκειμένων ἑτερογαμίαν, γράφων· μὴ ἔσεσθε ἑτεροζυγοῦντες ἀπίστοις· μονονουχὶ τοῦτο λέγων· πιστὸς ἀνὴρ μὴ ἀγέσθω ἄπιστον γαμετήν· σὺ μὲν γὰρ ὑπὸ τὸν χρηστὸν Ἰησοῦ ζυγὸν ὑπάρχεις, ἐκείνη δὲ ὑπὸ ζυγὸν πονηροῦ τινός ἐστιν· ὁμοίως ἡ πίστιν ἔχουσα γυνὴ, μὴ ζευγνύσθω ἀνθρώπῳ εἰδωλολάτρῃ· πείθει δὲ παραιτεῖσθαι τὴν ἑτεροζυγίαν, ἐπιφέρων τὰ πάντως ἐσόμενα, φάσκων· ἢ τίς μετοχὴ δικαιοσύνῃ καὶ ἀνομίᾳ; καὶ τὰ ἑξῆς· ἐπεὶ γὰρ ὁ πιστὸς δικαιοσύνην ἔχει, καὶ φῶς ἐστι τοῦ κόσμου, τυγχάνων ὑπὸ τὸν Χριστὸν, ὁ δὲ ἄπιστος ἀνομίας ἐστὶ πλήρης, ὡς διὰ τοῦτο σκότος εἶναι

Cap. VII. 1. ὑποκείμενον τῷ βελίαρ· πονηρὸς δέ τις οὗτος· οὐ δεῖ μερίδα τὸν πιστὸν ἔχειν μετὰ ἀπίστου· αὐτὸς μὲν γὰρ ναὸς θεοῦ κατεσκεύασται, ὁ δὲ ἄπιστος εἰδώλων· ὅθεν ἐπεὶ ἀμέτοχος ἀνομίας ἡ δικαιοσύνη, καὶ ἀκοινωνήτως ἔχει τὸ φῶς πρὸς τὸ σκότος, ἀλλ' οὐδὲ συμφωνία τῷ Χριστῷ πρὸς τὸν βελίαρ ἐστίν, οὐδὲ ναῷ θεοῦ συγκατάθεσίς τις μετὰ ναοῦ εἰδώλων, οὐ προσελθετέον γάμῳ τοιούτῳ 1)· πλήσσει γὰρ τοῦτο πράσσων ὁ πιστὸς, μετέχων ἀνομίας· ἀλλὰ καὶ κοινωνῶν τῷ σκότει, καὶ πρὸς τὸν βελίαρ αὐτομολῶν, καὶ μερίδα τὴν ἄπιστον ἀσπαζόμενος· φύγωμεν τοιγαροῦν τὰ προειρημένα πάντα, ναὸς ὄντες τοῦ εἰρηκότος θεοῦ· ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς καὶ ἐμπεριπατήσω· εἰ γὰρ υἱοὶ καὶ θυγατέρες θεοῦ γίνεσθε, ἀφορισθέντες τῶν ἀκαθάρτων ἀπίστων, μὴ τῷ αὐτῷ ζυγῷ ὑποβάλητε ἑαυτούς· ἵνα τῶν ἱερῶν τούτων ἀμοιβῶν τύχητε, καθαρίσαντες ἑαυτοὺς ἀπὸ πάντων μιασμάτων τῶν ἐξ ἑτερογαμίας γινομένων σαρκίνων ὄντων· τότε γὰρ τὴν τοῦ πνεύματος πρακτικῶς καὶ τῷ φρονεῖν ἐπιτελέσετε ἁγιωσύνην· Στίζεται δὲ ἡ προκειμένη λέξις διαφόρως· οἱ μὲν γὰρ ἀνα-

Cap. VII. 1. γινώσκουσι· ταύτας οὖν ἔχοντες τὰς ἐπαγγελίας ἀγαπητοί, καθαρίσωμεν ἑαυτοὺς ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος· ὅπως μὴ δὲ σαρκὸς μὴ δὲ πνεύματος, τοῦτ' ἔστι τῆς ψυχῆς ἢ τῆς γνώμης, μολυσμὸν ἐξ ἁμαρτίας σχῶμεν· τότε γὰρ ἀναγκαίως ἕψεται ἐπιτελέσαι ἡμᾶς ἐν φόβῳ κυρίου ἁγιωσύνην· ὥστε πνεύματι καὶ σώματι ἁγίους εἶναι· ἕτεροι δὲ ἀναγνόντες τὸ καθαρίσωμεν ἑαυτοὺς ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος, διαστέλλουσι, καὶ πνεύματος ἐπιτελοῦντες ἁγιωσύνην· κρατύνουσι δὲ τὴν διαστολὴν ταύτην ὅσοι θέλουσι τὸ ἅγιον εἶναι πνεῦμα, τὸ ἄνευ προσθήκης ἐν ταῖς γραφαῖς φερόμενον· φασὶ γὰρ τὴν γραφὴν δηλῶσαι βουλομένην τοῦτο, ὅπου μὲν ἅγιον ἢ θεοῦ πνεῦμα ἢ ἕτερόν τι τοιοῦτο λέγεσθαι· ἀλλὰ καὶ ἄνευ προσθήκης, ὡς ἐν τῷ· αὐτὸ τὸ πνεῦμα συμμαρτυρεῖ τῷ πνεύ-

* Rom. VIII. 16. ματι ἡμῶν *· τοῦ ἐναντίου μετὰ προσθήκης ἀεὶ καλουμένου οὕτως· πνεῦμα ἀκάθαρτον, πνεῦμα πονηρόν, πνεῦμα δαιμονίου, καὶ εἴ πως ἄλλως μετὰ προσθήκης προφέρεται.

v. 2. Χωρήσατε ἡμᾶς κ. τ. λ.

cod. f. 380. a. Παῤῥησιάζεσθαι μέλλων μετὰ τῶν συνεκ-

subiectus, qui scelestus est; non oportet fidelem participem fieri infidelis. Nam ipse templum Dei effectus est, infidelis vero idolorum. Unde quia nec iustitia particeps est iniquitatis, nec lumen communionem habet cum tenebris, ne Christo quidem concordia est cum Beliare, neque templo Dei conventio cum templo idolorum; ad nuptias huiusmodi veniendum non est: male enim sibi facit, qui ita se gerit fidelis, dum particeps fit nequitiae, immo et cum tenebris communicat, et ad Beliarem transfugit, et infidelem partem eligit. Fugiamus itaque praedicta omnia, qui templum sumus Dei dicentis: inhabitabo in eis et inambulabo *. Si enim filii filiaeque Dei estis, ab impuris infidelibus segregati, cavete quominus sub idem iugum redigamini: ut sacras has consequamini remunerationes, si vos purgaveritis ab omni inquinamento nuptiarum carnalium cum alienis. Tunc enim denique spiritus sanctificationem et mente et opere perficietis. Varie autem praedicta locutio interpungitur. Alii enim legunt: has igitur habentes promissiones, carissimi, purgemus nos ab omni inquinamento carnis ac spiritus; ut neque carnis neque spiritus, id est neque animae neque mentis inquinamentum a peccato habeamus. Tunc enim necessario eveniet, ut perficiamus nostram cum timore sanctificationem; ita ut spiritu et corpore sancti simus. Alii vero postquam legerint: purgemus nos ab inquinamento carnis ac spiritus, distinguunt; et spiritus perficientes sanctificationem; retinentque hanc distinctionem, quotquot volunt sanctum esse Spiritum, quoties sine adiectivo in scripturis ponitur. Aiunt enim, scripturam cum vult hunc denotare, ubi de sancto agitur, vel Dei spiritum, vel aliud huiusmodi dicere. Sed tamen etiam sine adiectivo, velut ibi: ipse Spiritus testimonium reddit spiritui nostro; dum contrarius spiritus cum adiectivo semper nominatur ita: spiritus immundus, spiritus daemonii, et sicubi aliter cum adiectivo pronunciatur.

Capite 2) nos etc.

Fiducialiter locuturus, una cum epistolae

1) Animadvertant Christiani hanc Didymi iustam nuptiarum cum infidelibus detestationem. Neque obstat Cyrillus, qui in comment. epist. I. ad Cor. apud nos part. gr. p. 59, lat. p. 40. apparenter contradicere videtur. Etenim Cyrillus non tam de ineundo cum infidelibus coniugio agit, quam de perseverantia in illo etiam post suscepta Christi sacramenta propter religiosae virtutis fiduciam.

2) Sic vulgatus interpres, et sic etiam alii latini veteres legunt heic *capite*, quae est nota verbi χωρεῖν significatio Didymus tamen eleganter ita mox explanat, ceu si nos latine diceremus *sinite*.

huius pariter auctoribus, ait Corinthiis: capite, id est patimini apologiam nostram: apud vestrûm neminem rei sumus iniustitiae, aut corruptionis aut avaritiae. Haec autem confidenter dico, haud volens nos condemnare; iam enim antea testatus sum, vos etiam paratos esse pro nobis mori, vicissimque pro vobis nos: namque haec audentis animi promptitudo, in nostris aeque ac vestris cordibus stabilita est. Quapropter multam de vobis capiens laetitiam, plenus sum consolatione, superabundante in nobis propter vestram salutem gaudio ac iucunditate in omnibus, per eam quam toleravimus pro veritate aerumnam. Nam et cum venissemus in Macedoniam, nullam requiem habuit caro nostra, incurrentibus sine remissione tentationibus. Verum etsi caro quietem non habet; spiritu alacri sumus: etenim non angustiamur, etiamsi undique premimur. Et mox declarans quaenam essent pressurae, addidit: foris pugnae, intus autem timores. Atque hoc duplici modo intelligitur: forinsecus nempe pugnas accidere apostolis ab infidelibus persequi et nocere volentibus. Intrinsecus vero timores, propterea quod qui intra ecclesiam fidemque esse videbantur, instabiles infirmique essent. Timebatur enim Corinthiorum inconstantia, ne statim recederent a dogmatibus veritatis. Unde ait illis: vereor ne sicut serpens Evàm seduxit astutia sua, ita corrumpantur sensus vestri. Alio quoque modo intelligi potest locutio « foris pugnae » id est quae excitatae sunt adversus nos persecutiones, exterius nos premunt, neque tamen usque ad cor turbandum penetrant. Nihilominus, quamquam imperturbata est anima, attamen intus sunt timores ne forte mutatio aliqua fiat. Etenim variabiles sumus.

Sed qui consolatur humiles.

Qui dat humilibus gratiam Deus, recreat eos solamine oblato, ut patienter aerumnas ferant. Idem consolatus est etiam nos in reditu Titi a vobis ad nos. Neque solum adventus eius recreavit, verum etiam quae de vobis nunciavit: narravit enim quale exhibueritis erga illum in Deo studium. Auxit autem hilaritatem nostram, scientibus quantum affectum ac benignitatem erga vos conservat. Insuper nunciavit zelum, moerorem, desideriumque vestrum pro nobis; ita ut iam

πεμπόντων τὴν ἐπιστολὴν, φησὶ τοῖς Κορινθίοις, χωρήσατε, τουτέστιν ἐνέγκατε ἡμᾶς ἀπολογουμένους· οὐδενὶ ὑμῶν αἴτιοι ἀδικίας ἢ φθορᾶς ἢ πλεονεξίας γεγενήμεθα· ταῦτα δὲ παῤῥησιάζομαι, οὐκ ἀνακρίνειν ὑμᾶς βουλόμενος· προεμαρτυράμην γὰρ ὅτι οὕτως ἑτοίμως ἔχετε, ὡς ὑπεραποθανεῖν ἡμῶν· καὶ γὰρ ἡμεῖς ὑπὲρ ὑμῶν· ἡ γὰρ τοιαύτη τῆς προθυμίας ἑτοιμασία, ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν τε καὶ ὑμῶν παρεσκευάσθη· ὅθεν πολλὴν ὑπὲρ ὑμῶν καύχησιν ἔχων, πλήρης εἰμὶ τῆς παραμυθίας, ὑπερπερισσευούσης ἐν ἡμῖν τῆς ὑπὲρ τῆς σωτηρίας ὑμῶν χαρᾶς καὶ εὐφροσύνης ἐπὶ πᾶσιν, ᾗ ὑφιστάμεθα ὑπὲρ τῆς ἀληθείας κακώσει· καὶ γὰρ ἐν τῇ Μακεδονίᾳ ἐληλυθότων, ἄνεσιν οὐδεμίαν ἔσχεν ἡ σὰρξ ἡμῶν, συνεχῶς προσπιπτόντων πειρασμῶν· ὅμως εἰ καὶ ἡ σὰρξ ἄνεσιν οὐκ ἔχει, τῷ πνεύματι γενναιάζομεν· ἐπείπερ οὐ στενοχωρούμεθα, κἂν ἐν παντὶ θλιβόμεθα· ἑρμηνεύων δὲ τίνα ἦν τὰ θλίβοντα, ἐπήγαγεν τὸ, ἔξωθεν μὲν μάχας εἶναι, ἔσωθεν δὲ φόβους· καὶ τοῦτο διττῶς νοεῖται· πρότερον γὰρ λεκτέον, ἔξωθεν μὲν μάχας ὑπάρχειν τοῖς ἀποστόλοις ἐκ τῶν διώκειν καὶ ἐπηρεάζειν βουλομένων ἀπίστων· ἔσω δὲ φόβους, τῷ τοὺς δοκοῦντας ἔσω τῆς ἐκκλησίας καὶ πίστεως εἶναι, ἀνερματίστως καὶ ἀβεβαίως ἔχειν· ἐφοβοῦντο γὰρ τὸ παλίμβολον τῶν Κορινθίων, τῷ ταχὺ παράγεσθαι ἀπὸ τῶν δογμάτων τῆς ἀληθείας· ὅθεν φησὶ πρὸς αὐτούς· φοβοῦμαι μή πως ὡς ὁ ὄφις ἐξηπάτησεν Εὔαν ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτοῦ, φθαρῇ τὰ νοήματα ὑμῶν· ἑτέρως δὲ νοηθείη τὸ, ἔξωθεν μάχαι, τοῦτ' ἔστιν αἱ καθ' ἡμῶν ἐπαναστάσεις γινόμεναι τὰ ἔξωθεν ἡμῶν θλίβουσιν, οὐ χωροῦσαι μέχρι τοῦ ταράξαι τὴν καρδίαν· ὅμως εἰ καὶ ἀτάραχος ἡ ψυχὴ, ἀλλ' οὖν ἔνδον εἰσὶ φόβοι οἱ περὶ μεταπτώσεως· τρεπτοὶ γάρ ἐσμεν.

Cap. VII.

* II. Cor. XI. 3.

Ἀλλ' ὁ παρακαλῶν τοὺς ταπεινούς.

v. 6.

Ὁ διδοὺς τοῖς ταπεινοῖς χάριν Θεὸς παρακαλεῖ αὐτοὺς παραμυθίαν ὀρέγων, ὅπως πληκτικῶς τὰ ἐπίπονα φέρουσι, παρεμυθήσατο καὶ ἡμᾶς ἐν τῇ ἀφ' ὑμῶν πρὸς ἡμᾶς ἐπιδημίᾳ Τίτου· οὐ μόνη δὲ ἡ παρουσία αὐτοῦ παρεκάλεσεν, ἀλλὰ καὶ ἡ ἐπαγγελία ἡ περὶ ὑμῶν· ἔφασκεν γὰρ ἣν ἐνεδείξασθε εἰς αὐτὸν κατὰ Θεὸν σπουδήν· ἐπέτεινε δὲ ἡμῖν τὰ τῆς ἱλαρότητος, γινώσκουσιν ὡς πολλὴν διάθεσιν καὶ σπλάγχνα ὑπερβαλλόντως ἀποσώζει πρὸς ὑμᾶς· πρὸς τούτοις ἐπήγγειλε καὶ ζῆλον καὶ ὀδυρμὸν καὶ πόθον ἔχειν ὑμᾶς ὑπὲρ

cod. f. 341. b.

Cap. VII. ἐμοῦ, ὡς μηκέτι διστάζειν περὶ τοῦ λελυπῆσθαι ὑμᾶς ἐκ τῶν γενομένων ἐλέγχων ἐκ τῆς προτέρας ἐπιστολῆς· ἐμάνθανεν γὰρ ἐκ τῶν λόγων αὐτοῦ ὡς ἡ λύπη πρὸς ὀλίγον ὑπάρξασα ἐκ τῶν γραφέντων, σπέρμα καὶ ἀφορμὴ μεγίστης εὐφροσύνης γέγονεν.

non sim anxius quod contristaverim vos reprehensionibus in priore epistola. Didici enim ex narratione eius, brevem qui extitit ex meo scripto dolorem, semen causamque fuisse gaudii maximi.

v. 12. *Εἰ καὶ ἔγραψα οὐχ εἵνεκεν τοῦ ἀδικήσαντος, οὐδὲ εἵνεκεν τοῦ ἀδικηθέντος.*

cod. f. 283. b. Ἀδικήσαντα λέγει τὸν γυναῖκα τοῦ πατρὸς ἐσχηκότα· ἀδικηθέντα δὲ ἤτοι τὸν πατέρα οὗ τὴν γυναῖκα εἶχεν, κἂν τεθνηκὼς ᾖ· ἢ τὸν κωλύοντα γάμον τοιοῦτον· ἐνῆν γὰρ εἴπερ αὐτῶν χάριν προηγουμένως ἡ προσφώνησις ἐγίνετο, μὴ κοινὴν ἀλλὰ πρὸς ἐκείνους βλέπουσαν πεῖσαι ἐπιστολήν· διὸ ἡγητέον μὴ ἐκείνων ἕνεκα, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ γνωσθῆναι τὴν σπουδὴν ὑμῶν τὴν πρὸς τὸ ὑπακούειν κεχαράχθαι τὴν εἰρημένην προσφώνησιν· περὶ ταύτης γὰρ ἀεὶ καυχῶμαι Μακεδόσιν εἰς ζῆλον τὸν αὐτὸν προτρεπόμενος· ἐδεδίειν γοῦν μὴ καταισχυνθῶ, ὑμῶν μὴ δεόντως τὴν λύπην δεξαμένων· ἐπεὶ οὖν οὐχ οὕτω γεγένηται, κατὰ Θεὸν λυπηθέντων, ὡς πολλὴν ἀκολουθῆσαι μετάνοιαν, χαίρω θαῤῥῶν ἐν παντὶ τοιούτῳ ἐν ὑμῖν.

Etsi scripsi vobis non propter eum qui fecit iniuriam, nec propter eum qui passus est.

Iniuriosum dicit hominem illum, qui uxorem patris sui in matrimonio habebat: passum vero iniuriam ait vel patrem, cuius ille uxorem sibi copulaverat, etiamsi mortuus erat; vel certe prohibentem nuptias huiusmodi. Poterat enim, si praedictorum causa principaliter epistola mittebatur, non communiter, sed ad illos scribi. Quapropter haud ob illos duos credendum est, sed ob agnoscendum studium vestrum obtemperandi scriptam fuisse epistolam. De hoc enim semper glorior in Macedonibus, atque ad eundem zelum adhortor. Timueram enim ne forte confunderer, si vos haud congrue moerorem suscepissetis. Nunc quia non ita actum est, secundum Deum potius vobis contristatis, unde multa consecuta est poenitentia, gaudeo exultoque de hac omni re vobiscum.

v. 13. *Περισσοτέρως δὲ μᾶλλον ἐχάρημεν κ. τ. λ.*

cod. f. 283. b. Πρὸς ταύτῃ τῇ χαρᾷ ἐπετάθη ἡ παράκλησις καὶ ἡ παραμυθία ἡμῶν τῇ τοῦ μαρτυροῦντος περὶ ὑμετέρας σὺν ἁγιότητι σπουδῆς· ἀναπεπαῦσθαι γὰρ τὸ πνεῦμα φησὶν ἐκ τῆς ὑμετέρας ὑπακοῆς· ἐπείπερ οὕτως εὗρεν ἔχοντας ὡς ἑκάστοτε ἀνήγγελλεν αὐτῷ περὶ ὑπακοῆν ὑμῶν· ἀναπαύεται δέ τινος τὸ πνεῦμα ὅτ' ἂν παρὰ τῶν αἰτίων τῆς ἀναπαύσεως δέχηται, κατ' εὐσέβειαν καὶ ἀρετὴν πράξεις, καὶ πιστὸν κατὰ τὴν ἀλήθειαν φρόνημα· τῶν τὰ ἡδέα τοῦ βίου παρὰ τῶν εὐφρονούντων δεχομένων, κατὰ σάρκα ἀναπαυομένων ἀλλ' οὐ κατὰ πνεῦμα· πάνυ γὰρ ἀνακτᾶται ἡμᾶς ὁ Τίτος, συνεχῶς ἀπαγγέλλων τὴν περὶ τὰ καλὰ ὑπακοὴν ὑμῶν· τοῦτο δὲ αὐτὸ τερπωλῆς αἴτιον γίνεται, ὅτι ὥσπερ τὰ ἄλλα μετὰ τοῦ ἀληθεύειν ἀεὶ λέγοντες ὤφθημεν.

Abundantius vero magisque gavisi sumus etc.

Praeter hoc gaudium, aucta est recreatio solamenque nostrum, testante illo laetanter de sancto vestro studio: namque et suum spiritum conquievisse dicit perspecta obedientia vestra; quia tales vos invenit, qualem constanter vestram obedientiam esse nunciabant. Tunc autem quiescit alicuius spiritus cum quietis ausas recipit, opera nimirum pietatis atque virtutis, et fidelem secundum veritatem sententiam: at illi qui vitae suavitates a benivolis suis recipiunt, ii secundum carnem quiescunt, non secundum spiritum. Valde igitur nos recreat Titus constanter nuncians vestram ad honesta opera obedientiam. Quod ipsum gaudii causa fit, quoniam sicut alia semper cum veritate loqui visi sumus.

Cap. VIII. 13. *Οὐ γὰρ ἵνα ἄλλοις ἄνεσις, ὑμῖν δὲ θλῖψις.*

cod. f. 287. a. Οὐκ ἀναγκάζει ὁ τῆς εὐσεβείας λόγος μεταδιδόναι ὃ μὴ ἔχει τις, ἀλλ' ὃ ἔχει παρέχεσθαι προθύμως· κατορθωθήσεται δὲ τοῦτο ῥᾷστα σκοπήσασι τίνες οἱ κοινωνούμενοι· ἅγιοι δέ εἰσι καὶ Θεοῦ θεραπευταὶ οὗτοι· διὸ καὶ ἐλπίζομεν ἀντίδοσιν ἔσεσθαι· ἱκανοὶ γὰρ ἀνθ' ὧν δέχονται αἰσθητῶν, νοητὰ παρασχεῖν· οὕτω γὰρ ἰσότης καὶ ἐν τῷ νῦν καιρῷ ἔσται· ὡς ἐπὶ τῆς δόσεως τοῦ

Non enim ut aliis sit remissio, vobis autem tribulatio.

Non cogit religionis doctrina dare quod quis non habet, sed quod habet libenter largiri. Hoc autem facilius fiet si considerabimus quinam hi sint quibus de nostro impertimur: sancti enim sunt, et Dei famuli: quare etiam speramus fore nobis retributionem: valent enim pro materialibus quae recipiunt, spiritalia retribuere. Ita ergo aequalitas praesenti etiam

tempore erit. Sic in mannae concessione eveniebat, cum nec ei qui parum habebat deficeret, nec redundaret qui multum habebat. Tunc enim stat inaequalitas, quum caelestia et magna possidentibus sanctis, vobis autem terrestria et exigua tenentibus, non fit vicissitudo. Quamobrem serite carnalia, sanctorum usibus faventes, ut ab iis spiritalia metatis. Sic enim fiet aequalitas, dum vos ab illis magna, et illi vicissim exigua recipient: habebitis enim cum exiguis magna, et illi vicissim cum magnis exigua. Haec, inquam, iusto emendatoque iure fiet aequalitas.

Devitantes hoc, nequis nos vituperet etc.

Haec aio non ut vobis patrociner; scio enim quomodo erga me affecti sitis; sed ut non solum coram Domino, verum etiam coram hominibus bene nos gerere videamur. Nam quod Deus testis sit nostri alacris erga vos servitii, non est ambiguum. Sed enim hominum quoque habenda ratio est, ne forte a dolosis ac fallacibus decipiantur. Sciendum vero est, eum qui Deo principaliter, deinde etiam hominibus placere velit, de numero non esse illorum qui hominibus proprie placere student: talis enim ille tantum est, qui hoc unum satagit ut mortalibus, Deo etiam fortasse invito, placeat.

Fratrem nostrum quem probavimus.

Hunc ob sua bona opera laudans, mox etiam ob caritatem erga illos extollit, semina praeiaciens amoris erga Corinthios, ut sic etiam maior fieret oblatio. Deinceps, postquam illorum ostendit virtutem, ut iis quoque bene fiat precatur.

Ipse autem ego Paulus obsecro vos.

Ipse ego magister vester qui haec scribo, obsecro vos per virtutem quam mihi Christus concessit (haec est autem mansuetudo et modestia) ut confidam absens obedientiae vestrae, inter vos autem versans humilis videar. Nam cum ad vos veniens invenero adhortationes meas in opus collatas, modesto animo multaque cum mansuetudine vobiscum versabor. Quamobrem rogo, ne praesens demum extolli debeam, et obiurgantis castigantisque magistri personam sumere: et ne cogar fiducia magistrali adversus aliquos asper fieri, qui me putant secundum carnem ambulare. Nonne enim secundum carnem nos conversari crederet aliquis, si forte putaret nos haud ipsius argumenti causa haec scribere,

Cap. VIII

μάννα γεγένηται· οὐδὲ τοῦ τὸ ὀλίγον ἔχοντος ἐλαττουμένου, οὐδὲ πλεονάζοντος τοῦ πολὺ ἔχοντος· ἀνισότης γὰρ μένει, ὅτ' ἂν τῶν ἁγίων ἐπουράνια καὶ μεγάλα ἐχόντων, ὑμῶν δὲ ἐπίγεια καὶ μικρὰ κεκτημένων, ἀντίδοσις μὴ γίνηται· ὅθεν σπείρατε σαρκικὰ ταῖς χρείαις τῶν ἁγίων κοινωνοῦντες, ἵνα θερίσητε ἐξ αὐτῶν τὰ πνευματικά· οὕτω γὰρ ἰσότης ἔσται προσλαμβανόντων ὑμῶν τῶν μεγάλων, κἀκείνων τῶν μικρῶν· ἕξετε γὰρ μετὰ τῶν μικρῶν τὰ μεγάλα, κἀκεῖνοι μετὰ τῶν μεγάλων μικρά· αὕτη δὲ ἰσότης ὑπαρχθήσεται κατὰ τὸ ἐπανορθωτικὸν δίκαιον.

Στελλόμενοι τοῦτο, μή τις ἡμᾶς μωμήσηται κ. τ. λ. — v. 20.

Ταῦτα γράφω οὐχ ὑμῖν ἀπολογούμενος· οἶδα γὰρ ὡς διάκεισθε περὶ ἡμῶν, ἀλλ' ὅπως ἡμεῖς μὴ μόνον ἐνώπιον κυρίου, ἀλλὰ καὶ ἀνθρώπων ἔργα ἀγαθὰ ἔχειν προνοώμεθα· ὅτι μὲν γὰρ ἐπίσταται θεὸς οἵα προθέσει ὑπηρετοῦμεν, οὐκ ἀμφιβάλλεται· ὅτι δὲ καὶ τῶν ἀνθρώπων προσήκει, ὅπως μὴ ἀπατηθῶσι πρὸς φενάκων καὶ σοφιστικῶν, σπουδάζειν δεῖ· ἰστέον δὲ ὅτι ὁ προτιθέμενος θεῷ προηγουμένως ἀρέσκειν εἶτα ἀνθρώποις, οὐκ ἀνθρωπάρεσκος, ἀλλ' ὁ αὐτὸ τοῦτο μόνον προῃρημένος θνητοῖς ἀποδέκτως ζῆν, κἂν μὴ θεὸς ἀποδέχηται. — cod. f. 389. b.

Τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν, ὃν ἐδοκιμάσαμεν. — v. 22.

Καὶ ἐγκωμιάσας αὐτὸν ἀπὸ τῶν οἰκείων κατορθωμάτων, καὶ ἀπὸ τῆς πρὸς ἐκείνους ἀγάπης ἐπαίρει, σπέρματα αὐτοῖς προαποτιθέμενος τῆς πρὸς Κορινθίους ἀγάπης, ὥστε καὶ ταύτῃ πλείονα γενέσθαι τὴν εἰσφοράν· καὶ λοιπὸν ἐπειδὴ ἀπέδειξεν αὐτῶν τὴν ἀρετὴν, παρακαλεῖ καὶ τὰ ὑπὲρ αὐτῶν. — cod. f. 388. b.

Αὐτὸς δὲ ἐγὼ Παῦλος παρακαλῶ ὑμᾶς.

Αὐτὸς ἐγὼ ὁ διδάσκαλος ὑμῶν καὶ γράφων τὰ προκείμενα, παρακαλῶ κατὰ ἀρετὴν ἥν Χριστός μοι δέδωκεν· ἔστι δὲ πρᾳότης καὶ ἐπιείκεια, θαῤῥῆσαι ἔτι μακρὰν τυγχάνων τῇ ὑποταγῇ ὑμῶν, ὡς ὀφθῆναί με ταπεινὸν παρόντα· ὅτ' ἂν γὰρ ἐπιδημήσας εὕρω τὰ τῆς προτροπῆς εἰς ἔργα μεταβαλόντας, μέτριος τὴν γνώμην σὺν πρᾳότητι πολλῇ συνδιατρίψω ὑμῖν· ὅθεν δέομαι μὴ παρὼν θαῤῥῆσαι οὕτως ὡς φέρειν πρόσωπον ἐλέγχοντος καὶ πλήττοντος διδασκάλου· ὅπως μὴ ἀναγκασθῶ τῇ σὺν παῤῥησίᾳ πεποιθήσει διδασκάλου τολμῆσαι κατά τινων λογιζομένων βαδίζειν ἡμᾶς κατὰ σάρκα· ἢ οὐ κατὰ σάρκα ἀναστρέφεσθαι νομίσειέν τις, ὅτ' ἂν οἰηθῇ μὴ τοῦ πράγματος χάριν ταῦθ' ἡμᾶς γεγραφέναι, ἀλλ' ὅπως δόξωμεν μεγάλοι — Cap. X. 1. cod. f. 392. a.

Cap. X. τινὲς εἶναι, ὑμῶν ὑπηκόων καὶ πλείονα συνεισφερόντων γινομένων; Θεὸς γὰρ μαρτυρεῖ καὶ ἀνθρώπων πλείονες, ὅτι τῆς διακονίας ὅπως δαψιλὴς γένηται, καὶ οὐκ ἄλλου τινὸς ἀνθρωπίνου χάριν, γέγονε τὰ τῆς συμβουλῆς.

v. 3. Ἐν σαρκὶ γὰρ περιπατοῦντες, οὐ κατὰ σάρκα στρατευόμεθα.

cod. f. 303. a. Τὸ προκείμενον νόησιν ἔχει τοῦ ἐν ἑτέρᾳ ἐπιστολῇ * γραφομένου ἔχοντος οὕτως· ἐπὶ γῆς περιπατοῦντες, ἐν οὐρανῷ ἔχομεν τὸ πολίτευμα· καὶ γὰρ ταυτὸν εἴη τὸ κατὰ σάρκα, καὶ ἐπὶ γῆς περιπατεῖν· καὶ τὸ μὴ κατὰ σάρκα στρατεύεσθαι, τοῦ τὸ πολίτευμα ἔχειν ἐν οὐρανῷ· κατὰ σάρκα δὲ στρατεύεσθαι λέγει οὐ πάντως τοὺς εἰς πόλεμον παρεσκευασμένους, ἀλλὰ γὰρ καὶ τοὺς σαρκίνους καὶ διὰ τοῦτο πεπραμένους ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν, οἷοι ἦσαν περὶ ὧν εἴρηται, οὐ μὴ καταμείνῃ τὸ πνεῦμά μου ἐν τοῖς ἀνθρώποις τούτοις διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς σάρκας *· οἱ τούτους ὑπεραναβεβηκότες ὡς τὸ φρόνημα καὶ τὰ ἔργα τῆς σαρκὸς, πάλιν κατὰ πνεῦμα στρατεύονται τῷ βασιλεῖ τῶν ὅλων Χριστῷ· διὸ ἵνα ἀρέσωσι τῷ στρατεύσαντι, οὐκ ἐμπλέκονται ταῖς τοῦ βίου πραγματείαις, τοῦτ' ἔστι ταῖς ὑλικαῖς· ἀμέλει γοῦν ἃ φέρουσιν ὅπλα, οὐκ αἰσθητὰ καὶ σωματικὰ, ἀσθενῆ γὰρ ταῦτα, ἀλλὰ δυνατὰ τῷ Θεῷ εἰσι· καθαιροῦσι γοῦν οἱ χρώμενοι τούτοις τὰς ὀχυρότητας τῶν ἀπατηλῶν λόγων πάνυ σοφιστικῶς κατεσκευασμένων πρὸς τῶν ἑτεροδόξων· ἀλλὰ καὶ τὰ ὄντα ἐν τοῖς λόγοις τούτοις ὑψώματα κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ ἐπαιρόμενα· οἱ γὰρ ἀντιταττόμενοι τῇ γνώσει τῆς ἀληθείας, ἀσεβῆ καὶ ἄθεα δόγματα παρεισάγοντες, τῇ δεινότητι τῶν λόγων φρούρια ὀχυρὰ οἰκοδομοῦντες, ἔνδον αὐτῶν χωροῦντες, ἡγοῦνται εἶναι ἀκαταμάχητοι· πρὸς τούτοις, ἃ διδασκαλικῶς δῆθεν σὺν φαινομένῃ ἀποδείξει προφέρουσι μάταιον ὕψος ἔχοντα, ψευδεῖ νοήσει ἐπαίρεται, ὡς ἀνωτέρω χωροῦντα τῆς ἐκκλησιαστικῆς γνώμης ὀνομαζομένης γνώσεως Θεοῦ· αὐτὸς γὰρ αὐτοῖς τοῖς ἀξίοις παρέχει· ἕνεκα γοῦν τοῦ καθαιρῆσαι τὰ προειρημένα ὑψώματα καὶ ὀχυρώματα, ἐνδυσάμενοι τὴν πανοπλίαν τοῦ Θεοῦ κατὰ πνεῦμα, τῷ εἰρημένῳ τρόπῳ στρατευόμεθα· διαλύομεν γοῦν τοὺς σοφιστικοὺς αὐτῶν λόγους, καὶ τὰ δόγματα διελέγχομεν· ἀμέλει γοῦν πᾶν νόημα τῶν ἠπατημένων κεκρατημένον ὑπὸ τῶν ἀπατεώνων· ἀλλὰ καὶ ἀνατραφὲν ἐν χώρᾳ τῇ ἐκείνων αἰχμαλωτίζοντες, φέρομεν πρὸς τὸ ὑπακοῦσαι τῷ Χριστῷ. Δυνατὸν ἐκλαβεῖν καὶ οὕτως·

* Phil. III. 20.

* Gen. VI. 3.

sed ut magnum aliquid videremur, vobis interim obedientibus, et plura conferentibus? Deus autem testis est et plerique homines, quod ut ministerium latius fieret, et non rei cuiuslibet humanae causa, hae vobis suasiones oblatae fuerunt.

In carne enim ambulantes, non secundum carnem militamus.

Verba haec eandem sententiam continent, quae in alia epistola ita se habet: in terra ambulantes, in caelo conversamur. Idem quippe est secundum carnem, quod in terra ambulare. Vicissimque perinde est non secundum carnem militare, ac in caelo conversari. Secundum carnem autem militare dicit, haud sane illos qui in bellum procedunt, sed carnales homines qui idcirco mancipati sunt peccato; cuiusmodi erant illi de quibus dictum fuit: non permanebit spiritus meus in hominibus his, quia carnes sunt. Qui autem supra haec se extollunt, id est supra carnis affectum et opera, hi vice versa secundum spiritum militant regi omnium Christo. Propterea ut imperatori suo placeant, non implicantur mundi negotiis, id est materialibus. Et sane quae ferunt arma, ea non sunt materialia et corporea (infirma enim haec) sed potentia Deo sunt. Qui ergo hoc armorum genere utuntur, destruunt fraudulentorum sermonum arces, quas arte prorsus sophistica heterodoxi construxerant. Sed et illorum orationis sublimitatem adversus scientiam Dei se extollentem difflant. Nam qui scientiae veritatis impia et athea dogmata obiiciunt, eloquentiae suae viribus munita castella aedificant, intra quae se concludentes, invicti sibi videntur. Insuper, ea quae deinde tamquam ex cathedra, cum apparente demonstratione pronunciant, vano tumore plena, falso sensu extolluntur, quasi superiora sint ecclesiasticae sententiae, quae appellatur scientia Dei, quia nempe hanc ipse dignis tribuit. Ergo ob destruendas praedictas arces ac munitiones, induentes Dei armaturam secundum spiritum, eo quem diximus modo militemus: dissolvamus sophisticos illorum sermones, et dogmata refutemus, omnem inquam opinionem hominum ab his deceptoribus sub erroris iugum missorum: sed et alumnos regionis illorum captivantes, ad Christi obsequium transferamus. Dictum apostoli isthoc etiam modo intelligi potest, id est: quamlibet

opinionem in qualibet doctrina expressam, necessario violenterque eo deducamus, ut omnino studeamus suadere obedientiam Christi. Sic enim illud Athenis inscriptum arae epigramma, quod plurium deorum intelligentiam praebebat, auctor huius epistolae pertrahens, ad ad unum verum Deum transtulit dicens: quem igitur ignorantes colitis, ego vobis nuncio: et quidem nomine ignoti, multitudinem deorum denotabat epigramma. Cum itaque omnis intellectus captivabitur in obedientiam Christi, tunc parati erimus ad contumaciam quamlibet ulciscendam. Sicut qui victo aliquo populo captivos ceperunt, ad eorum depopulandam regionem confidenter decurrunt. Haec autem addit his quae scripserat: cum impleta fuerit vestra obedientia, quae secundum faciem sunt speculamini. Varie autem intelligere licet locutionem hanc. Nam si imperative proferatur, ita significat: cum per assensum divino magisterio impleta fuerit obedientia vestra, o Corinthii, tunc faciem speculamini: sic enim dignoscetis homines ovina pelle vestitos, qui sunt intus lupi rapaces. Item dignoscetis germanos magistros, quibus dictum fuit: vos estis lux mundi. Ita vobis explorantibus, cognoscentur quinam sint deceptores, hosque expelletis: item quinam sint vere Christi apostoli, quibus etiam prompte obedire velitis. Dicto huic consonat alterum: a fructibus eorum cognoscetis eos. Quod si indicativo modo pronuncietur, secundum faciem speculamini, huiusmodi sensum reddit: de magistrorum qualitate, et discipulorum ingenio iudicatis, faciem semper loquentium spectantes, deceptique ab his qui exterioris tantum apparentiae curam gerunt. Si quis itaque, cum sit lupus, ovinam tantum pellem mentitur, hunc ceu pseudapostolum habete: eum vero qui propheta est, tamquam apostolum ac prophetam. Profecto quidam simulantes se Christi discipulos, re autem vera sodales eius qui se in angelum lucis transformat, errorem nonnullis vestrûm suaserunt, tamquam si mortuorum resurrectio non esset, neque anima superesset post suam a corpore separationem. Etiamsi igitur ambigua sit dictio: «secundum faciem speculamini» a magistro tradi praestat.

Qui autem gloriatur, in Domino glorietur.

Postquam satis reprehendit contraria docentes, qui se temere Christi esse gloriabantur,

πᾶν νόημα τὸ ὅπως ποτὲ ἔν τινι διδασκαλίᾳ φερόμενον, ἀνάγκῃ καὶ βίᾳ μετοικίζοντες πρὸς τὸ πεῖσαι ὑπακοῦσαι τῷ Χριστῷ φέρομεν· οὕτω γὰρ τὸ Ἀθήνησιν ἀνακείμενον βωμῷ ἐπίγραμμα, ἐμφαῖνον πολλῶν θεῶν νόημα, ἑλκύσας ὁ ταῦτα γράφων μετήνεγκεν εἰς τὸν μόνον ἀληθινὸν θεὸν φήσας*· ὃν οὖν ἀγνοοῦντες εὐσεβεῖτε, τοῦτον ἐγὼ καταγγέλλω ὑμῖν· ἀγνοούμενον δὲ πλῆθος θεῶν ἐδήλου τὸ ἐπίγραμμα· ὅτ' ἂν οὖν πᾶν νόημα αἰχμαλωτισθῇ εἰς ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ, τὸ τηνικάδε ἑτοίμως ἕξομεν κατὰ πάσης παρακοῆς ἐπαγαγεῖν ἐκδίκησιν· ὥσπερ οἱ αἰχμαλώτους λαβόντες ἐν τῷ νενικηκέναι ἔθνος τι θαῤῥαλέοι γίνονται εἰς τὸ κατασκάψαι τὴν χώραν ἐκείνων· τούτοις ἐπιφέρει πρὸς αὐτοὺς οἷς ἔγραφεν· ὅτ' ἂν ἡ ὑπακοὴ ὑμῶν πληρωθῇ, τὰ κατὰ πρόσωπον βλέπετε· διαφόρως δέ ἐστιν ἐπιστῆσαι τῇ λέξει ταύτῃ· εἰ μὲν γὰρ προστακτικῶς ἐκφέροιτο, σημαίνει τόδε· ὅτ' ἂν διὰ συγκαταθέσεως τῆς πρὸς τὴν θείαν διδασκαλίαν πληρωθῇ ὑμῶν ἡ ὑπακοὴ, ὦ Κορίνθιοι, τὰ κατὰ πρόσωπον σκοπεῖτε· οὕτω γὰρ γνώσεσθε τοὺς δορὰν προβάτου περικειμένους, ἔνδον ὄντας λύκους ἅρπαγας· καὶ τοὺς ὄντως γνησίους διδασκάλους, οἷς εἴρηται· ὑμεῖς ἐστε τὸ φῶς τοῦ κόσμου· οὕτω δὲ σκοπήσασιν ὑμῖν, γνωσθήσονται οἱ ἀπατεῶντες, οὓς καὶ ἐκβαλεῖτε, καὶ οἱ ἀληθῶς ἀπόστολοι Χριστοῦ, οἷς καὶ πεισθῆναι προθύμως ἐθελήσατε· τούτῳ συνᾴδει τὸ, ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς*· εἰ δὲ ὁριστικῶς ἐφέροιτο τὸ κατὰ πρόσωπον βλέπετε, τοιαύτην ὑποβάλλει νόησιν· τὴν διάθεσιν τῶν διδασκάλων, καὶ τῶν μαθητῶν τὴν δύναμιν κρίνετε, εἰς τὸ πρόσωπον ἀεὶ τῶν λεγόντων ἀτενίζοντες, ἀπατώμενοι πρὸς τῶν μόνης τῆς ἔξω φανείας* ἐπιμελουμένων· ἄν τις οὖν λύκος ὢν ἐπιψεύσηται εἶναι πρόβατον μόνον κώδιον ἐπιφερόμενος, τοῦτον δέχεσθε ψευδαπόστολον· καὶ τόνδε προφήτην ὄντα, ὡς ἀπόστολον καὶ προφήτην· ἀμέλει γοῦν τινες προσποιησάμενοι εἶναι Χριστοῦ μαθηταὶ, ἀληθείᾳ δὲ ὄντες γνώριμοι τοῦ μετασχηματιζομένου εἰς ἄγγελον φωτὸς, ἀπάτην ἐποίησαν παρ' ὑμῖν τισιν, ὡς οὐκ οὔσης ἀναστάσεως νεκρῶν, οὐδὲ τῆς λογικῆς ψυχῆς ἐπιδιαμενούσης μετὰ τὸν τοῦ σώματος χωρισμόν· ἀμφιβόλως τοίνυν ἔχοντος τὸ πῶς ἐξενήνεκται τὸ κατὰ πρόσωπον βλέπετε, τῆς προτέρας νοήσεως κρατούσης διδασκαλικῶς.

Ὁ δὲ καυχώμενος, ἐν κυρίῳ καυχάσθω.

Ἐλέγξας αὐτάρκως τοὺς τἀναντία διδάσκοντας ὡς μάτην αὐχοῦντας εἶναι Χριστοῦ, ἀναγκαίως

Cap. X.

* Act. XVII. 23

* Matth. VII. 16.

* cod. φανείας.

v. 17.

cod. f. 204. b.

Cap. X. ἐπήγαγεν δεῖν καυχᾶσθαι ἐν κυρίῳ τὸν ἀμέμπτως καὶ εἰλικρινῶς δόξης ἐφιέμενον· οὐ γὰρ ὁ ἑαυτὸν ἀποδεικνὺς εἶναι δόκιμον, πάντως ἐςὶ τοιοῦτος, ἀλλ' ὃν ὁ κύριος διὰ μαρτυρίας συνέςησεν· ἀμέλει γοῦν ὁ περὶ αὐτὸν λόγος φαρισαῖος * φήσας *, οὐκ εἰμὶ ὡς οἱ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων, οὐ δόκιμος ἀλλ' ἀδόκιμος ὤφθη, δικαιωθέντος παρ' αὐτὸν τοῦ ἐξαγορεύσαντος τὰ ἴδια ἁμαρτήματα τελώνου· οἱ δὲ ἅγιοι δόκιμοι καὶ ἀναντίρρητοι τυγχάνουσιν συσταθέντες ὑπὸ θεοῦ· τῷ γοῦν γράφοντι τὰ προκείμενα ἐμαρτύρησεν εἰπὼν περὶ αὐτοῦ τῷ Ἀνανίᾳ· σκεῦος ἐκλογῆς μοι ἐςὶν οὗτος *· ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀποστόλοις πᾶσιν ἡ ὑπὸ τοῦ σωτῆρος γενομένη ἐκλογὴ μαρτυρεῖ· ὡς καὶ αὐτοὺς μὴ ἑαυτοὺς συνεστακέναι, ἀλλ' ἐκ θεοῦ ἐσχηκέναι τοῦτο.

* Luc. XVIII. 11. * Ita cod. * Act. IX. 15.

Cap. XI. 1. Ὤφελον ἀνείχεσθέ μου μικρὸν ἀφροσύνης.

cod. f. 349. b. Δείξας ὡς οὐ σοφῶν ἀλλ' ἀφρόνων ἐστὶ τὸ αὐτοὺς ἐπαινεῖν, καὶ ὅτι Κορίνθιοι μᾶλλον ὑπὸ τῶν τοιούτων ψυχαγωγοῦνται, φησὶ πρὸς αὐτούς· ὤφελον ἀνείχεσθέ μου λέγοντος περὶ ἑαυτοῦ, ὃ κἀκεῖνοι λέγουσι περὶ ἑαυτῶν· καὶ γὰρ ἔχων ἀληθῆ πολλὰ γράφειν, παρῃτησάμην ἄν, ἐπιστάμενος ὡς ἀφρόνων τυγχάνει τὸ περιαυτολογεῖν· ἀλλ' ἐπεὶ ἀνέχεσθε τῶν οὕτω λεγόντων, ἐρῶ κἀγώ, οὐχ ὅπως ἔπαινον θηρεύσω, ἀλλ' ὠφελείας ὑμῖν αἴτιος γένωμαι· κατὰ θεὸν γὰρ ὑμᾶς ζηλῶ, οὐ βουλόμενος φθαρήσεσθαι τὰ νοήματα ὑμῶν πρός τινος τῶν κακὰ λεγόντων· καὶ ἀκολούθως γε τὸν προειρημένον ζῆλον ἔχω· ἐπείπερ τῷ ἀληθῶς ἑνὶ ἀνδρὶ Χριστῷ ἐμνηστευσάμην τὴν ἐκκλησίαν ὑμῶν, οὖσαν παρθένον ἁγνήν· δέος δέ, μὴ ὡς τὴν μητέρα τοῦ γένους ἡμῶν ἔφθειρεν ὁ ὄφις πανουργίᾳ χρησάμενος, φθαρῆτε καὶ ὑμεῖς ὑπὸ ψευδοδιδασκάλων δι' ἀκεραιότητα ἣν ἔχετε· εὐφήμως δὲ ταύτην εὐχέρειαν οὖσαν ἁπλότητα ὠνόμασεν· γνώσεται δέ τις ὡς πανουργίᾳ τοῦ ὄφεως ἐξηπατήθη Εὔα, ἐπιστήσας ὡς παρεποίησε τὴν θείαν ἐντολὴν τοῦ θεοῦ εἰπόντος, ἀπὸ παντὸς ξύλου τοῦ ἐν τῷ παραδείσῳ· τὸ γὰρ προσταγέν, καθόλου εἰς τὸ ἀντικείμενον σοφιστικῶς μετήγαγεν 1).

v. 7. Ἢ ἁμαρτίαν ἐποίησα, ἐμαυτὸν ταπεινῶν;

cod. f. 350. b. Ἢ δοκεῖτε ὅτι δωρεὰν τὸ εὐαγγέλιον ὑμῖν διακονήσας, ἥμαρτον ἐμαυτὸν ταπεινῶν; κατηγόρησα ἐμαυτοῦ, ὅπως δόξησθε ὑψοῦσθαι, ἐπὶ τῷ δῆθεν ἀληθεύειν κατ' ἐμαυτοῦ ὡς ἡμαρτηκότος, ἐπεὶ μὴ ἔλαβον μισθὸν τοῦ εὐαγγελίου· ἴστε δὲ

necessario addidit oportere gloriari in Domino eum qui irreprehensibiliter pureque gloriam appetit. Non enim qui se ostentat quasi probatum, prorsus talis est, sed quem Dominus testimonio suo commendaverit. Certe ille pharisaei sermo quo aiebat: non sum sicut ceteri hominum, haud probatus sed improbatus potius apparuit, iustificatus autem prae ipso is qui propria peccata confessus fuerat publicanus. Quippe sancti probati sunt et extra controversiam positi, si a Deo commendentur. Et quidem huius epistolae auctori testatus est Dominus de ipso loquens ad Ananiam: vas electionis est mihi iste. Sed et de cunctis apostolis a Salvatore facta electio testatur, non ipsos semet commendavisse, sed a Deo id munus accepisse.

Utinam sustineretis modicum quid insipientiae meae!

Quum iam ostendisset non esse sapientium morem sed insipientium laudes proprias canere, et Corinthios his potissimum delectari, ait illis: utinam sustineretis me pro me ipso dicentem ea, quae illi pro se loquuntur! Sane quum vera multa haberem scribere, abnuebam id, sciens esse stultorum consuetudinem de se ipsis loquendi. Sed quoniam sustinetis qui sic loquuntur, dicam et ego; non ut laudem vener, sed ut aliquam vobis adferam utilitatem. Quippe secundum Deum vos zelor, nolens mentes vestras corrumpi a quoquam prave loquente. Meritoque praedictum zelum habeo, quia uni vere viro Christo despondi ecclesiam vestram virginem castam. Subit autem me timor, ne sicut matrem generis nostri serpens calliditate utens corrupit, vos quoque a pseudomagistris corrumpamini propter vestram simplicitatem. Honesto scilicet verbo eam, quae levitas erat, nuncupavit simplicitatem. Cognoscet autem quilibet serpentis astutia deceptam fuisse Evam; animadvertens ipsum pervertisse mandatum Dei qui dixerat: ex omni ligno paradisi: quod enim mandatum fuerat, in contrarium prorsus sophistico astu convertit.

Aut numquid peccatum feci, me ipsum humilians?

An putatis, quod quia gratis evangelium vobis ministravi, peccaverim me ipsum humilians? Memet accusavi, ut vos extolli videamini, veraciter dicendo me peccasse, quia mercedem evangelii non accepi. Scitis autem,

1) Gen. II. 16. *Praecepitque ei Deus: ex omni ligno paradisi comede.* Mox cap. III. 1. serpens: *cur praecepit vobis Deus ut non comederetis de omni ligno paradisi?*

quod non solum cum discessi a vobis renui quicquam accipere, sed et praesens in patria vestra, quum mihi necessaria deessent nolui vos gravare, aliis interim ecclesiis mihi victum suppeditantibus. Nam et qui ex Macedonia venerunt fratres, necessitatibus meis subvenerunt. Haec ego constanti fiducia dico cunctis Achaiae ecclesiis. Retinebo autem hoc propositum, ut nulla re in posterum, sicut nec antea, gravis sim.

Ut amputem occasionem eorum qui volunt occasionem.

Haud enim ex odio id agimus, sed ut amputemus praetextum quemlibet cupientibus ansam calumniandi arripere: ut si et hi impostores nihil forte a quoquam acceperint, evadant nobis similes. Non enim nos similes illis, sed ipsi similes nobis comperientur. Quod si libere veritas dicenda est, apparenter tantum similes nobis comperientur. Etenim nos sincero proposito, praedictam agendi rationem suscepimus; illi autem ficta honesti persona sumpta, non tales esse sed tales videri student.

Nam eiusmodi pseudapostoli, operarii subdoli.

Veri apostoli, operarii absque ullo adiectivo dicti sunt illic: rogate ergo dominum messis, ut operarios mittat. Praeterea: dignus est operarius alimonia sua. Hi vero, de quibus scribo, dicuntur nunc operarii subdoli: in alia autem epistola operarii mali nuncupatur. Transfigurant ergo se in Christi apostolos, cum tales non sint, sed externo tantum habitu illudant: idem habentes institutum ac pseudoprophetae, qui cum sint mente lupi rapaces, vellus sibi circumponunt ut oves esse videantur. Sic de iis loquens, ostendit non esse incredibile quod ait. Nam si ille, qui horum improbitatis causa est, diabolus scilicet, simulat se angelum esse lucis, cum sit tenebrarum, consequenter illi qui ab eo ad fallendum incitantur, transformant se, ut simplicibus videantur iustitiae ministri. Sciendum tamen est, nonnisi abusive dici transfigurari Satanam in angelum lucis. Etenim proprie transfiguratio de corporibus dicitur, quae in alia corpora demutantur. Itaque haec dictio denotat eum potius qui se in lucem transformat, quum sit ceteroqui inscitia tenebrisque plenus. Quod si ex tenebrisque constare quis existimet eum qui se transformat in angelum lucis, caveat putare hunc substantialiter

Cap. XI.

ὅτι οὐ μόνον ἀποδημῶν ὑμῶν παρῃτησάμην λαβεῖν τι, ἀλλὰ καὶ παρὼν τῇ πατρίδι ὑμῶν, ὑστερηθεὶς τῶν ἀναγκαίων ἐπιλειψάντων, οὐ φορτικὸς γεγένημαι, ἄλλων ἐκκλησιῶν τὴν χρείαν ἀποπληρωσασῶν· καὶ γὰρ οἱ ἀπὸ Μακεδονίας πρός με ἐλθόντες ἀδελφοὶ, τὰ πρὸς τὰς χρείας παρέσχον· αὕτη δὲ ἡ παῤῥησία σώζεταί μοι πρὸς πάσας τὰς τῆς Ἀχαΐας ἐκκλησίας· φυλάξω δὲ αὐτὴν ταύτην τὴν πρόθεσιν, ἵνα ἐν παντὶ ἀβαρῆ ὥσπερ ἐτήρησα ἐμαυτὸν καὶ τηρήσω.

v. 12. Ἵνα ἐκκόψω τὴν ἀφορμὴν τῶν θελόντων ἀφορμήν.

cod. f. 399. a. Οὐ γὰρ μισοῦντες τοῦτο πράττομεν, ἀλλ᾽ ἵνα ἐκκόψωμεν πᾶσαν πρόφασιν τῶν ποθούντων ἀφορμὰς εὑρίσκειν διαβολῆς· ἵνα κἂν αὐχεῖν δοκῶσι τὸ μὴ λαμβάνειν τι παρά τινος οἱ ἀπατεῶνες, εὑρεθῶσιν ὡς καὶ ἡμεῖς· οὐ γὰρ ἡμεῖς, ὡς ἐκεῖνοι, ἀλλ᾽ αὐτοὶ ὡς ἡμεῖς εὑρεθήσονται· εἰ δὲ ἔστιν ἀληθεύοντα παῤῥησιάσασθαι, τῷ δοκεῖν ὡς ἡμεῖς εὑρίσκονται· ἡμεῖς γὰρ ἀληθεῖ προθέσει μετερχόμεθα τὴν λεχθεῖσαν οἰκονομίαν· αὐτοὶ δὲ ἐπιμορφαζόμενοι τὸ καλὸν, οὐκ εἶναι τοιοῦτοι, ἀλλὰ δοκεῖν εἶναι ποθοῦντες.

v. 13. Οἱ γὰρ τοιοῦτοι ψευδαπόστολοι, ἐργάται δόλιοι.

cod. f. 399. b. Οἱ τῷ ὄντι ἀπόστολοι, ἐργάται ἄνευ προσθήκης εἴρηνται ἐν τῷ, δεήθητε οὖν τοῦ κυρίου τοῦ θερισμοῦ, ἵνα ἐργάτας ἐμβάλῃ *· καὶ ἔτι, ἄξιος ὁ ἐργάτης τῆς τροφῆς αὐτοῦ *· οὗτοι δὲ περὶ ὧν γράφω, ἐνταῦθα μὲν ἐργάται δόλιοι· ἐν ἄλλῃ δὲ ἐπιστολῇ ἐργάται κακοὶ ὀνομάζονται *· μετασχηματίζονται οὖν εἰς ἀποστόλους Χριστοῦ, οὐκ ὄντες τοιοῦτοι, ἀλλὰ σχήματι μόνῳ ἀπατῶντες· προαίρεσιν τὴν αὐτὴν ἔχοντες τοῖς ψευδοπροφήταις, οἱ τὴν γνώμην λύκοι ἅρπαγες ὄντες, περιβάλλονται κώδια, ἵνα δόξωσιν εἶναι πρόβατα· τοῦτο εἰπὼν περὶ αὐτῶν, δεικνυσὶν ὡς οὐ παράδοξον τὸ εἰρημένον· εἰ γὰρ ὁ αἴτιος τυγχάνων τοῦ τοιούτους αὐτοὺς εἶναι, διάβολος δὲ οὗτος, ὑποκρίνεται ἄγγελος εἶναι φωτὸς, σκότους ὑπάρχων, ἀκολούθως οἱ πρὸς αὐτοῦ εἰς τὸ πλανᾷν ἐνεργούμενοι, μεταχαράττουσιν ἑαυτοὺς ὡς ὑποληφθῆναι ἀκεραίοις ὅτι διάκονοι δικαιοσύνης εἰσίν· ἰστέον ὅτι τὸ μετασχηματίζεσθαι τὸν σατανᾶν εἰς ἄγγελον φωτὸς, καταχρηστικώτερον εἴρηται· κυρίως γὰρ μετασχηματισμὸς ἐπὶ σωμάτων ἀμειβόντων τὰ σώματα κατηγορεῖται· μᾶλλον οὖν ἡ προκειμένη λέξις δηλοῖ τὸν ἐπιμορφαζόμενον τὸ φῶς, ἀγνοίας καὶ τοῦ λοιποῦ σκότου πλήρη * ὄντα· ἐὰν δὲ σκότους ἀκούῃ τις εἶναι τὸν μετασχηματιζόμενον εἰς ἄγγελον φωτὸς, μὴ κατ᾽ οὐσίαν

* Matth. IX. 38.
* I. Tim. V. 18.
* Phil. III. 2.
* cod. πλήρεις.

Cap. XI.

εἶναι αὐτὸν τοιοῦτον ὑπολαμβανέτω· ἀσεβὴς γὰρ ἡ δόξα αὕτη, μανιχαϊκὴ οὖσα· ὁ γὰρ διάβολος ἰδίᾳ προθέσει κακὸς, καὶ σκότος ἐστίν· ὡς αὖ ἰδίᾳ προαιρέσει χάριν τοῦ ἀπατῆσαι ὑποκρίνεται τὸ φῶς, ἵν' ἀρετὴν καὶ γνῶσιν ἔχειν νομισθῇ· κἂν τοίνυν ἀπατῶσι τινὰς τῷ μετασχηματίζεσθαι εἰς τὰ προειρημένα, ἀλλ' οὖν τέλος κατάλληλον τοῖς πράττουσιν ἕξουσι σὺν διαβόλῳ εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον ὡς διάκονοι αὐτοῦ ἀπελευσόμενοι.

esse talem. Nam sententia huiusmodi impia est, utpote manichaica. Diabolus quidem proprio proposito malus est et tenebrae: quare suapte voluntate, ut alios decipiat, lucem simulat, ut virtutem ac scientiam habere credatur. Etsi igitur pseudapostoli deceperint nonnullos, transfigurando se in praedictas formas, attamen finem operibus parem nanciscentur, cum diabolo in ignem aeternum tamquam illius ministri abituri.

v. 21.

Ἐν ἀφροσύνῃ λέγω.

cod. f. 401. a.

Ἡ ἐνταῦθα λεγομένη ἀφροσύνη, οὐ καθάπαξ ἐστὶ τοιαύτη· οἰκονομικῶς γὰρ ἐπιτελουμένη, σφοδροτάτης συνέσεως ἐστὶ πλήρης· ἀποδίδωσι πρὸς τὸ, ἐπεὶ πολλοὶ καυχῶνται κατὰ σάρκα, κἀγὼ καυχήσομαι· τὸ, ἑβραῖοί εἰσι καὶ ἰσραηλῖται καὶ Ἀβραὰμ σπέρμα; κἀγώ· προηγουμένη δὲ αὐτῷ δόξα τὸ πνευματικῶς εἶναι ταῦτα.

In insipientia dico.

Quae hic dicitur insipientia, haud omnino talis est; immo sic prudenter adhibita, exquisitae sapientiae plena est. Refertur ad illud: quoniam multi gloriantur secundum carnem, gloriabor et ego. Hebraei sunt, et Israhelitae atque Abrahami semen? et ego. Ceterum praecipua eius gloria est, quod spiritaliter haec intelliguntur.

Cap. XII. 2.

Οἶδα ἄνθρωπον ἐν Χριστῷ πρὸ ἐτῶν δεκατεσσάρων κ. τ. λ.

cod. f. 402. b.

Μετελήλυθεν εἰς τὸ ἀπαγγεῖλαι ὑπαρχθείσας θεοπέμπτους ὀπτασίας καὶ ἀποκαλύψεις· καὶ ταύτας μὲν ἐπὶ μέγεθος θεότητος ἐμφαίνων οὐχ ἑαυτῷ προσῆψεν, ἀλλ' ὡς περὶ ἑτέρου ἀπαγγέλλει, τὰ τῆς ἀσθενείας καυχήματα εἰς ἴδιον πρόσωπον τάξας· εἰκότως δὲ τῷ ἐν Χριστῷ ἀνθρώπῳ ἀνέθηκε τὴν ἐγκειμένην θεωρίαν, ἵνα δείξῃ ὅτι οὐχ ἑτέρως ἐστὶν ἀξιωθῆναι τηλικούτων, ἀλλ' ἐν θεῷ λόγῳ σοφίᾳ τε καὶ ἀληθείᾳ καὶ ἁγιασμῷ, γεγενημένῳ· πάντα γὰρ ταῦτα ὁ Χριστός ἐστιν· οὗτος ὁ ἐν Χριστῷ ἄνθρωπος ἡρπάγη ἕως τρίτου οὐρανοῦ καὶ ἐν τῷ παραδείσῳ· πότερον ἐν σώματι ἢ ἐκτὸς τούτου, οὐκ οἶδα· καὶ ὁ μέν τις ἐρεῖ ἑκατέρως δυνατῶς ἔχειν τὸ γραφόμενον· ἡρπάγη γὰρ καὶ Ἠλίας ἐν σώματι τυγχάνων· καὶ ἀνελήφθη Ἀμβακοὺμ ἀπὸ τῆς Ἱερουσαλὴμ εἰς τὴν Βαβυλῶνα τὸ σῶμα φορῶν, μετεωρισθεὶς ὑπὸ ἀγγέλου βουλήσει θεοῦ· ἕτερος δέ φησιν, ὥσπερ ἐπὶ γῆς τις περιπατῶν, ἐν οὐρανῷ τὸ πολίτευμα ἔχειν δύναται, ἀλλὰ καὶ συγκαθίσαι Χριστῷ ἐν τοῖς ἐπουρανίοις· οὕτω περικείμενός τις τὸ σῶμα ἔτι, οἷός τέ ἐστι, νοῦ* ὀπτασίᾳ ποδηγούμενος ἐν οὐρανῷ καὶ τῷ παραδείσῳ γενέσθαι· ἄλλος δέ τις ἐρεῖ, ὅτι εἴ τε ἐν σώματι εἴ τε ἐκτὸς τοῦ σώματος, γράφειν αὐτὸν οὐ περὶ τοῦ ἰδίου σώματος, οὗ περίκειται ἡ ψυχὴ, ἀλλὰ περὶ τοῦ καθόλου· ἵν' ᾖ τὸ λεγόμενον τοιοῦτο· ἡρπάγη ἕως τρίτου οὐρανοῦ καὶ εἰς τὸν παράδεισον· πότερον δὲ σῶμα ταῦτα, ἢ

* cod. νῷ.

Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim etc.

Transit ad annunciandum eas, quae oblatae sibi fuerant, visiones ac revelationes, et has quidem ex magnitudine Dei manifestans, haud sibi tribuit, sed tamquam de alio narrat; cum tamen infirmitatis gloriationes in propria persona constituerit. Merito autem homini, qui in Christo erat, praesentem visionem adtribuit, ut demonstret, non aliunde posse quemquam tali re fieri dignum, nisi qui in Deo Verbo ac sapientia et veritate atque sanctitate versetur. Cuncta enim haec Christus est. Hic in Christo homo raptus fuit usque ad tertium caelum et in paradisum. Utrum in corpore, inquit, an extra illud, nescio. Et quidem aliquis dicet, utrumque esse possibile quod scribitur. Namque Helias raptus est, in corpore adhuc existens: et Abacucus translatus fuit Hierosolymis Babylonem corpus gerens, sublimiter ab angelo delatus voluntate Dei. Alius autem interpres dicit: sicut in terra aliquis ambulans, in caelo conversari potest, immo et Christo adsidere in caelestibus; ita aliquem adhuc suo corpore indutum, posse mentis visione in caelum duci et in paradiso versari. Alius adhuc dicet verba « sive in corpore sive extra corpus » scribi a Paulo non de proprio corpore, quo circumdatur anima, sed de universo; ita ut huius dicti sensus sit: raptus est in tertium caelum et in paradisum: utrum vero

haec sint corpora, an secus, nescio: etenim rei huius scientia ad patrem sapientiae Deum pertinet. Verba quoque usque ad tertium caelum habent ambiguitatem. Significatur enim hac ambiguitate modo plures esse caelos, e Paulum usque ad tertium venisse, ut eius loci negotia videret. Hoc autem tertium numeretur a firmamento, quod est primum caelum supputantibus omnia. Alioqui, si unum credatur caelum, usque ad tertiam eius partem pervenisse intelligitur. Utra porro sententia verior sit, Deus utique scit, atque ille cui is revelaverit. Simul autem duo raptus demonstrantur, nempe usque ad tertium caelum, et usque ad paradisum. Insuper dicendum est, nihil Paulum loqui de tertio caelo, quod nempe aliquid ibi audierit aut viderit. Nam quod nunciat se audisse ibi ineffabilia verba quae non licet homini loqui (nisi forte intelligat aliquis complexivam esse dictionem, audivi verba ineffabilia in tertio caelo, vel tertia parte caeli vel in paradiso) quomodocumque, inquam, hoc se habeat, declaratur hinc scholam divinarum doctrinarum esse paradisum. Quid autem designat dictio « ineffabilia verba? » Sciendum, quod quatenus haud syllabis sonisque utitur qui ea loquitur, ineffabilia sunt: quatenus autem veritatem habent, in divina intelligentia subsistentiam habentia, verba sunt. Audiuntur haec autem non sensu excipiente, sed divinae mentis contemplatione. Prorsus itaque Deus ipse Verbum Christus cum sit, non Paulo sed in Paulo loquitur; parique ratione docebat in singulis quoque prophetis existens. Si ergo in sanctis loquitur Salvator, ineffabilia sunt quae dicuntur; nam si effabilia essent, utique aurem verberarent illorum quibus loqueretur. Recte autem dici potest, non licere homini ea loqui: et audire utique hominem ea posse illuminatum intellectum habentem; loqui tamen non posse voce ac syllabis: his enim organis homines loquentes fiunt.

Cap. XII.

ἀσώματον, οὐκ οἶδα· ἀνάκειται γὰρ ἡ εἴδησις τούτων τῷ πατρὶ τῆς σοφίας θεῷ. Ἔχει δὲ καὶ τὸ ἕως τρίτου οὐρανοῦ ἀμφιβολίαν· σημαίνεται γὰρ ἐκ τῆς ἀμφιβολίας ὁτὲ μὲν τὸ πλειόνων ὄντων οὐρανῶν, ἕως τρίτου γεγονέναι αὐτὸν ἐπὶ τῷ τὰ ἐκεῖσε πράγματα κατανοῆσαι· ἀριθμείσθω δὲ οὗτος ἀπὸ τοῦ στερεώματος· οὗτος γὰρ πρῶτος οὐρανὸς τοῖς ἀναλαμβανομένοις ἅπαντα· ὁτὲ δὲ τὸ, ἑνὸς ὄντος οὐρανοῦ, μέχρι τρίτου μορίου αὐτὸν ἐφθακέναι· ὁποτέρως δὲ ἔχει, θεὸς ἂν εἰδείη, καὶ ᾧ ἂν αὐτὸς φανερώσῃ· ὅμως δύο ἁρπαγαί εἰσι δηλούμεναι, ἕως τρίτου οὐρανοῦ, καὶ ἕως εἰς τὸν παράδεισον· λεκτέον δὲ πρὸς τοῖς εἰρημένοις, ὡς οὐδὲν εἶπεν περὶ τοῦ τρίτου οὐρανοῦ ὡς ἀκηκοώς τι ἢ θεασάμενός ἐστι· περὶ γὰρ τοῦ ἀπαγγείλαντος ὡς ἤκουσεν 1) ἐν αὐτῷ ἄῤῥητα ῥήματα ἃ μὴ δυνατὸν ἀνθρώπῳ εἰπεῖν, εἰ μὴ ἄρα κατὰ κοινοῦ τις λάβῃ τὸ ἤκουσα ῥήματα ἄῤῥητα ἐν τῷ τρίτῳ οὐρανῷ ἢ οὐρανοῦ, καὶ εἰς τὸν παράδεισον· ὁποτέρως δ' ἂν ἔχοι δηλοῦται, ὅτι παιδευτήριον θείων μαθημάτων ὁ παράδεισός ἐστι· τί δὲ βούλεται καὶ τὰ ἄῤῥητα ῥήματα; ἰστέον ὅσον ἐπὶ τῷ μὴ συλλαβαῖς καὶ φωναῖς χρᾶσθαι τὸν λέγοντα αὐτὰ, ἄῤῥητα τυγχάνειν· ὅσον δὲ ἔχουσι τὸ ἀληθὲς, ἐν θείᾳ νοήσει τὴν ὑπόστασιν ἔχοντα, ῥήματά ἐστιν· ἀκούεται δὲ ταῦτα οὐκ αἰσθήσεως ἀντιλήψει, ἀλλὰ θεωρίᾳ νοήσεως θείας· ἀμέλει γοῦν ὁ θεὸς λόγος αὐτὸς ὢν ὁ Χριστὸς, οὐ Παύλῳ, ἀλλ' ἐν Παύλῳ λαλεῖ· οὕτω δὲ ἐδίδασκεν καὶ πρὸς ἕκαστον τῶν προφητῶν γινόμενος· εἰ τοίνυν ἐν τοῖς ἁγίοις λαλεῖ ὁ σωτὴρ, ἄῤῥητά ἐστι τὰ λεγόμενα· εἰ γὰρ ῥητὰ ἦν, ἔπληττεν αὐτῶν τὴν ἀκοὴν, καὶ οὐκ ἐν αὐτοῖς ἐλάλει· εὖ δὲ καὶ τὸ εἰπεῖν, οὐκ ἐξὸν ἀνθρώπῳ λαλῆσαι, ἀκοῦσαι μὲν γὰρ ἀνθρώπῳ δυνατὸν νόησιν πεφωτισμένην ἔχοντι· λαλῆσαι δὲ αὐτὰ ἀδύνατον φωναῖς καὶ συλλαβαῖς· τούτων γάρ εἰσι λαλητικοί· τὸ ἐξὸν ἀντὶ τοῦ δυνατὸν εἴρηται, οὐκ ἐνταῦθα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν ἑτέραις ἐπιστολαῖς τοῦ ταῦτα γράφοντος· τὸ γὰρ, πάντα ἔξε-

1) Theodorus mopsuestenus, in eodem quo Didymus codice, haec inedita scribit: τὸ ἤκουσεν, ὡς ἀπὸ τῆς ἀποκαλύψεως εἶπεν, ἐξ ἧς δίκην ἀκοῆς τὴν γνῶσιν αὐτῶν δεξάμενος. οἷόν ἐστι τὸ τοῦ προφήτου· τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν; ἀκοὴν λέγοντος τὴν ἀποκάλυψιν, δι' ἧς ὥσπερ διά τινος ἀκοῆς τῶν προσηκόντων τὴν γνῶσιν ἐλάμβανεν· τὰ δὲ ῥήματα, πράγματα εἶναι φησίν· ἑωρακέναι γὰρ αὐτὸν τοῦ παραδείσου τὸ κάλλος εἰκὸς, καὶ τὰς ἐν ἐκείνῳ τῶν ἁγίων χορείας, καὶ τὴν παναρμόνιον τῆς ὑμνῳδίας φωνήν: *vocabulum « audivit » tamquam de revelatione dicit, quasi rerum illarum notitiam auditu percepisset. Quale est illud prophetae* (*Is. LIII.* 1.) *quis credidit auditui nostro? auditum dicentis pro revelatione, per quam, tamquam ex auditione quadam, quod sibi opus erat intellexerat. Verba autem pro rebus dicit: nempe se paradisi vidisse pulchritudinem, ibique sanctorum choreas, et suavissimam hymnodiae vocem.*

Cap. XII. στιν, ἀλλ' οὐ πάντα συμφέρει· ἴσον ἐστὶ τῷ πάντα δυνατὰ, ἀλλ' οὐ πάντα συμφέρει *· εἰπὼν δὲ τὰς θείας ἀποκαλύψεις καὶ ὀπτασίας, ἀναγκαίως ἐπήγαγεν· ὑπὲρ τοιούτου ὄντος ἐν Χριστῷ ἀνθρώπου καυχήσομαι, ὑπὲρ δ' ἐμαυτοῦ ἐν μόνοις τοῖς προειρημένοις ἀσθενήμασι παῤῥησιάζομαι· ταῦτα δὲ λέγων, οὐκ ἄλλος ἐστὶν τοῦ θεωρήσαντος τὰς ὀπτασίας· πλὴν εἰ καὶ ὁ αὐτός ἐστιν, ἐπινοίᾳ διαφέρει, πῆ μὲν νοούμενος ὡς ἄνθρωπος ἀσθενὴς διὰ τὴν τῆς συγκαταβάσεως πρόθεσιν· πῆ δὲ ὡς ὑπεραναβεβηκὼς, καὶ ἐν Χριστῷ ὢν διὰ τὴν θεωρίαν 1).

* 1. Cor. VI. 12.

Nimirum «licet» pro possibili positum est, non heic solum, verum etiam in aliis Pauli epistolis, veluti: omnia licent, sed non omnia expediunt, idem valet quod, omnia possibilia sunt, sed non omnia expediunt. Narratis autem divinis revelationibus atque visionibus necessario addidit: pro huiusmodi in Christo homine gloriabor; ad me quod adtinet, in solis infirmitatibus meis fiducia efferar. Atqui haec dicens, haud alius est, quam qui visiones spectavit. Etsi vero idem est, mentis tamen conceptu differt, modo quidem reputatus tamquam homo infirmus, propter humilitatis propositum: modo autem superna scandens et homo in Christo propter contemplationem.

v. 7. Καὶ τῇ ὑπερβολῇ τῶν ἀποκαλύψεων ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι κ. τ. λ.

Et ne magnitudo revelationum extollat me etc.

cod. f. 401. a. Ἕτεροι δὲ μὴ 2) βουλόμενοι ἀφορμὴν διδόναι, καὶ μηδένα τρόπον ἰσχύειν τὸν πονηρὸν ἐμποιεῖν τινὰ νοσήματα, μηδὲ ἀνεχόμενοι τοὺς τελείους ἄνδρας περὶ πολλοῦ ποιεῖσθαι τὴν τοῦ σώματος ὑγείαν, ἴσασι γὰρ κατεξανίστασθαι τῶν ἐπιπόνων, φάσκουσι· πολλὰς καὶ μεγάλας θεωρίας εἰληφώς τις, εἰ μὴ νύττοιτο ὑπὸ ἀνθρωπίνης ἀσθενείας, μέγα φρονῆσαι ἐφ' ἑαυτῷ· ὅπως ἂν μὴ ἔχοι χώραν, ἡ φρουροῦσα τὸ ἡγεμονικὸν θεοῦ δύναμις, πολλάκις οἰκονομεῖ 3) τὸν φρουρούμενον

Alii vero nolentes occasionem dare, nulloque modo diabolo concedentes efficiendi infirmitates copiam, nec denique tolerantes a perfectis hominibus sedulam curam corporalis valetudinis geri; sciunt enim reluctari eos molestis rebus; dicent: siquis multas magnasque visiones recipiat, nisi idem ab humana infirmitate compungatur, magnopere sibi confidet. Quod ne eveniat, custos arbitrii nostri Dei virtus, saepe dat prudenter operam, ut ille quamvis prote-

1) In hoc codicis folio 403. b. subscribitur minutiore littera scholion Alexandri nicaeni episcopi, quod ideo heic saltem graece adscribo, ut novo eruditi hominis nomine litterariam historiam augeam. Ad eius biographiam quod adtinet, breviter narrat Lequinius Or. christ. T. I. col. 643, vixisse hunc sub Constantino porphyrogenito episcopum, a quo praepositus fuit byzantinae rhetorum scholae instaurandae, quae valde iacebat. Sic ergo se habet scholion. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΝΙΚΑΙΑΣ. Τί; ἃ οὐκ ἐξὸν λαλῆσαι, πῶς νοητέον; πότερον ὡς τοῦ θείου μὴ πρὸς ἄλλον τινὰ τοιαῦτα δηλώσαντος; διὰ δὲ τὸν Παῦλον αὐτὸν μόνον ὑπὲρ ἄνθρωπον καὶ τὸν ζῆλον ἐπιδειξάμενον καὶ τὸ κήρυγμα; ἢ ὡς τοῦ Παύλου τὰ ἠκουσμένα δεδοικότος εἰπεῖν, καὶ διὰ τὸ μέγεθος αὐτῶν ἀνέκφορα τοῖς πᾶσι διαφυλάξαντος; ἀλλ' ἐπὶ μὲν τοῦ θείου, οὐκ ἂν ἔχοι τοῦτο χώραν λέγειν, ᾧ γε παντὶ τῷ κατὰ Παῦλον τὴν ἀρετὴν τρανοῦν καὶ καταδηλοῦν τὸ μεγαλεῖον τῆς ἀνυπερβλήτου δυνάμεως ἔξεστιν· πῶς δ' ἂν καὶ τοῦτο Παῦλος ὑπὲρ ἑαυτοῦ σεμνυνόμενος εἴποι, ὁ ἐξ ἀνάγκης μὲν εἰς τὸ ταῦτα εἰπεῖν ἐλθὼν, ἀφροσύνην δὲ τὴν ὑπὲρ τούτων βίαν καλῶν, ἐπὶ μακρότατον δὲ ταῦτα σιγήσας, καὶ διὰ πολλῶν τῶν ἐν τούτοις ῥηθέντων τὸ μέτριον τὸν τρόπον ἐπιδειξάμενος; ἐπὶ μὲν οὖν τοῦ θείου οὐκ ἄν τις εὐσεβῶς ταῦτα παραδέξαιτο· ἐπὶ δὲ τοῦ Παύλου καὶ πάνυ ἂν εἴη πρόσφορος ἡ διάνοια, ὡς αὐτὸς μὲν ἤκουσε ταῦτα παρὰ τοῦ θείου, ἀνέκφορα δὲ τοῖς πολλοῖς διετήρησεν· ἢ διὰ τὸ τῶν ἠκουσμένων μέγεθος, ἢ διὰ τὸ μὴ ἀξίους εἶναι τοὺς ἄλλους τοιαύτης ὑπὲρ ἄνθρωπον ἀκοῆς· ἢ διὰ τὸ μὴ ὡς αὐτὸς κἀκείνους ἐκκεκαθάρθαι τὸν βίον· ἢ γὰρ ἂν καὶ τῆς εἰς τρίτον οὐρανὸν ἁρπαγῆς καὶ τοῦ παραδείσου καὶ τῶν ἀῤῥήτων ὁμοίως θαυμάτων ἠξίωντο· ἔστι δὲ καὶ τὸ βούλεσθαι πρὸς τὸν ἴσον δρόμον καὶ τρόπον αὐτοὺς ἐκκαλέσασθαι, τοῦτο αὐτὸν εἰρηκέναι εἰπεῖν, ὡς οὐκ ἂν ἄλλους τῶν αὐτῶν ἠξιωμένους ἀποκαλύψεων, καὶ διὰ τὴν αὐτὴν διδασκαλίαν καὶ τὴν παῤῥησίαν καὶ τὴν ἄσκησιν ἀποβλέψαντας· ἢ τάχα τὸ θεῖον μόνον ἄξιον εἶναι τῆς ἐξαγγέλσεως τῶν τοιούτων ῥημάτων φησί· τὴν δὲ γεννητὴν καὶ θνητὴν φύσιν, ἀμήχανον εἰς τὸ ἐξεῖπαι καὶ διαφωτίσαι τοῖς ἀνθρώποις, μειζόνων ἢ κατὰ μήνυσιν ὄντων· οἰκεῖον δὲ τῆς τοῦ Παύλου μετριότητος τὸ καὶ αὐτὸν ἐντάξαι τοῖς ἄλλοις, καὶ κατὰ μηδὲν τὸ διάφορον ἐπιδείξασθαι· μήποτε δὲ καὶ τῶν φαύλων ἐπιῤῥαπίζει διδασκάλων διὰ τούτων τὸ προπετές· ὁπότε γὰρ ἀναξίους τῆς ἀκοῆς τῶν ἀῤῥήτων αὐτοὺς καθιστᾷ, ἦ που τῆς ἁρπαγῆς καὶ τῆς ἄλλης ὑπὲρ ἄνθρωπον ὀπτασίας καὶ ἀποκαλύψεως.

2) Ergo praecesserat alia Didymi explanatio, quam eclogarius praetermisit.

3) Cod. οἰκοδομεῖ. Contrariam vocabuli huius permutationem habet cum aliis codicibus patribusque (in Pauli loco I. ad Tim. I. 4.) Nicephorus antirrh. III. 1. ut nos ibi adnotavimus in parte lat. p. 85

ctus, aliquando extra proprium munimen fiat, ita ut aditum humana cogitatio inveniat. Et quoniam aversantur perfecti homines vel in sola mente maculam, grandem colaphum se accipere putant, etiamsi in ipsorum tantum cogitationem satanicus angelus subeat. Diserte igitur orant ab occultis quoque mundari, et nihil pravum in conscientia sua habere. Et quod haec ita se habeant, exalapatus Paulus novit ad Deum confugere, ut ostendit scribens: propter hunc molestum angelum satanicum, ter Dominum rogavi, ut procul me fieret. Et mihi dixit Dominus quem rogabam: sufficit tibi gratia mea: per hanc enim certior fies, non a viribus tuis sed ab auxilio meo perfectionem contingere. Quod vero ait ter rogavi, existimabit aliquis dictum pro saepe; namque a ternario numero pluralitas incipit; tria enim sunt multa.

Rursus creditis quod excusemus nos apud vos?

Nolim vos existimare, quod apud vos nosmet excusemus. Non enim ut principaliter hominibus placeamus, propositum nobis est, sed ut Deo: providemus enim bona coram Domino, deinde etiam apud homines; ut simus Deo conspicui, suadentes recte hominibus tum vitae genere tum sermone congruo: in Christo nimirum loquentes coram Domino, quasi cogitationum eius gnari, cuncta agimus loquimurque. Confido igitur quod amanter lecta etiam hac epistola, obtrectationibus abstinebitis, ne clam quidem murmurare serviliter volentes. Timidorum quippe famulorum est et susurronum hic malus mos. Sed et aemulationes, et harum sobolem lites atque iurgia aversemini. Sic eveniet, ut me inveniatis qualem cupitis. Sublevatur enim ac magnopere exultat magister cum abundat discipulis inter quos sapientiam eloqui potest: sicut vicissim humiliatus deprimitur, cum auditores sui increpari reprehendique debent ob ea quae prave agunt. Nam qui fornicationem, immunditiam, et horum comitem luxuriam operantes non resipiscunt, mortem animae incurrunt: adeo ut qui providam curam illorum gerit, eos magis defleat, quam qui cenotaphia aedificant descrentibus philosophiam. Solet autem sensus commoveri

ἔξω γενέσθαι τῆς ὑπ' αὐτῆς σκέπης, ὡς παρείσδυσιν λαβεῖν ἀνθρώπινον λογισμόν· καὶ ἐπεὶ μυσάττονται οἱ τέλειοι ἄνδρες καὶ τὸν ἐν διανοίᾳ μολυσμὸν 1), μέγαν κόνδυλον ἔχειν οἴονται, κἂν ἐνθυμήματι ὑποβληθῇ αὐτοῖς ὑπὸ ἀγγέλου σατανικοῦ· ἀμέλει γοῦν παρακαλοῦσι καὶ ἀπὸ κρυφίων καθαρισθῆναι, καὶ μηδὲν αὐτοῖς συνειδέναι φαῦλον· καὶ ὅτι τοῦτο οὕτως ἔχει, κονδυλιζόμενος ἔγνω καταφυγεῖν θεῷ, ὡς δηλοῖ γράψας, ὑπὲρ τούτου τοῦ ἐνοχλοῦντος σατανικοῦ ἀγγέλου τρὶς τὸν κύριον παρακαλέσαι ἵνα μακρὰν μου γένηται· καὶ εἶπεν μοι ὃν παρεκάλεσα κύριον· ἀρκεῖ σοι ἡ χάρις μου· γνώσῃ γὰρ δι' αὐτῆν ὡς οὐκ ἰδίᾳ δυνάμει, ἀλλ' ἡμετέρᾳ συνεργείᾳ ἡ τελείωσις ὑπάρχει· περὶ τοῦ τρὶς παρεκάλεσα, ὁ μέν τις ἐρεῖ δηλοῦσθαι τὸ πολλάκις· ἀπὸ γὰρ τοῦ τρὶς τὸ πλῆθος· τὰ γὰρ τρία πολλά 2).

Πάλιν 3) δοκεῖτε ὅτι ὑμῖν ἀπολογούμεθα; v. 19.

Μὴ δόξητε ὅτι ὑμῖν ἀπολογούμεθα· οὐ γὰρ ἀνθρώποις προηγουμένως ἀρέσκειν προτεθείμεθα, ἀλλ' ἢ τῷ θεῷ· προνοοῦμεν γὰρ καλὰ ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, καὶ δευτέρως ἐπίπροσθεν ἀνθρώπων, ἵνα ὦμεν θεῷ πεφανερωμένοι, πείθοντες ἀνθρώπους ὀρθῶς βίῳ καὶ λόγῳ καταλλήλῳ· ἐν γὰρ Χριστῷ φθεγγόμενοι ἐπίπροσθεν θεοῦ, ὡς ὁρῶντες αὐτοῦ τὸν λογισμόν, πάντα πράττομεν καὶ λέγομεν· θαῤῥῶ οὖν ὅτι γνησίως ἀναγνόντες καὶ ταύτην τὴν ἐπιστολὴν, καταλαλιῶν ἀφέξεσθε, τὸ ψιθυρίζειν παραιτησάμενοι ὡς δουλοπρεπές· δούλων γὰρ ἀπαῤῥησιάστων καὶ γογγυστῶν τὸ τόλμημα· ἀλλὰ καὶ τὰς φιλονεικίας, καὶ τὰς ἐξ αὐτῶν γινομένας ἔριδάς τε καὶ ἐριθείας ἀποστραφῆτε· οὕτω γὰρ ἀκολουθήσει τὸ, εὑρίσκεσθέ με ὑμῖν οἷον ποθεῖτε· μετεωρίζεται γὰρ καὶ ἄγαν γαυριᾷ διδάσκαλος εὐπορῶν ἀκροατῶν ἐν οἷς σοφίαν εἰπεῖν δύναται· ὡς αὖ συστέλλεται ταπεινούμενος, ὅτ' ἂν οἱ προσιόντες ἐπιπλήξεων καὶ ἐλέγχων δέωνται ἐφ' οἷς πράττουσι κακῶς· εἰ γὰρ πορνείαν καὶ ἀκαθαρσίαν καὶ τὴν ἑπομένην ἀσέλγειαν πράττοντες οὐ μετανοοῦσι, τεθνήκασι τὸν ψυχῆς θάνατον· ὡς τὸν κηδεμονικὴν διάθεσιν πρὸς αὐτοὺς ἔχοντα πενθεῖν αὐτοὺς μᾶλλον, ἢ οἱ τὰ κενοτάφια οἰκοδομοῦντες τοῖς ἀποφοιτήσασι φιλοσοφίας· 4) φιλεῖ γὰρ αἴσθησις ἐγγίνεσθαι τοῖς ἁμαρτάνουσι, ὅτ' ἂν ἕτεροι ὑπὲρ αὐτῶν πενθῶσιν

cod. f. 407. a.

1) Animadverte pulchram Didymi doctrinam de mentis puritate.

2) More graecorum grammaticorum, ut alibi dixi, qui dualem numerum negant esse pluralem, contra Latinorum consuetudinem.

3) Pro πάλιν *rursus*, legebat πάλαι *olim* vulgatus, cum aliis tum latinis tum etiam graecis.

4) Animadverte morem singularem irridendi philosophiae desertores.

ὀλοφυρόμενοι· δύναται καὶ κατὰ τοῦτο σημαινόμενον τοὺς πενθοῦντας μακαρίζειν ὁ σωτὴρ, ἐπείπερ μετὰ τὴν ἐκ τοῦ πενθεῖν κάκωσιν θεόθεν παρακληθήσονται· διὰ δὲ τοῦ εἰπεῖν, μὴ πάλιν ἐλθὼν ταπεινωθῶ, δείκνυσιν ὅτι καὶ ἐν προτέρᾳ πρὸς αὐτοὺς ἀφίξει τοῦτο πέπονθεν, ἱκανῶς πρὸς μετάνοιαν προτρεψάμενος· ἀναγκαίως οὖν ἐπήγαγεν, ἰδοὺ τοῦτο τρίτον ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς, ἵνα τὴν τρίτην ἐπιδημίαν ἀντὶ τριῶν μαρτύρων ἔχοντες βεβαιῶσθε· εἰ γὰρ ἐπὶ στόματος μαρτύρων δύο ἢ τριῶν πᾶν ῥῆμα κατάκρισιν ἐκφερόμενον ἵσταται, τοῦτ' ἔστι πληροῦται τε καὶ βεβαιοῦται, οὕτως ἐχρῆν διὰ τῶν δύο ἐπιδημιῶν ὧν πεποίηκα βεβαίους ὑμᾶς ὑπάρχειν· ἐπειδὴ δὲ ἀκμὴν χρήζετε τοῦ βεβαιωθῆναι, καὶ τρίτον ἔκρινα ἀπαντῆσαι ὑμῖν.

peccantium, cum alii ipsorum causa moerentes lugent. Secundum hunc significatum fieri potest ut Salvator beatos dixerit qui flent, quoniam post luctus adflictionem divinitus recreabuntur. Dum autem ait: ne iterum cum venero humilier, ostendit, se in priore quoque ad eos accessu idem expertum quum valde ad paenitentiam adhortaretur. Necessario itaque addidit: ecce tertio nunc venio ad vos, ut tertium adventum loco testium trium habentes confirmemini. Nam si in ore duorum vel trium testium omne verbum damnationem ferens stat, id est satis idoneum firmumque habetur, sic oportebat per duos quos feci adventus satis firmos vos effici. Nunc quia adhuc confirmari indigetis, tertio ad vos venire decrevi.

Cap. XIII. 11.

Τὸ λοιπὸν, ἀδελφοί, χαίρετε, καταρτίζεσθε, τὸ αὐτὸ φρονεῖτε, εἰρηνεύετε καὶ ὁ θεὸς ἀγάπης καὶ εἰρήνης ἔσται μεθ' ὑμῶν.

cod. f. 411. a

De cetero, fratres gaudete, perfecti estote, idem sapite, pacem habete. Et Deus pacis ac dilectionis erit vobiscum.

* cod. γνησίως.

Μετὰ πᾶσαν προτροπὴν συμβουλεύει ὁμοφροσύνην ἀναλαβόντας αὐτοὺς, σπεύδειν ἐπὶ τέλος ἀγαθὸν, ἀπαρτιζομένους ἀναλήψει γνησίας * ἀρετῆς τε καὶ πίστεως· οὕτω γὰρ στηριγμὸν ἕξουσι τοῦτο 1) φρονοῦντες, εἰρήνην ἄγοντες, ἐπὶ τῷ τὴν τοῦ θεοῦ ἀγάπην χώραν λαβοῦσαν παρ' αὐτοῖς γίνεσθαι· ταύτης γὰρ ἡ παρουσία, τὸ ἀμετακίνητον αὐτοῖς περιποιήσει· ὡς ἕκαστον μιμούμενον τὸν διδάσκαλον εἰπεῖν *· τίς ἡμᾶς χωρήσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ θεοῦ τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ; καὶ τὰ ἑξῆς 2).

* Rom. VIII. 35.

Post omnem exhortationem, suadet ut concordiam foventes, ad felicem finem tendant genuinae virtutis ac fidei susceptione perfecti. Hac enim si mente fuerint, stabilitatem nanciscentur, pacifice viventes, quia Dei caritas apud eos hospitabitur. Nam praesentia pacis, constantem eis statum conficiet. Adeo ut unusquisque magistrum imitans dicat: quis nos separabit a caritate Dei quae est in Christo Iesu? et reliqua.

1) Ita hoc loco Didymus, non τὸ αὐτὸ ut est in contextu biblico.

2) Hactenus praeclara Didymi explanatio in Pauli epistolam. Mox ecce fragmenta ex eius item deperdito in Iohannis evangelium commentario subteximus. Namque eiusdem amplas admodum ad psalmos lucubrationes, itemque non poenitendas ad Salomonis proverbia reliquias, alio nos volumine comprehendemus

EIUSDEM DIDYMI

FRAGMENTA INEDITA COMMENTARII AD IOHANNIS EVANGELIUM.

I.

Spiritus est Deus.

Quoniam invisibilis est Deus, sequitur autem invisibilitatem incorporalitas; quum sit incorporalis Deus, idem est etiam invisibilis. Quod si ita est, is qui hoc loco dicitur spiritus, non erit aër commotus. Neque enim quia apud homines ventum significat spiritus, necesse est ut in Deo quoque eodem significatu sit. Sicut itaque cum idem Deus dicitur lux, quoniam non oculum sed mentem illuminat, non est corpus sed intellectualis lux; quin etiam cum caritas appellatur, non est ille quidam affectus, sed substantia amans res illas quas creat et quibus consulit; sic spiritus vocatus Deus, non ventum sed incorpoream vivificamque substantiam denotat. Iam qui novit spiritum esse Deum, spiritaliter adorans, ipso iam spiritu et veritate non figurate, universalem Deum colit. Ob distinguendum autem a littera dicit «in spiritu»: item ut distinguat a figura, dicit «veritate». Atque illa vetera quamdiu tempus idoneum fuit, valuerunt: postea veritate adveniente, id est Christo praesente, cuncta desiverunt.

Α'.

Πνεῦμα ὁ Θεός

Cap. IV. 24.

cod. A. f. 115. b. id est vat. 758. cod. B. f. 57. b. id est reg. v.

Ἐπεὶ ἀόρατος ὁ Θεός, ἀκολουθεῖ δὲ τῶν ἀοράτων τὸ ἀσώματον, ἀσώματος ἄρα ὁ Θεὸς ὤν, ἀόρατός ἐστιν· εἰ δὲ τοῦτο, λεγόμενος πνεῦμα, οὐ κεκινημένος ἀὴρ εἴη· οὐ γὰρ ὅτι παρὰ ἀνθρώποις ἄνεμον δηλοῖ τὸ πνεῦμα, ἀνάγκη καὶ ἐπὶ Θεοῦ τοῦτο σημαίνεσθαι· ὥσπερ τοίνυν φῶς λεγόμενον, ἐπεὶ μὴ ὄψιν, ἀλλὰ νόησιν φωτίζει, οὐ σῶμα ἀλλὰ νοερόν ἐστι φῶς· ἀλλὰ καὶ ἀγάπη καλούμενον, οὐ διάθεσις ὑπάρχει, ἀλλ' οὐσία ἀγαπῶσα ἃ δημιουργεῖ, καὶ ὧν προνοεῖται· οὕτως πνεῦμα προσαγορευόμενος, οὐκ ἄνεμον ἀλλ' ἀσώματον καὶ ζωοποιὸν παριστησιν οὐσίαν 1)· πᾶς δὲ ὁ μαθὼν ὅτι πνεῦμα ὁ Θεός, πνευματικῶς λατρεύων αὐτῷ, πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ, οὐκέτι τυπικῶς προσκυνεῖ τὸν τῶν ὅλων Θεόν. Πρὸς ἀντιδιαστολὴν δὲ τοῦ γράμματος τὸ ἐν πνεύματι φησί· τοῦ δὲ τύπου, τὸ καὶ ἀληθείᾳ· ταῦτα γάρ, ἕως καιρὸς χρειώδης ἦν· τῆς ἀληθείας δὲ ἐλθούσης, ἤτοι τῆς Χριστοῦ παρουσίας, πάντα πέπαυται.

II.

Procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem vitae: qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicii.

Hominibus secundum hanc sententiam divisis in impios seu incredulos, et in religiosos sive credentes; priores illi quoque, id est impii et increduli, in universali resurrectione resurgent, non tamen ad iudicium, quia qui non credit, iam iudicatus fuit. At ii qui Christo crediderunt, et bona insuper opera fecerunt, hi resurgent resurrectione ad vitam, non autem condemnandi; dum contra illi, qui postquam crediderunt peccaverunt, ad damnationem resur-

Β'.

Ἐκπορεύσονται οἱ τὰ ἀγαθὰ ποιήσαντες, εἰς ἀνάστασιν ζωῆς· οἱ δὲ τὰ φαῦλα πράξαντες, εἰς ἀνάστασιν κρίσεως.

Cap. V. 29.

A. f. 114. b. B. f. 60. b.

Τῶν ἀνθρώπων διῃρημένων κατὰ τὴν γνώμην εἰς ἀσεβεῖς ἤτοι ἀπίστους, καὶ εἰς εὐσεβεῖς ἤτοι πιστούς, οἱ αὐτοὶ πάντων ἀνισταμένων ἀνθρώπων, ἤγουν ἄπιστοι καὶ ἀσεβεῖς ἀνίστανται μέν, οὐκ εἰς κρίσιν δέ, τῷ ἤδη κεκρίσθαι τὸν μὴ πιστεύσαντα 2)· εἰσὶ δὲ οἱ πιστεύσαντες τῷ σωτῆρι, καὶ πρὸς τούτῳ καὶ ἔργα πεποιηκότες ἀγαθά, οἵτινες ἀνίστανται εἰς ἀνάστασιν ζωῆς, οὐ κριθησόμενοι· τῶν μετὰ τὸ πιστεῦσαι ἡμαρτηκότων εἰς κρίσιν 3) ἐγειρομένων· τὴν δὲ τῶν βρε-

1) Hactenus tantum extabat Didymi fragmentum in Corderii catena p. 131, et quidem gravibus ibi mendis inquinatum.

2) Sic apud Iohannem III. 18.

3) Supra dixit οὐκ εἰς κρίσιν, respiciens credo ad psalmum I. 5. Videtur ergo vel aliquid deesse, vel mihi certe res obscura est. Certe ut utriusque loci sibi constet sententia, heic et infra κρίσιν et κρίσις damnandi sensum habent.

φῶν κατάστασιν, ἐπεὶ καὶ αὐτὰ ἀνίστανται, θεὸς μόνος οἶδεν τάχα, καὶ ὧν ἡ ἀποκάλυψις τῆς περὶ τούτου ἀληθείας γεγένηται 1).

gent. Quinam vero infantium status futurus sit, id Deo tantum notum est, vel iis quibus hac super re veritas revelata fuerit.

Γ'.

Cap. VI. 25.

Καὶ εὑρόντες αὐτὸν πέραν τῆς θαλάσσης, εἶπον αὐτῷ· ῥαββί, πότε ὧδε γέγονας;

A. f. 140. b. B. f. 77.

Ἄξιον δὲ κἀνταῦθα συνιδεῖν τὴν εὔθραυστον αὐτῶν ὁρμήν· οἱ γὰρ λέγοντες οὗτός ἐστιν ὁ προφήτης, οἱ σπουδάσαντες ἁρπάσαι καὶ ποιῆσαι βασιλέα, εὑρόντες αὐτὸν, οὐδὲν τοιοῦτον βασιλεύονται, ἀλλὰ τὸ θαῦμα ἐκβαλόντες, ὥς γε οἶμαι, οὐκέτι λοιπὸν ὑπὲρ τῶν προτέρων ἐθαύμαζον, ἀλλ' ἐπεθύμουν πάλιν τραπέζης ἀπολαύειν οἵας καὶ πρότερον. Διέβησαν μὲν οὖν τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν ποτὲ καὶ Ἰουδαῖοι, Μωϋσέως ἡγουμένου· ἀλλὰ πολὺ τὸ μέσον· ὁ μὲν γὰρ εὐχόμενος, καὶ ὡς δοῦλος, πάντα εἰργάζετο· οὗτος δὲ μετ' ἐξουσίας ἁπάσης· κἀκεῖ μὲν νότου ἐμπεσόντος ἦξεν τὸ ὕδωρ, ὥστε ἐπὶ ξηρᾶς ποιῆσαι παρελθεῖν· ἐνταῦθα δὲ τὸ θαῦμα μεῖζον ἐγίνετο· μένουσα γὰρ ἐπὶ τῆς οἰκείας φύσεως ἡ θάλασσα, οὕτως ἔφερε τὸν ἑαυτῆς δεσπότην ἐπὶ τῶν νώτων, μαρτυροῦσα τῇ ῥήσει ἐκείνῃ τῇ λεγούσῃ· ὁ περιπατῶν ἐπὶ τῆς θαλάσσης ὡς ἐπ' ἐδάφους*. Εἰκότως δὲ μέλλων εἰς Καπερναοὺμ ἐμβαλεῖν τὴν σκληρὰν καὶ ἀπειθῆ, τὸ σημεῖον εἰργάσατο, οὐ μόνον τοῖς ἐν αὐτῇ γινομένοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔξω τῆς πόλεως θαυματουργουμένοις δηλοποιῶν ἐν αὐτῇ καὶ ἐμφανῆ καθιστῶν, μαλάξαι βουλόμενος αὐτῆς τὴν ἀπείθειαν· τὸ γὰρ ὄχλους παραγενέσθαι τοσούτους εἰς τὴν πόλιν ἐκείνην πολλῶν τιθεμένους σπουδὴν, ποῖον οὐκ ἦν ἱκανὸν μαλάξαι λίθον; ἀλλ' ἐκεῖνοι τοιοῦτον οὐδὲν ἔπαθον, ἀλλὰ πάλιν τροφῆς ἐπεθύμουν σωματικῆς.

* Iob. IX. 8. gr.

III.

Cum invenissent eum trans mare, dixerunt ei: rabbi, quando huc venisti?

Heic etiam animadvertendum est, quam facile illorum impetus fractus fuerit. Nam qui dixerant: hic est propheta; qui rapere moliti fuerant, ut facerent eum regem; eundem mox inventum nequaquam regem constituunt, sed abiecto ut reor stupore, iam superiora non admirabantur; rursusque mensa, qualis antea exhibita fuerat, frui expetebant. Transierant sane rubrum mare olim Iudaei, Moyse duce; sed tamen multum interest. Is nonnisi orans, et tamquam famulus, rem peragebat; nunc vero Iesus plena potestate. Et illic quidem austro flante recessit aqua, ita ut per aridam transirent; nunc maius miraculum extitit: manens enim in propria natura mare, sic deferebat in tergo dominum suum, testimonium dans oraculo illi: gradiens super mare ceu super pavimentum. Recte autem, quum venturus esset Capharnaum, oppidum contumax et incredulum, miraculum patravit; non iis solum quae intra illud, sed etiam quae extra mirabiliter fecerat, manifestum se faciens, evidentemque constituens, quo illius incredulitatem molliret. Nam quum multa populi multitudo illuc confluxisset, omissa ceterarum rerum cura, quemnam ut ita dicam lapidem non mollivisset? Attamen illi nullum eius rei sensum habuerunt, sed denuo cibum percupiebant corporalem.

Δ'.

Cap. VI. 26.

Ζητεῖτέ με, οὐχ ὅτι εἴδετε σημεῖα, ἀλλ' ὅτι ἐφάγετε ἐκ τῶν ἄρτων, καὶ ἐχορτάσθητε.

A. f. 141. B. f. 77. b.

Τὸ προσηνὲς καὶ λεῖον, οὐ πανταχοῦ χρήσιμον, ἀλλ' ἔστιν ὅτε καὶ τοῦ πληκτικωτέρου δεῖ τῷ διδασκάλῳ, ὅταν νωθὴς καὶ παχὺς ὁ μαθητής· τοῦτο καὶ ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ πεποίηκε ἀλλαχοῦ τε πολλαχοῦ καὶ ἐνταῦθα· ἐλθόντων γὰρ τῶν ὄχλων, καὶ κολακευόντων αὐτὸν καὶ λεγόντων, ῥαββὶ πότε ὧδε γέγονας; δεικνὺς ὅτι τῆς παρ' ἀνθρώπων οὐκ ἐφίεται τιμῆς, ἐπιπληκτικῶς αὐ-

IV.

Οὐ δύναται θνητὸς, τουτέστιν ἁμαρτωλὸς, ἐννοῆσαι τὰς ὁδοὺς κυρίου· ἐπειδὴ θνητὸς ὢν, οὐ συναπέθανε καὶ συνέζησε τῷ Χριστῷ· πρὸς γὰρ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν τοῦ πορευθῆναι, παρὰ κυρίου εὐθύνεται τὰ διαβήματα ἀνθρώπου. « Φῶς κυρίου, πνοὴ ἀνθρώπων, καὶ λύχνος ὃς ἐρευνᾷ ταμιεῖα κοιλίας. » Τοῦτο λέγει, ὅτι οὐδὲν αὐτῷ σκοτεινὸν ἔνδον· ἀλλὰ καὶ αὐτὴ ἡ ψυχὴ, ἡ ἐρευνωμένη αὐτῷ, φῶς ἐστι τῷ Θεῷ, ὥσπερ ἂν εἰ αὐτὴ παραφανείη καὶ ἅπτοι λύχνον. Τὸ τοῦ κυρίου φῶς, ζωῆς αἴτιον τοῖς λογικοῖς· ἡ ζωὴ γὰρ ἦν τὸ φῶς τῶν ἀνθρώπων· ἑξῆς ἐμπνεύσας εἰς τὸ πρόσωπον τοῦ ἀνθρώπου ὁ Θεὸς, ἐποίησεν αὐτὸν εἰς ψυχὴν ζῶσαν· ᾧ φωτὶ κατάλληλος λύχνος ἐρευνᾷ τὰς κεκρυμμένας νόσους, φωτίζων· λύχνος δὲ καὶ ὁ νόμος, παιδαγωγὸς ἡμῶν γενόμενος εἰς Χριστόν. « Ἐλεημοσύνη καὶ ἀλήθεια περικυκλώσουσιν ἐν δικαιοσύνῃ τὸν θρόνον αὐτοῦ. » Ὅπου γὰρ ἀλήθεια καὶ δικαιοσύνη, οὐδὲν ἄδικον· Ὁ ταύτας οὖν ἔχων, φυλάττεται ὑπ' αὐτῶν. « Κόσμος νεανίαις, σοφία. » Καὶ ποία οὖν δόξα τῆς φύσεως ἐστι; ποῖος δὲ πρεσβύτερος τοῦτο οὐκ ἔχει; ἢ τοῦτο φησὶν, ὥσπερ τοῦτον ἡ πολιὰ ποιεῖ αἰδέσιμον, οὕτως ἐκεῖνους ἡ σοφία. « Ὑπώπια καὶ συντρίμματα συναντᾷ κακοῖς. » Οὐχὶ τὴν ὄψιν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν καρδίαν πλήττονται οἱ κακοί· αὕτη μὲν γὰρ καὶ θεραπευθῆναι δύναται, ἐκείνη δὲ οὐχί· ἐν γὰρ τοῖς ταμιείοις ἐστίν· ἢ ὅτι καθάπτονται αὐτῶν αἱ τιμωρίαι μέχρι βάθους ψυχῆς· τοῦτο γὰρ ταμιεῖα κοιλίας· ἕξεις δὲ νῦν μοχθηραὶ, ταμιεῖα· καὶ διὰ γνώμην γὰρ κολαστέος ὁ φαῦλος.

v. 27. cod. f. 86. a v. 28 v. 29. v. 30.

Ὥσπερ ὁρμὴ ὕδατος, οὕτως καρδία βασιλέως ἐν χειρὶ Θεοῦ.

Cap. XXI. 1 cod. f. 86. b

Ἐπεὶ πολλὰ περὶ βασιλέων διελέχθη, δείκνυται τὸν ἐκείνων ἰσχυρότερον, ὡς εὔκολον αὐτῷ περιτρέπειν οὗ ἂν βούληται, ὥσπερ ὁρμὴν

Cap. XXI.

ὕδατος περιάγει πανταχοῦ· καί τοι οὐδεὶς ἂν αὐτὸν ἐκκλίνειε διὰ τὸ τῆς ἀρχῆς μέγεθος· ἢ οὕτως· τὴν ἐν χειρὶ θεοῦ καρδίαν, τουτέστι τὴν ἐν τοῖς πράγμασιν αὐτοῦ ἀναστρεφομένην, οὐκ ἔστι δυνατὸν ἐπισχεῖν· εἰς οὐδὲν γὰρ νεύων κακὸν, κατευθύνεται ᾗ ἂν θέλῃ Θεὸς, ὥσπερ ὁρμὴ ὕδατος πανταχοῦ εὐοδοῦται.

v. 9. Κρεῖσσον οἰκεῖν ἐπὶ γωνίας ὑπαίθρου, ἢ ἐν κεκονιαμένοις μετὰ ἀδικίας.

cod. f. 87. a. Ὕπαιθρος γωνία, πρᾶξις κρυφία, θεωρίας ἀπτομένη, ὑπὸ δὲ τοῦ ἡλίου τῆς δικαιοσύνης φωτίζεται· οἶκος δὲ κεκονιαμένος, κακία ἀρετὴν ὑποκρινομένη « Ζημιουμένου ἀκολάστου, πανουργότερος γίνεται ὁ ἄκακος· » (v. 11.) Τιμωρουμένων κακῶν σωφρονίζεται ὁ ἀμαθὴς καὶ νήπιος· οὕτω καὶ ὁ δίκαιος ἐν τῷ αἵματι τοῦ ἁμαρτωλοῦ νίπτεται τὰς χεῖρας· τὰς πράξεις αὐτοῦ τῇ ἐκείνου τιμωρίᾳ καθαίρων· οὕτως καὶ αἱ πόρναι ἐλούσαντο ἐν τῷ αἵματι τοῦ Ἀχαάβ. (v. 16.) « Ἐν συναγωγῇ γιγάντων ἀναπαύεται. » (cod. f. 88. a.) Γίγαντας οἶδεν ἡ γραφὴ τοὺς πονηροὺς καλεῖν, τοὺς φαύλους, τοὺς θρασεῖς, τοὺς θεομάχους· μετ' ἐκείνων ἀριθμηθήσεται, φησιν. Ἢ οὕτως· ὁ σφαλλόμενος περὶ τὴν τοῦ κτίσαντος θεοῦ δικαιοσύνην, ἐν συναγωγῇ τῶν θεομάχων ἀναπαύσεται· συναγωγὴ δὲ, ἡ κακία καὶ ἡ ἀγνωσία· (v. 23.) « Ὃς φυλάσσει τὸ στόμα αὐτοῦ κ. τ. λ. » (cod. f. 88. a.) Εἰ ὁ ἀγαπῶν τὸν πλησίον φυλάσσει νόμον, ἡ ἀγάπη τῷ πλησίον οὐδὲν κακὸν ἐργάζεται· « Ὃς μνησικακεῖ, παράνομος. » Ὁ μεμνημένος τῶν ἁμαρτημάτων, μισεῖ τὸν πλησίον· οὐκοῦν παράνομος·

v. 28. Ἀνὴρ ὑπήκοος φυλασσόμενος λαλήσει.

cod. f. 89. b. Τουτέστι κἂν ὑπήκοος ᾖ, φυλάσσεται δὲ, δυνήσεται μετέχειν παῤῥησίας. Ἢ οὕτως· παρανομοῦντος τοῦ ψευδομάρτυρος, ὁ τῷ νόμῳ καταπειθὴς φυλασσόμενος λαλήσει· (v. 29.) « Ἀσεβὴς ἀνὴρ ἀναιδῶς ὑφίσταται προσώπῳ. » Ἁμαρτάνων γὰρ εἰς θεὸν, τὴν πρὸς αὐτὸν ἀναίδειαν τῷ προσώπῳ δηλοῖ, μηδὲν ἔχων εὐλαβὲς ἢ κατεσταλμένον· ὁ δὲ εὐθὴς, κατ' εἰκόνα ἐστὶ τοῦ θεοῦ· (v. 31.) « Ἵππος ἑτοιμάζεται εἰς ἡμέραν πολέμου· » Ἵππον λεκτέον τὸν προφορικὸν λόγον, ὃν ἑτοιμαστέον πρὸς τὰς αἱρέσεις· τὸ εἰς ἡμᾶς γὰρ ἧκον ποιήσαντες, νίκην παρὰ θεοῦ χορηγούμεθα, τοῦ ἀπολλύντος τὴν σοφίαν τῶν σοφῶν· ἢ ἵππον, τὸν νοῦν· κατὰ τὸ, ἐπιβήσῃ ἐπὶ τοὺς ἵππους σου.

Cap. XXII. 9. Νίκην καὶ τιμὴν περιποιεῖται ὁ δῶρα δούς.

cod. f. 91. a. Δῶρα τοῦ ἀνθρώπου τὰς τῆς ψυχῆς ἀρετὰς ὀνομάζει, δι' ὧν νικῶν τὸν διάβολον, τίμιον

agat, haud secus quam aquae cursus quaqueversus flectitur: quamquam regis cor nemo alius, propter potentatus magnitudinem, inclinaret. Vel sic. Cor quod in manu Dei est, videlicet quod in negotiis Dei versatur, cohiberi omnino nequit: namque ad nullum inclinans malum, illuc dirigitur quo Deus voluerit, sicut aquae cursus in quamvis partem derivatur.

Melius est habitare in angulo sub dio, quam in dealbatis domibus cum iniquitate.

Angulus subdialis, actio occulta est, cum meditatione, quam sol iustitiae illuminat. Domus vero dealbata, improbitas virtutem simulans. « Flagitioso multato, fit cautior qui innocens est. » Punitis improbis, docetur temperantiam indoctus et simplex. Sic etiam iustus in sanguine peccatoris lavat manus; actus nimirum proprios post illius poenam purificans. Sic et meretrices in Achaabi sanguine laverunt. « In synagoga gigantum requiescet. » Gigantes solet scriptura appellare homines scelestos, detestabiles, feroces, Dei hostes. Cum illis, inquit, connumerabitur. Vel sic. Qui a creatoris Dei iustitia aberrat, in hostium Dei coetu versabitur. Synagoga autem, improbitas est et inscitia. « Qui os suum custodit etc. » Si is qui proximum amat, legem observat, caritas certe nihil mali proximo facit. « Iniuriarum memor, iniquus est. » Qui offensarum meminit, odit proximum. Est ergo iniquus.

Vir obediens custodia detentus loquetur.

Id est etiamsi obediendo sit obnoxius, et custodia teneatur, fiduciam tamen conservare poterit. Vel sic. Falso teste improbe se gerente, is qui legi obediens est, in custodia loquetur. « Vir impius procaciter obfirmat vultum suum. » Dum enim in Deum peccat, suam adversus illum impudentiam vultu significat, nihil habens verecundum aut bene compositum. At homo rectus, Dei imaginem servat. « Equus paratur ad diem belli. » Equus dicendus est, sermo externus qui adversus haereses parandus est. Nam si pro virili parte agemus, victoriam a Deo impetrabimus, qui sapientium sapientiam perdit. Vel equum dicit mentem, iuxta illud: ascendes super equos tuos.

Victoriam et honorem adquirit qui munera dat.

Dona hominis animae virtutes nominat, quibus diabolum superans, pretiosum se Deo red-

dit, suamque animam a daemonum possessu vindicat. « Oculi Domini conservant sensum. » Super quem enim, inquit, respiciam nisi super mansuetum et quietum et trementem verba mea? Vilipendit autem sermones vir iniquus. » Viden quomodo impiorum sit providentiam quoque accusare, et rectam rerum constitutionem, dum nolunt legibus obedire? Iam si Deus sapienter cuncta administrat; id enim valent verba, oculi Domini conservant sensum; sensus autem est legis observantia, et vita ad rationis normam acta; cur quidam genealogiarum superstitiones exercent, quod sine scelere facere nequeunt?—Animadverte, quomodo principes moneat, quominus praecipuam regnandi fiduciam sive in subditorum obedientia, sive in metu, sive in suppliciis reponant, sed in suorum sermonum vi ac prudentia. Deinde illos non his modo monitis hortatur, verum etiam divinae providentiae mentione.

Tu vero tripliciter ea tibi describe.

Quae a me dicuntur, sapientia inquit, tripliciter scribe in cordis tui laterculo. Sicut homo corpore, anima, spirituque constat; sic etiam scriptura corpore litterarum constat, quibus homo rudis iuvatur; eaque dicitur manualis institutio. Constat anima, id est anagoge, quam discit qui aliquantum se extulit. Constat spiritu, id est sublimiore spiritalique theoria, quam perfecti intelligunt et eloquuntur. Exemplo sit asinae historia contra castellum religatae, cui Salvator insedit; cuius tu primo narrationem scribe: deinde anagogen, quod nempe beluinis moribus ratio superequitans, facit hominem rationabiliter pergere. Postremo spiritali theoria intellige humanum genus, quod de loco sumptum est ex adverso paradisi posito, ut postea corpore suo onustum in paradisum introeat.

Ne vim pauperi inferas.

Oportet nullum egenum aut mendicum aut infirmum vi urgere aut dehonestare. Nam Dominus de his omnibus inquirit, iustoque iudicio retribuit unicuique iuxta opera eorum. Certe qui neque adflixerit, neque iniuste offenderit, neque verbis spreverit praedictos homines, aeternis semet suppliciis eripiet, et incolumem servabit animam suam. « Ne te vadem tradas. » Cave inconsiderate pro alio vadimonium obeas; seu aliena negotia suscipias; ne quid tibi eorum

Cap. XXII.

ἑαυτὸν παρέχει τῷ Θεῷ, καὶ ἀφαιρεῖται τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ἀπὸ τῶν κτησαμένων αὐτὴν δαιμόνων. « Οἱ ὀφθαλμοὶ κυρίου διατηροῦσι αἴσθησιν; » Ἐπὶ τίνα γάρ φησιν ἐπιβλέψω, ἀλλ' ἢ ἐπὶ τὸν πρᾶον καὶ ἡσύχιον καὶ τρέμοντά μου τοὺς λόγους; « Φαυλίζει δὲ λόγους παράνομος. » Ὁρᾷς ὅτι ἐκείνων ἐστὶ καὶ τῆς προνοίας κατηγορεῖν, καὶ τῆς τῶν πραγμάτων καταστάσεως, οὐκ ἐθελόντων ἐμμένειν τοῖς νόμοις; εἰ γὰρ σοφῶς πάντα ὁ Θεὸς διοικεῖ, τοῦτο γάρ ἐστιν, οἱ ὀφθαλμοὶ κυρίου τηροῦσιν αἴσθησιν, αἴσθησιν δὲ τὴν κατὰ νόμον ἀγωγὴν, καὶ τὴν κατὰ λόγον ζωὴν, πῶς τινὲς γενεαλογοῦσιν, ἐπειδὴ παράνομοί εἰσιν;—Ὅρα πῶς παιδεύει τοὺς ἄρχοντας τὸ πλέον τῆς ἀρχῆς, μήτε ἐν τοῖς ὑπακούουσιν, μήτε ἐν φόβῳ μήτε ἐν τιμωρίαις τίθεσθαι, ἀλλ' ἐν τῇ τῶν οἰκείων λόγων δυνάμει καὶ συνέσει· εἶτα οὐκ ἀπὸ τούτου μόνον αὐτοὺς ἐπιτρέπει, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς προνοίας τῆς τοῦ Θεοῦ.

v. 12. cod. f. 91. b.

Καὶ σὺ δὲ ἀπόγραψαι αὐτὰ σεαυτῷ τρισσῶς.

v. 20. cod. f. 93. b.

Τὰ παρ' ἐμοῦ σοι λεγόμενα, φησὶν ἡ σοφία, τρισσῶς ἀπόγραψαι ἐν τῷ πλάτει τῆς καρδίας σου· ὥσπερ γὰρ ὁ ἄνθρωπος συνέστηκεν ἐκ σώματος καὶ ψυχῆς καὶ πνεύματος, οὕτως καὶ ἡ γραφὴ τοῦ σώματος τῆς λέξεως, ἀφ' ἧς ὁ ἁπλούστερος ὠφελεῖται· ἥ τις λέγεται πρόχειρος ἐκδοχή· ἐκ ψυχῆς, τῆς ἀναγωγῆς· ἧς ἀκούει ὁ ἐπὶ ποσὸν ἀναβεβηκώς· ἐκ πνεύματος, τῆς ὑψηλοτέρας καὶ πνευματικῆς θεωρίας· ἣν οἱ τέλειοι νοοῦσί τε καὶ λέγουσιν· οἷον ἐπὶ τῆς ὄνου τῆς εἰς ἀντικρὺ κώμην δεδεμένης, ἣ ἐπεκάθισεν ὁ σωτὴρ πρῶτον μὲν ἀπόγραψον τὸ ῥητὸν, εἶτα τὴν ἀναγωγὴν, ὅτι τῷ κτηνώδει τρόπῳ ἐπιβὰς ὁ λόγος, λογικῶς αὐτὸν κινεῖσθαι παρασκευάζει· εἶτα κατὰ πνευματικὴν θεωρίαν, τὴν ἀνθρωπότητα νόει, παραλαμβανομένην ἐκ τοῦ κατ' ἀντικρὺ τόπου τοῦ παραδείσου, ἵνα ἀγαλματοφοροῦσα εἰς τὸν παράδεισον εἰσέλθῃ.

Μὴ ἀποβιάζου πένητα.

v. 22. cod. f. 94. b.

Δεῖ μηδένα πένητα ἢ πτωχὸν ἢ ἀσθενῆ ἀποβιάζεσθαι ἢ ἀτιμάζειν· ὁ γὰρ κύριος ἐκζητεῖ ταῦτα πάντα, καὶ κρίνας δικαίως ἀνταποδίδωσιν ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν· ὁ γὰρ μὴ θλίψας, ἢ ἀδικήσας, ἢ λόγοις ἀτιμάσας τοὺς προειρημένους, ἑαυτὸν ἐρρύσατο αἰωνίων κολάσεων, καὶ ἄσυλον ἐφύλαξε τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν. « Μὴ δίδου σεαυτὸν εἰς ἐγγύην. » Μὴ ἀπεριεσκέπτως ἐγγυῶ· ἤτοι μὴ ἀναδέχου πράξεις ἀλλοτρίας, μὴ εὑρεθῇ τί σοι ὧν ἐμαρτύρησας,

v. 26. cod. f. 95. a.

Cap. XXII. πάντως ἐπὶ σὲ ἡ τοῦ τοιούτου χρέους ἀπότισις μεταβήσεται, ἀδυνάτως ἔχοντα πρὸς ἀπότισιν· οὐδεὶς γὰρ ὑπὲρ ἄλλου ἀγαθὸς, ἀλλ' v. 27. ἑαυτῷ. « Λήψονται τὸ στρῶ τὸ ὑπὸ τὰς πλευράς σου. » Ἀφαιρεθήσῃ τὴν σκέπουσαν ἐλπίδα τὰς δυνάμεις σου, ὥστε αὐτὰς γυμνωθῆναι· πλευραὶ γὰρ δυνάμεις.-Ὄρη Σιὼν τὰ πλευρὰ τοῦ βοῤῥᾶ· οἱ ποτὲ δυνατοὶ παρὰ τῷ ψυχρῷ διαβόλῳ, νῦν ὄρη Σιὼν ἐγένοντο, οἱ ἅγιοι δηλονότι.

Cap. XXIII. 1. Ἐὰν καθίσῃς δειπνεῖν ἐπὶ τραπέζης δυνάστου, νοητῶς νόει τὰ παρατιθέμενά σοι.

cod. f. 96. a. Ὁ Χριστός ἐστιν ὄντως δυνάστης· αὐτοῦ δὲ τράπεζα καὶ ἐδέσματα, τὰ ῥήματα τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ, καὶ τὰ αἰώνια ἀγαθὰ, ἃ ἡτοίμασε τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν· ἐκάθισε δὲ δειπνεῖν πᾶς χριστιανὸς ἐπὶ τῆς τραπέζης αὐτοῦ· ὁ οὖν νοητῶς νοῶν, ἅπερ ὁ Ἰησοῦς ἔργοις καὶ λόγοις ἐδίδαξεν, ἐπιβάλλει τὴν χεῖρα αὐτοῦ, τουτέστιν ἄρχεται ἔργοις δεικνύειν ὅτι μιμητής ἐστι τοῦ Χριστοῦ, γινόμενος ταπεινὸς καὶ πρᾶος καὶ ἀγαπῶν πάντας καὶ ὑπομένων θλίψεις· ὁ δὲ μὴ ποιῶν ταῦτα, ἀλλὰ πρὸς τὰ τοῦ βίου τερπνὰ κεχηνὼς, μὴ ἐπιθυμείτω τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν· οὐ γὰρ ἐπιτεύξεται αὐτῶν· ταῦτα γὰρ τὰ τοῦ αἰῶνος τερπνὰ, ἔχεται ψευδοῦς ζωῆς· ἣν οἱ ἀγαπῶντες, τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν οὐκ ἀπολαύσουσιν.

v. 6. Μὴ συνδείπνει ἀνδρὶ βασκάνῳ.

cod. f. 97. a. Τοῦτό φησιν, ὅτι οὐχ ἡδέως ἐσθίει τοῖς σοῖς βασκαίνων· ἢ ὅτι οὐχ ἕξει χάριν τοῖς σιτίοις σου, ἀλλὰ καὶ ἀχαριστήσει· ἢ ὅτι οὐ πρότερον v. 7. ἀποστήσεται, ἕως ἂν αὐτὰ ἐμέσῃ· « Ὃν τρόπον γὰρ εἴ τις καταπίοι τρίχα. » Τουτέστιν ὥσπερ ὁ ἐμῶν, ἢ ὁ καταπίνων τρίχα, οὕτως οὐδὲ αὐv. 16. τὸς ἐκεῖνος αἰσθήσεται τούτων. « Καὶ ἐν διατρίψει λόγων τὰ σὰ χείλη πρὸς τὰ ἐμὰ χείλη. » cod. f. 97. b. Ὅταν γὰρ συνετὴ ἡ διάλεξις ᾖ, πολλὴν αὐτὴν ἀνάγκη γενέσθαι καὶ μακρὰν, ἅτε κόρον οὐκ ἔχουv. 27. σαν· « Πίθος γὰρ τετρημένος ἐστὶν ἀλλότριος οἶcod. f. 99. a. κος. » Οὐ ῥᾴδιον ἀνιμήσασθαι πρὸς τοὺς βεβλημένους λοιπόν· ἀλλὰ βαλεῖν μέν ἐστιν εὐχερὲς, ἐκβαλεῖν δὲ οὐκέτι· καὶ ὁ πίνων δὲ ἐκ τῶν ἑτεροδόξων ὑδάτων, πνίγεται· στενὰ γὰρ ὄντα φρέατα, δι' ἀπάτης καὶ ψεύδους ἑαυτοὺς ἀποπνίγουσιν.

v. 30. Μὴ μεθύσκετε ἐν οἴνοις κ. τ. λ.

cod. f 99. b. Ἐν οἴνῳ δὲ τῷ τε αἰσθητῷ μὴ μεθύσκεσθε, καὶ τῷ ἀπὸ τῆς σοδομίτιδος ἀμπέλου· προσέχετε μὴ πείσεσθε τὰ τῶν Σοδόμων· ἀλλὰ ὁμιλεῖτε τοῖς νῦν οὖσι δικαίοις, ἢ ταῖς τῶν παλαιῶν

contingat, de quibus testimonium dixisti: prorsus enim in te recidet debiti huius solutio, quam ceteroqui facere non poteris. Quippe nemo bonus est alteri, sed sibi. « Tollent stragulum, quod sub costis tuis est. » Spoliaberis spe quae facultates tuas tegit, ita ut ilsae plane nudentur. Nam costae sunt facultates.-Montes Sionis, latera aquilonis: qui olim potentes erant apud frigidum diabolum, nunc Sionis montes facti sunt, sancti videlicet.

Si sederis coenare in mensa principis, prudenter intellige quae apponuntur tibi.

Christus vere princeps est: mensa et edulia eius, verba doctrinae ipsius, bonaque aeterna, quae paravit diligentibus se. Sedet autem coenans unusquisque christianus in mensa illius. Qui ergo prudenter intelligit quae Iesus operibus verbisque docuit, manum suam intendit, id est operibus incipit ostendere se Christi imitatorem, factus humilis, mansuetus, omnium amator, et patiens tribulationum. Qui vero haec minime facit, sed mundi delectationibus inhiat, aeternorum bonorum desiderium omittat, quibus prorsus non potietur. Hae quippe saeculi delectationes, propriae sunt falsae vitae; quam qui amant, aeternis bonis non fruentur.

Ne coenes cum viro invido

Hoc ait, quia non suaviter ille comedit, rei tuae invidens. Vel, quia gratiam non habebit epulis tuis, immo et ingrato animo erit. Vel, quia non antea absistet quam evomat. « Quemadmodum enim si quis pilum deglutiat. » Id est, quemadmodum qui vomit, aut qui pilum deglutivit, sic iste epularum non recordabitur. « Et dum teruntur sermones, labia tua ad mea labia. » Si sapiens colloquium fuerit, multum id fieri et prolixum necesse est, quia satietate caret. « Dolium enim perforatum est aliena domus; et puteus angustus, alienus. » Haud facile est extrahere proiectos; sed coniicere, in promptu est, eiicere non item. Sic qui bibit ex heterodoxorum aquis, suffocatur. Nam quum sint illorum putei angusti, per fraudem atque mendacium se praefocant.

Nolite ebriari vinis etc.

Vino hoc sensibili nolite ebriari, neque de vite sodomitica. Cavete ne mala Sodomorum patiamini, sed cum iustis hodiernis conversemini, vel cum antiquorum sermonibus; et

scripturas legite quae iustorum vitas continent. Quod vero ait in deambulationibus colloquamini, perinde est atque pares inter vos sententias versate, easque tum eundo tum redeundo disquirite; si ita dicere fas est. «Nam si in phialas et pocula oculos tuos conieceris etc.» Phialas et pocula sensu mystico dicit impia dogmata, quae mentem ebrietate obruunt: vel varias cupiditates: vel heterodoxas doctrinas. Qui falsis opinionibus imbuitur, veritate nudatur, postremoque animae mortem incurret.

Oculi tui cum viderint alienam, tunc os tuum loquetur perversa.

Neque id solum de meretricia consuetudine dicitur, sed de mala qualibet cupiditate. Cum enim mens ad pravum actum ruit, tunc cor, quod heic os appellatur, perversa meditatur. Tunc enim erit velut in corde maris, et multarum cogitationum salsugine obruetur: et gubernatoris instar, a malae cupiditatis fluctibus iactatus, ad flagitiosum actum nititur. «Dices autem: feriunt me, et non dolui.» Viden' procellam tumentem? Nihil enim ulterius, qui ita loquitur, quaerit. Cum mane fuerit, vides eum statim ab ortu diei pergere ad potationem. Tempus autem necessariae operae, quo cuncti curas suas exordiuntur, hic cupiditatibus suis impendit. Iam vero crapula et otium, non solius sunt egestatis causa, verum etiam morbo implicant diro et insanabili, a quo nemo expeditur. Postremo verberibus atque risui esse expositum, quanta demum miseria est!

Et iacebis tamquam in corde maris etc.

Nempe cum res tuae desperatae erunt, et reparatio nulla superorit. Nam quae utilitas, oro, artis est, cum tempestas praevalet?

Cum sapientia aedificatur domus etc.

Sapientiam, et intelligentiam, et sensum, Christum appellat; domum ecclesiam eius, quam aedificavit, et cuius cellaria omnigenis divitiis replevit pretiosis atque praeclaris. Cellaria vero sunt, credentium Christo corda, et ad eius imitationem viventium; corda inquam redundantia bonis cogitationibus sermonibus atque operibus. Ob haec enim aeterna beatitudine digni fiunt. «Melior sapiens forti; et vir prudentiam habens, agro magno.» Non sim-

λόγοις· καὶ ἐντυγχάνετε ταῖς γραφαῖς ταῖς ἐχούσαις τοὺς τῶν δικαίων βίους· τὸ δὲ ἐν περιπάτοις ὁμιλεῖτε, τουτέστι δεῖν τὰς αὐτὰς ἐννοίας ἀνακυκλοῦν τε, καὶ ἐπὶ τὴν τούτων αὐτῶν ἐξέτασιν ἐπιστρέφειν καὶ βαδίζειν, εἰ οἷόν τε ἐστὶν εἰπεῖν. «Ἐὰν γὰρ εἰς τὰς φιάλας καὶ τὰ ποτήρια δῷ τοὺς ὀφθαλμούς σου.» Φιάλας κατὰ διάνοιαν καὶ ποτήρια τὰ δυσσεβῆ λέγει δόγματα, τὰ μεθύσκοντα τὸν νοῦν· ἢ τὰς διαφόρους ἐπιθυμίας· ἢ ἑτεροδόξους διδασκαλίας· ὁ οὖν ψευδοδιδασκούμενος γυμνοῦται τῆς ἀληθείας· καὶ τελευταῖον τεθνήξεται τὸν τῆς ψυχῆς θάνατον. *Cap. XXIII. v. 31. cod. f. 99. b.*

Οἱ ὀφθαλμοί σου ὅταν ἴδωσιν ἀλλοτρίαν, τὸ στόμα σου τότε λαλήσει σκολιά. *v. 33.*

Οὐ μόνον περὶ πόρνης εἴρηται, ἀλλὰ καὶ πάσης πονηρᾶς ἐπιθυμίας· ὅταν γὰρ νοῦς πρὸς τὴν κακὴν πρᾶξιν ὁρμήσῃ, τότε ἡ καρδία, ὃ λέγει στόμα, μελετᾷ σκολιά· τότε γὰρ ἔσται ὡς ἐν καρδίᾳ θαλάσσης, ὑπὸ τῆς ἅλμης τῶν πολλῶν λογισμῶν πνιγόμενος· καὶ ὡς κυβερνήτης ἐν πολλῷ κλύδωνι, ὑπὸ τῶν τῆς κακῆς ἐπιθυμίας κυμάτων ὠθούμενος, πρὸς τὴν πονηρὰν πρᾶξιν ἀγωνιᾷ· «Ἐρεῖς δὲ, τύπτουσί με, καὶ οὐκ ἐπόνεσα.» Ὁρᾷς τὸν χειμῶνα ηὐξημένον; οὐδὲν γὰρ γινόμενον πλέον ὁ τοιαῦτα ἐγκαλῶν ζητεῖ· πότε ὄρθρος ἔσται, ὁρᾷς εὐθέως ἐκ προοιμίων τῆς ἡμέρας αὐτὸν ἐπιγινόμενον πρὸς πότον· καὶ τὸν καιρὸν τῆς τῶν ἀναγκαίων ἐργασίας, ὃν πάντες ποιοῦνται προοίμιον σπουδῆς, τοῦτον οὗτος ἔχει τῶν ἐπιθυμιῶν· οὐκ ἄρα μέθη καὶ τρυφὴ πενίας ποιητικὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῦ νοσήματι περιβάλλειν χαλεπῷ καὶ ἀνιάτῳ, καὶ οὐκ ἔχοντι διόρθωσιν· καὶ τὸ πρὸς πληγὰς καὶ πρὸς γέλωτα ἀνέκδοτον εἶναι ὅσον κακόν. *cod. f. 100. a. v. 35.*

Καὶ κατακείσῃ ὥσπερ ἐν καρδίᾳ θαλάσσης κ. τ. λ. *v. 34.*

Τουτέστιν ὅτε τὰ σὰ ἀλωθῇ ἀμηχανίᾳ λοιπὸν, καὶ οὐδεμία διόρθωσις· τί γὰρ ὄφελος, εἰπέ μοι, τῆς τέχνης, τοῦ χειμῶνος ἐπικρατοῦντος; *ibid.*

Μετὰ σοφίας οἰκοδομεῖται οἶκος κ. τ. λ. *Cap. XXIV. 3. et 4.*

Σοφίαν καὶ σύνεσιν καὶ αἴσθησιν, τὸν Χριστὸν ὀνομάζει· οἶκον δὲ τὴν ἑαυτοῦ ἐκκλησίαν ἣν ᾠκοδόμησε, καὶ τὰ ταμιεῖα αὐτῆς ἐνέπλησε παντὸς πλούτου τιμίου καὶ καλοῦ· ταμιεῖα δέ εἰσιν αἱ καρδίαι τῶν πιστευσάντων εἰς Χριστὸν, καὶ κατὰ μίμησιν αὐτοῦ πολιτευομένων, καὶ πληρωθεῖσαι ἐννοιῶν καὶ λόγων καὶ ἔργων· δι' αὐτῶν γὰρ ἀξιοῦνται τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν. «Κρείσσων σοφὸς ἰσχυροῦ· καὶ ἀνὴρ φρόνησιν ἔχων, γεωργίου μεγάλου.» Οὐ γὰρ ἁπλῶς, ἀλλὰ μεγά- *cod. f. 100. b. v. 5. cod. f. 101. a.*

Cap. XXIV. λου· ὅσα γὰρ ἡ γῆ τούτῳ κατ᾽ ἔτος ἐκφέρει, τοσαῦτα [ἡ φρόνησις] ἐκείνῳ· ἢ καὶ πολλῷ βελτίων φρόνησις· τὸ μὲν γὰρ γεώργιον ὑπόκειται

v. 6. ἀνωμαλίᾳ ἀέρος. « Μετὰ κυβερνήσεως γίνεται

cod. f. 101. b. πόλεμος. » Πρᾶγμα αὐτῆς γέμον ταραχῆς, πρᾶγμα πολυχειρίας δεόμενον· ἢ τοῦτο φησὶν, ὅτι οὐχ ἁπλῶς δεῖ πολέμοις ἐπιτρέχειν· ὅρα γὰρ, ὅταν ἑλέσθαι δέῃ, φησὶν, οὐχὶ ἡ σοφία εἰς μέσον παράγεται;

v. 17. Ἐὰν πέσῃ ὁ ἐχθρός σου, μὴ ἐπιχαρῇς αὐτῷ.

cod. f. 108. a. Εἰ γὰρ ἐπιχαίρεις ὡς ἄμυνης τυχὼν, ὁ δεσπότης μέχρι τούτου στήσεται διὰ φιλανθρωπίαν· καὶ οὐκ ἐκδικήσει δὶς ἐπὶ τὸ αὐτό· ἢ καὶ ἐλεεῖ μὲν τὸν πεσόντα, ὀργίζεται δὲ τῷ ἐπαρθέντι· πᾶς γὰρ ὁ ἐπιχαίρων ἀπολλυμένῃ ψυχῇ, ὅμοιος τῷ διαβόλῳ τῷ μηδένα σωθῆναι θέλοντι· σημειωτέον δὲ ὅτι ἐνταῦθα ἄνθρωπον εἴρηκε τὸν ἐχθρὸν, ὑπὲρ οὗ καὶ προσεύχεσθαι ἐν τοῖς εὐαγγελίοις προστεττόμεθα καὶ τοῦτον ἀγαπᾷν· εἰ γὰρ καλόν σοι τὸ ἀγωνίζεσθαι, εὔχου διαμένειν τὸν ἀντίπαλον μᾶλλον.

v. 21. Φοβοῦ τὸν θεόν, υἱέ, καὶ βασιλέα.

cod. f. 108. b. Ἀληθῶς βασιλέα Χριστὸν τὸν θεόν· ἢ βασιλέα, τὸν πρὸ τῶν βασιλευομένων ἑαυτοῦ βασιλεύοντα· « Μηθ᾽ ἑτέρῳ αὐτῶν ἀπείθει. » Ὁ γὰρ ὑπὸ θεοῦ χειροτονουμένῳ βασιλεῖ ἀπειθῶν, τὸν θεὸν ἀτιμάζει· ἐξαίφνης γὰρ τίσονται τοὺς ἀσεβεῖς· ἐπεὶ μηδεὶς οἶδε τὴν ὥραν ἐκείνην ἢ τὴν ἡμέραν· πολλάκις δὲ καὶ ἔτι ζώντων ἀδοκήτως ἡ ἐκδίκησις γίνεται· τὸ γὰρ εὔλογον καὶ αἰτίαν τῆς ἐπιφορᾶς τῶν τιμωριῶν, εἰδέναι μόνου ἐστὶ τοῦ κρίνοντος, καὶ εἴ τις ἐκείνου φίλος.—Ἐκτὸς τοῦ κυρίου καὶ τοῦ βασιλέως, μὴ φίλους ἔχε· εἰ γὰρ μὴ τούτων φίλοι, ἐχθροὶ αὐτῶν εἰσί· τοὺς δὲ αὐτῶν μὴ φίλους, μὴ ἔχε φίλους.

Cap. XXX. 4. Τίς συνέστρεψεν ὕδωρ ἐν ἱματίῳ;

cod. f. 108. b. Τὴν ἀληθῆ γνῶσιν ἐναπέθετο ταῖς ἀρεταῖς· ἤγουν, τίς διὰ τῆς ἑαυτοῦ πολιτείας τῇ τῶν πραγμάτων ἀστάτῳ καταστάσει δέδωκε στάσιν; ἐν γὰρ τῇ πολιτείᾳ αὐτοῦ πᾶσαν τὴν ῥευστὴν ζωὴν ἀπέκλεισεν, ἐπεὶ ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν· ὅτι δὲ ἱμάτιον λέγει τὴν πολιτείαν, ὁ ἐν τῷ ἀγρῷ, φησί, μὴ ἐπιστρεψάτω ἆραι τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ, ἤγουν τὴν προτέραν πολιτείαν, ὁ τὸν πνευματικὸν ἀγρὸν ἐργαζόμενος.

v. 15. Τῇ βδέλλῃ τρεῖς θυγατέρες ἦσαν κ. τ. λ.

cod. f. 109. a. Βδέλλα ὁ διάβολος, ὡς τὸ τῶν ψυχῶν αἷμα, τουτέστι τὴν ζωτικὴν αὐτῶν δύναμιν, ἐκμυζῶν· ἔχει δὲ θυγατέρας καὶ οὐχὶ υἱούς· οὐδὲν γὰρ ἀνδρεῖον, ἀλλὰ πᾶσαν ἡδονὴν ἐκτεθηλυμμένην·

pliciter dixit agro, sed magno. Nam quantum terra annuatim agricolae reddit, tantum sua prudenti virtus: immo multo melior prudentia est; namque ager aëris anomaliae obnoxius est. « Cum regimine geritur bellum. » Rem dicit plenam tumultu, rem multis manibus egentem. Vel admonet, ne temere ad bella ruamus. Specta, inquit: cum deliberandum est, nonne sapientia in medium prodit?

Si ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas super eum.

Si enim tu gaudeas tamquam ultionem consecutus, Dominus quidem illatenus subsistet propter clementiam suam, neque bis vindicabit in eodem crimine. Vel etiam miserabitur cadentem, irascetur autem superbienti. Nam quisquis super pereunte anima gaudet, similis diabolo est, qui neminem vult salvari. Notandum est heic inimici nomine appellari hominem, pro quo etiam orare in evangeliis iubemur, eumque diligere. Tum vero si gratum tibi est decertare, ora ut adversarius supersit.

Time Deum, fili, et regem.

Christum scilicet verum regem ac Deum. Vel regem dicit eum, qui sui antequam reges, dominatur. « Neutrique horum esto inobédiens. » Nam qui electo a Deo regi obsequium negat, Deum inhonorat. Subito enim punientur impii: quia nemo scit horam illam vel diem. Saepe vero de adhuc viventibus insperata poena sumitur. Etenim opportunitatem causamque inferendae poenae solus novit iudex, vel si quis est ipsi amicus. Seorsum a Domino ac rege noli quemquam habere amicum: quippe nisi sint illorum amici, inimici eorumdem sunt: eos vero qui illorum non sunt amici, tu ne amicos tuos reputes.

Quis colligavit aquas in vestimento?

Veram scientiam inter virtutes collocavit. Nempe quis in vita sua, rerum instabili rationi stabilitatem attribuit? Namque in moribus suis cunctam hanc fluxam vitam conclusit, quia peccatum non fecit. Quod autem vestimenti vocabulo mores denotet; qui in agro est, inquit Iesus, non revertatur ad tollendum vestimentum suum; id est ad priores mores, ille qui spiritalem agrum colit.

Bdellae tres filiae erant etc.

Bdella diabolus est, qui animarum sanguinem, id est vitalem ipsorum vim, exsugit. Habet autem filias, non filios: nihil scilicet virile, sed omne genus effeminatae voluptatis.

Infernus est improbitas, diaboli filia, quae animam extinguit, nec satietatem novit. Mulieris amor, est irreligiosa doctrina, quae nullum decipiendi finem facit. Terra imbribus numquam repleta, anima est arenosa veluti ac sterilis, quae a divinis perpetuo scripturis rigatur, quin tamen meliore conditione fiat. Quibus omnibus imminet poenalis ignis.

Oculum qui subsannat patrem.

Oculus intelligitur mens, quae recte agendi vel peccandi causa est. Quum aliquis vel divinorum iudiciorum abyssum, vel sacras scripturas irridet, caelestem inhonorat patrem, traditamque ab eo antiquam scientiam prophetis atque apostolis. Hunc ergo fodicant malae quaedam potestates, poenarum ministrae, quae partim certe purgant: nam quae totum devorant, dicuntur aquilae, quibus omnimoda purgatio commissa est.

Tria mihi sunt impossibilia intellectu etc.

Haec omnia temperantiae sunt praecepta. Huiusmodi est meretricis via: sicut enim illa fornicationem occulit, ita heic etiam usuvenit. Cur vero id ait, nempe rem esse incomprehensibilem? Nimirum ut nos omnino ad temperantiam adducat; quam adeo prae nobis ferre debemus, ut ne mala quidem suspicio resit.

Si servus regnaverit.

Si servus, inquit, quispiam regnaverit. Vel intelligitur populus filiorum Israbelis, qui antea servus in regione Aegypti, postea in regione propria regnans, adversus Christum insolenter se gessit. « Et stultus repletus fuerit cibis. » Comedit enim, et repletus est, et recalcitravit dilectus. « Et si famula dominam suam expulerit. » Id est terrena Hierusalem, quae famula fuerat cunctarum gentium, expulit dominam suam, id est sanctam Domini carnem, facta heri sui interfectrix. « Et odiosa mulier, si bonum virum nacta fuerit. » Quaenam est odiosa mulier, nisi Iudaeorum synagoga, quae Christum Deum non dilexit, virginalem virum suum, sed circa idola semper errore vagata est et fornicata? Ait enim per prophetam Deus: fornicata est cum ligno ac lapide stulta Iudaea. Sed vide bonitatem Christi atque clementiam: et dixi, postquam illa fornicata fuerat, revertere ad me, dicit Dominus. Si servus, inquit, regnaverit. Atqui idem Salomon dixerat, fore ut servus dominetur stultis dominis. Attamen

Cap. XXX. ᾅδης, ἡ κακία, θυγάτηρ οὖσα τοῦ διαβόλου, ἀναιροῦσα ψυχὰς καὶ κόρον οὐ λαμβάνουσα· γυναικὸς ἔρως, ἡ ἄθεος διδασκαλία, τῆς ἀπάτης μὴ πληρουμένη· γῆ τὸ ἐμπιπλαμένη ὕδατος, ψυχὴ ψαμμώδης καὶ ἄγονος, ποτιζομένη μὲν ἀεὶ ταῖς γραφαῖς, μηδὲν δὲ βελτιουμένη· ἐφ᾽ αἷς πάσαις τὸ πῦρ ἐστι τῶν κολάσεων.

v. 17. Ὀφθαλμὸν καταγελῶντα τοῦ πατρός.

cod. f. 110. a. Ὀφθαλμὸς ὁ νοῦς, ὅς αἴτιος τοῦ κατορθοῦν ἢ ἁμαρτάνειν· ὅταν οὖν οὗτος κατὰ τῆς ἀβύσσου, τῶν τοῦ θεοῦ λέγω κριμάτων, ἢ τὰς γραφὰς διασύρῃ, τὸν οὐράνιον ἀτιμάζει πατέρα, καὶ τὴν παρ᾽ αὐτοῦ δοθεῖσαν ἀρχαίαν γνῶσιν τοῖς προφήταις καὶ ἀποστόλοις· τὸν δὲ τοιοῦτον ἐκκόπτουσι πονηραί τινες δυνάμεις ταῖς κολάσεσιν ὑπηρετούμεναι, καὶ τὴν μερικὴν ἐπάγουσαι κάθαρσιν, ἃς κόρακας εἶπεν· οἱ δὲ ὅλον κατεσθίοντες, ἀετοὶ καλοῦνται, διὰ τὸ τὴν καθ᾽ ὅλου κάθαρσιν πιστεύεσθαι.

v. 18. Τρία δέ ἐστιν ἀδύνατά μοι νοῆσαι κ. τ. λ.

cod. f. 110. b. Ταῦτα πάντα σωφροσύνης παιδευτικά· τοιαύτη ἡ ὁδὸς γυναικὸς μοιχαλίδος· ὥσπερ ἐκείνη τὴν πορνείαν κρύπτει, οὕτω καὶ ἐνταῦθα· τίνος οὖν ἕνεκεν τοῦτο φησὶν, ὅτι ἀκατάληπτον τὸ πρᾶγμα; βουλόμενος ἡμᾶς εἰς σωφροσύνην ἀγαγεῖν πάνυ· δεῖ γὰρ τοσαύτην ἐπιδείκνυσθαι σωφροσύνην, ὡς μηδὲ πονηρὰν ὑποψίαν λαβεῖν.

v. 22. Ἐὰν οἰκέτης βασιλεύσῃ.

cod. f. 112. b. Ἐὰν οἰκέτης, φησὶ, βασιλεύσῃ τις· ἢ ὁ λαὸς τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, οἰκέτης ἐν γῇ Αἰγύπτῳ γενόμενος, καὶ οὕτως βασιλεύσας ἐν τῇ ἰδίᾳ γῇ, κατεστρηνίασε τοῦ Χριστοῦ. « Καὶ ἄφρων πλησθῇ σιτίων. » Ἔφαγε γὰρ καὶ ἐνεπλήσθη, καὶ ἀπελάκτισεν ὁ ἠγαπημένος. « Καὶ οἰκέτις ἐὰν ἐκβάλῃ τὴν ἑαυτῆς κυρίαν. » Τουτέστιν ἡ ἐπίγειος Ἱερουσαλὴμ, παιδίσκη πάντων γεγενημένη ἐθνῶν, ἐξέβαλε τὴν ἑαυτῆς κυρίαν, τὴν ἁγίαν σάρκα κυρίου, κυριοκτόνος γενομένη. « Καὶ μισητὴ γυνὴ ἐὰν τύχῃ ἀνδρὸς ἀγαθοῦ. » Τίς οὖν γυνὴ μισητὴ, ἀλλ᾽ ἢ ἡ συναγωγὴ τῶν Ἰουδαίων, ἡ μὴ ἀγαπήσασα τὸν Χριστὸν θεὸν, τὸν παρθενικὸν ἄνδρα αὐτῆς; ἀλλ᾽ ἀεὶ ῥεμβομένη περὶ τὰ εἴδωλα πορνεύουσα ἐν αὐτοῖς· λέγει γὰρ διὰ τοῦ προφήτου, ἐμοίχευσε τὸ ξύλον καὶ τὸν λίθον ἡ ἀσύνετος Ἰουδαία· Ὅρα οὖν ἀγαθοσύνην καὶ εὐσπλαγχνίαν Χριστοῦ· καὶ εἶπα, φησὶ, μετὰ τὸ πορνεῦσαι αὐτὴν, ἐπίστρεψον πρός με, λέγει κύριος. Ἐὰν οἰκέτης βασιλεύσῃ· καὶ μὴν αὐτὸς εἶπεν ὅτι οἰκέτης ἄρξει δεσποτῶν ἀφρόνων· ἀλλ᾽ ἐνταῦθα οὐχὶ τὸν συνετὸν οἰκέτην

Cap. XXX. φησὶ, ἀλλ' ἁπλῶς οἰκέτην· ἐπειδὴ παρὰ τὴν ἀξίαν πράττει τινὰ ἀνόητα· κἀκεῖνοι εἰσὶν αἴτιοι, οἱ χειροτονήσαντες αὐτόν· ἀλλ' οὐκ οἶδε, φησὶ, ὅπως τῇ ἀρχῇ χρήσηται· εἰ γὰρ τοὺς ἐλευθερίως τραφέντας ἐκτραχηλίζει τὸ πρᾶγμα, πολλῷ μᾶλλον τούτους· οὐδὲν οὕτως πρὸς ἀρχὴν ἐπιτήδειον, ὡς τὸ ταπεινοφρονεῖν· ἐβασίλευσεν οἰκέτης ὁ Ἱεροβοὰμ, καὶ ὅρα ὅσα κακὰ ἐποίησεν, ἃ οὐδεὶς τῶν πρὸ αὐτοῦ, καὶ ἐπ' αὐτόν. 1).

heic non dicit cordatum servum, sed simpliciter servum; qui quidem praeter debitum suum agit quaedam insane. Et quidem ipsi in causa sunt, qui eum regem constituerunt. Sed nesciebant, inquit, quomodo potestate usurus foret. Atqui si ingenue etiam educatos negotium hoc in superbiam extollit, quanto magis servos? Nihil ergo tam idoneum principatui est, quam animi demissio. Regnavit servus Hieroboamus, et videsis qualia mala fecerit, quae nempe ante vel post eum nemo.

v. 24. *Τέσσαρα δὲ ἐλάχιστα ἐπὶ τῆς γῆς κ. τ. λ.*

cod. f. 112. b. Λέγει περὶ τῆς κτίσεως, ἵνα μὴ πρὸς τὴν εὐτέλειαν τῆς κατασκευῆς ἴδῃς τῆς σωματικῆς· ὅρα πῶς πείθει μὴ πρὸς τὰ αἰσθητὰ ἐπτοῆσθαι· οἷά ἐστιν σοφώτερα τῶν σοφῶν, οὐχὶ τῶν ἀνθρώπων, ἀλλὰ τῶν ζώων, τῶν ἀλόγων τῶν μεγάλων· ταῦτα σοφίᾳ κρατεῖ. Ὅρα πῶς προνοητικὸς τοῦ μέλλοντος ὁ μύρμηξ, πῶς οὐ ῥαθυμεῖ, καίτοι τοῦ καιροῦ κελεύοντος τοῦ θέρους· πῶς τὴν ἀπὸ τῆς φύσεως ἀσθένειαν διορθοῦται τῇ v. 25. προνοίᾳ· διὰ γὰρ τοῦτο ἐν τοῖς ἀσθενέσι μεμαθηκέναι [δεῖ] τὴν σοφίαν, ἵνα μὴ ἐκ παντὸς τρόπου τὰ σωματικὰ συζητῇς· εἰ γὰρ ἦν ἰσχυρὸν, οὐκ ἂν ἐφάνη ἡ σοφία. «Καὶ οἱ χοιρογρύλλιοι v. 26. ἔθνος οὐκ ἰσχυρόν.» Οὐχ ἁπλῶς ἐφ' ἑκάστου μέμνηται τῆς ἀσθενείας, ἀλλ' ἵνα δείξῃ τῆς σοφίας τὴν ἰσχύν· κἀκείνους μὲν ἀπὸ τῆς τροφῆς, τούτους δὲ ἀπὸ τῆς οἰκήσεως τελείως ἀνάλωτα· καὶ τούτοις τὰ καταγώγια λέγει. «Ἀβα- v. 27. σίλευτον ἡ ἀκρίς.» Ἐνταῦθα τὰ πολιτικὰ, τὸ πειθήνιον, τὸ ὁμονοητικὸν, τὸ κινητικὸν, τὸ τῆς συμφωνίας τῆς ἀφάτου· ταῦτα γὰρ ἡμῶν συνέχει τὴν ζωὴν, τροφὴ, οἴκησις, στρατεία· ὁρᾷς ὥσπερ ἀσθενῆ ἐκεῖνα, οὕτως καὶ ταῦτα ἄναρχα; καὶ οὐδὲν παρεβλάβη, ἀλλ' ἐν τῇ φύσει τὴν εὐταξίαν ἔχει; οὐκ ἄν τις ἁμάρτοι καὶ τῶν ἀνθρώπων ταῦτα σοφώτερα εἰπών· κατὰ τοῦτο v. 28. πῶς διατηρεῖ τὴν εὐταξίαν. «Καὶ ἀσκαλαβώτης χερσὶν ἐρειδόμενος, ὁμορόφιος τοῖς κρατοῦσίν ἐστι, φησί.» τὸ ζῶον τοῦτο τὸ εὐάλωτον, καὶ οὐδεὶς λυμαίνεται τοῦτον.

Quatuor autem sunt minima in terra etc.

Dicit de creatione, ne forte ad vilitatem respicias corporalis constitutionis. Animadverte quomodo suadeat, quominus his sensibilibus plus nimio moveamur; quandoquidem sunt sapientibus sapientiora, haud tamen hominibus, sed animalibus inter irrationalia magnis. Haec, inquam, sapientiâ suâ ceteris praevalent. Observa quam futuri provida sit formica quomodo non pigrescat, etiamsi id aestivum tempus postularet: quomodo naturae infirmitatem providentia corrigat. Idcirco enim ab infirmis his animalibus discere sapientiam debes, ne omnimodis corporalia conquiras. Nam si formica valida esset, sapientia eius non appareret. Et choerogrylli, gens infirma.» Non temere singulorum memorat infirmitatem, sed ut sapientiae vim ostendat. Et formicas quidem ab alimenti cura, choerogryllos autem ab habitaculi tutela commendat. Horum, inquam, diversoria dicit. «Sine rege est locusta.» Heic politica, obedientia, concordia, sedulitas, et ineffabilis consensus. His quippe vita nostra continetur, alimonia, habitaculo, militia. Cernis, sicut priora animalia infirma, ita hanc sine rege, nihil tamen detrimenti capere, et in propria natura ordinem conservare? Haud fortasse a veritate aberrabit, si quis animalia haec hominibus sapientiora dicat. Certe in his rectum ordinem servant. «Et ascalabotes manibus innitens, contubernalis principum, inquit, est.» Captu facile animal, quod a nemine tamen laeditur.

v. 31. *Καὶ ἀλέκτωρ ἐμπεριπατῶν ἐν θηλείαις εὔψυχος.*

cod. f. 116. a. Ἐν τοῖς οἰκείοις καλὸς ἀλέκτωρ, φησίν· ἀλλ' ὥσπερ οὗτος ἐν τοῖς οἰκείοις, οὕτως καὶ σὺ ἐν ἀνθρώποις μὴ μέγα φρόνει φησί· τί δὲ εὐτελέστερον ἀλεκτόρος; ἀλλ' ἐπὶ τῆς οἰκείας ἀρχῆς μέγα

Et gallus inter gallinas obambulans alacer.

Inter suos venustus gallus, ait. Sed quomodo hic superbit inter suos, ita tu cave inter homines superbus sis. Quid autem vilius gallo? qui tamen principatu suo valde gloriatur.

1) Hoc titulo, *ὁποῖον δεῖ εἶναι τὸν βασιλέα*, *qualem oporteat esse regem*; itemque *de mutuis regis ac populi officiis*, tres luculentas graecas orationes Nicephori Blemmydae ac Thomae magistri edidimus nos tom. II. et III. Script. vet.

Alius quidem corpore pollet, alius indole, alius intelligentia. Neque enim oportet regem, ut fit in brutis, corpore ac vi naturae praestare, sed et sermone ac suadela: nam quantum alii viribus, alii natura valent, tantum rex rationali prudentia. Propterea dicit: «et hircus gregem ducens.» Dominus tamquam potestatem habens docebat, et non sicut scribae: ideo stupor de eo erat. Hic est enim, inquit scriptura, qui pro mundi peccato caesus est, atque ut victima oblatus, et tamquam in desertum ad gentes missus, lana coccinea ab incredulis in capite religatus, et factus redemptio hominum, atque omnium vita. «Et rex qui concionatur in populo.» Hic nimirum ab Isaiae vaticinio praedictus: regem, inquit, cum gloria videbitis. Hic apud fidelem plebem concionans, et confidenter per evangelia praedicans. «Mulge lac, et erit butyrum.» Mulge fideliter testamenta Christi duo, et invenies quasi lac praecepta; ut his nutritus, in fidelem perfectumque panem converti queas.

Date vinum bibere iis qui sunt in doloribus.

Date vinum, inquit; nam consternatum animum calefacere oportet: non tamen principem fastu tumentem ad fervorem inducere, cum insitus principatui calor huic sufficiat. Aperi os latius, et confidentem sume sermonem.

Gloria Dei celat sermonem.

Qui Dei gloriam, vel Dei regnum celat. Vel, qui Deum glorificare vult aut regem, obtemperare debet. Nam celare, pro observare ponitur. «Gratia et amicitia liberat.» Gratiosus homo, carissimus: huius sapientia salvare potest. «Comedere mel multum, haud bonum est.» Superius quoque mel pro allegoria dictum fuit. Multum itaque in huiusmodi speculatione versari, non expedit. Noli multa sapere, ne obstupescas, alibi dicitur. Moderate igitur hac methodo utendum est, honorque inclytis Dei sermonibus habendus, qui sunt argenti aurique instar, et melle ac favo dulciores.

Cap. XXX.

φρονεῖ· ὁ μὲν σώματι κρατεῖ, ὁ δὲ φύσει, ὁ συνέσει· οὐ γὰρ δεῖ κατὰ τὰ ἄλογα σωματικῶς καὶ φυσικῶς διακρατεῖν, ἀλλὰ καὶ λόγῳ καὶ πειθοῖ· ὅπερ γὰρ ἐκείνῳ μὲν ἰσχὺς, τούτῳ δὲ ἡ φύσις, τοῦτο τοῦ βασιλέως τὸ λογικόν· διὰ τοῦτο φησί· «καὶ τράγος ἡγούμενος αἰπολίου.» Ὡς ἐξουσίαν ἔχων ἐδίδασκε, καὶ οὐχ ὡς οἱ γραμματεῖς, ὥστε ἐκπλήττεσθαι· οὗτος γάρ φησιν, ἐστὶν ὁ ὑπὲρ ἁμαρτίας κόσμου σφαγεὶς, καὶ ὡς θῦμα προσαχθεὶς, καὶ ὡς ἐρήμῳ εἰς ἔθνη πεμφθείς· καὶ κόκκινον ἔριον ἐπὶ κεφαλὴν ὑπὸ τῶν ἀπίστων στεφανωθείς· καὶ ἀνθρώπων λύτρον γενηθείς· καὶ ζωὴ πάντων δειχθείς· «Καὶ βασιλεὺς δημηγορῶν ἔθνει·» Ὁ ὑπὸ Ἡσαΐου προφητευθείς· βασιλέα γάρ φησι μετὰ δόξης ὄψεσθε· οὗτος ὁ δημηγορῶν ἐν ἔθνει πιστῷ, καὶ παῤῥησίᾳ δι' εὐαγγελίων ὁμιλῶν «Ἄμελγε γάλα, καὶ ἔσται βούτυρον·» Ἄμελγε πιστῶς τὰς δύο διαθήκας τοῦ Χριστοῦ, καὶ εὑρήσεις ἐντολὰς, ὡς γάλα· ἵνα τρεφόμενος ἐν αὐταῖς, εἰς πιστὸν τέλειον ἄρτον καταντῆσαι δυνηθῇς.

v. 31. cod f. 115. b. v. 33. cod. f. 116. b.

Δίδοτε οἶνον πίνειν τοῖς ἐν ὀδύναις.

Vulgati Cap. XXXI. 6. cod. f. 118. a.

Δίδοτε οἶνον εἶπε. τὴν καταλελυμένην γὰρ ψυχὴν ἐνθερμαίνεσθαι χρή· οὐχὶ τὸν ἄρχοντα τὸν τύφου γέμοντα πρὸς τὴν θέρμην ἐξάγειν· τῆς ἀπὸ τῆς ἀρχῆς θερμασίας ἀρκούσης αὐτῷ. Πλάτυνον τὸ στόμα πλατύτερον, καὶ πεπαῤῥησιασμένον λάμβανε λόγον.

Δόξα Θεοῦ κρύπτει * λόγον.

* Vulgatus legebat κρύπτειν. Vulgati Cap. XXV. 2. cod. f. 119. a.

Ὁ τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν, ἢ τὴν τοῦ Θεοῦ βασιλείαν κρύπτων, ἢ ὁ βουλόμενος τὸν Θεὸν δοξάζειν, ἢ βασιλέα, ὑπακούειν ὀφείλει. κρύπτειν δὲ τὸ φυλάττειν ἐστί. «Χάρις καὶ φιλία ἐλευθεροῖ.» Ὁ κεχαριτωμένος ἄνθρωπος, φίλτατος, ἃ δύναται ἐλευθερῶσαι αὐτοῦ τὸ φρόνημα. «Ἐσθίειν μέλι πολὺ, οὐ καλόν.» Καὶ ἀνωτέρω μέλι, ἡ ἀλληγορία εἴρηται· πολὺ οὖν εἶναι περὶ τούτων ὄντων θεωρίαν ἀσύμφορον· μὴ σοφίζου γὰρ πολλὰ, μήποτε ἐκπλαγῇς, ἀλλαχοῦ· ἡ γνῶσις φυσιοῖ· συμμέτρως δεῖ τοίνυν ταύταις προσιέναι, καὶ τιμᾶν τοὺς ἐνδόξους λόγους τοῦ κυρίου, οἳ εἰσὶν ἀργύρεοι καὶ χρυσέοι, καὶ γλυκύτεροι ὑπὲρ μέλι καὶ κηρίον.

v. 10. cod. f. 120. a. cod. f. 121. a. v. 27.

Hactenus in nobili vaticano codice extabat Chrysostomi commentarius.

* Adnotatio. In textu biblico latino secutus sum plerumque Nobilii interpretationem quae est in editione Bibliorum sixtina. Nam vulgatus interpres, seu Hieronymus, hebraicum textum, qui satis in hoc libro varius est, expressit. Graecum item ex vat. catenae codice biblicum textum necessario sumpsimus, in quem scilicet commentatur Chrysostomus.

INDEX PRIORIS PARTIS VOLUMINIS

usque ad pag. 320.

1) Eliae et Elisaei miracula enumerat poëtice ac breviter S. Gregorius theologus, seu nazianzenus, carm. theol. XVI ed. nov. Paris. T. II. p. 261. Porro ego magnum virum miror Iosephum Simonium Assemanum, qui in catalogo impresso codicum syriacorum bibliothecae vaticanae ait, in codice XCVI. p. 96. legi S. Gregorii theologi homiliam de miraculis Eliae, ex graeca factam syriacam a Theodosio sacerdote edesseno, anno Christi DCCCIV. Atqui ibi nihil aliud facit Theodosius quam interpretationem praedicti carminis gregoriani; adeoque illa homilia neque graece umquam extitit, neque syriace. Id autem adnotare, haud inutile iudicavi, ne quis forte in vaticanis syr. codicibus hanc temere ab Assemano cogitatam Nazianzeni homiliam frustra quaerat.

INDEX AD OPERA ADVERSUS MOHAMEDANOS.

INDEX IN HISTORIAM ET IN REFUTATIONES MANICHAEORUM SEU PAULICINIANORUM.

INDEX IN DIDYMUM ET S. IOHANNEM CHRYSOSTOMUM.

[1] Ad hunc Alexandrum scripsit epistolas duas Nicolaus patriarcha constantinopolitanus, quae sunt 71. et 109. inter illas a nobis editas in Spicil. rom. T. X.

ADNOTATIONUM ADDITAMENTA.

Tomi parte I.

P. 46. fin. adde. *De hoc S. Basilii loco agit etiam Ioh. Veccus apud Allat. Gr. orth. T. II. in opere suo cap.* 1.

P. 56. Particulam ex hoc sermone Eutychii recitat etiam Nicetas choniata hist. lib. III. 8. ed. paris. p. 333.

P. 63. Loci duo Theophili extant apud nos etiam tomo VII. Script. vet. p. 39. ex Anastasio presb.

P. 110. v. 22. Habuit prae oculis sine dubio hunc Eusebii locum S. Athanasius de incarn. Verbi Dei n. 21-23. Doctissimum quippe inter patres Eusebium nemo posterorum imitari aut exscribere renuebat.

P. 322. v. 9. a. fin. adde. *Scilicet italica Alcorani editio sumpta fuit ex latina Roberti Retenensis Norimbergae impressa anno* 1543.

Tomi parte II.

P. 145. Ad locum Didymi de cenotaphiis desertorum philosophiae, adde adnotationem percommodam ex Clemente alex. strom. lib. V. cap. 9. φασὶν Ἵππαρχον τὸν πυθαγόρειον ἐξελαθῆναι τῆς διατριβῆς, καὶ στήλην ἐπ' αὐτῷ γενέσθαι οἷα νεκρῷ: *aiunt Hipparchum pythagoreum pulsum fuisse de schola, eique tamquam mortuo positum cippum.* Lege ibidem in adn. similia dicta Lysidis, Origenis, Iamblichi, et Nazianzeni.

P. 198. Locum Chrysostomi sic etiam interpretari fortasse licet. *Praeter Dominum ac regem, noli quemquam habere amicum: quippe nisi sint illorum amici, inimici sunt. Et qui illorum non sunt amici, tu ne amicos tuos reputes.* Etenim αὐτῶν et αὑτῶν saepe in codicibus confunduntur; immo plerumque, ut hic, est in codd. αὐτῶν pro αὑτῶν.

Veterum, qui scripserunt adversus Manichaeos, catalogum texuit Fabricius B. G. ed. nov. T. VII. p. 323. seqq. His addendi sunt, praeter nostros nunc vulgatos, I. Apud Lequinium operum Damasceni tomo I. p. 428. sanctus Maximus dicitur scripsisse contra Manichaeos. Reapse quartum praesertim apud nos opusculum sapit Maximi stilum. II. S. Salvii episcopi et martyris liber de Manete et Scythiano memoratur in catalogo codicum Reginae svecae a Montfauconio B. MSS. T. I. p. 44. A., et p. 69. B. Abiurationis Manichaeorum et Paulicianorum ad ecclesiam venientium formulae sunt apud Gallandium B. PP. T. XIV. p. 87.

V. Inter recentiores scripsit Manichaeorum historiam (ne alios, qui multi sunt, tractatores nominem) Cacciarius in ed. S. Leonis PP. T. III. Sed certe nemo copiosiorem notitiam manichaeorum dogmatum atque morum suppeditat, quam S. Augustinus in suis multis de illa nefaria secta, partim ex professo, partim obiter, tractatibus, qui enumerantur in tomo VIII. ed. Antuerp. p. 387. Denique Laur. Zacagnius in praef. ad suam collectionem monum. vet. p. XVI. aiebat olim, se fortasse editurum alia scripta de Manichaeis. Suspicari autem licet eadem fortasse ab eo visa mss., quae nunc a nobis eduntur.

Emendationes.

Part. I. p. 34. v. 27. *ut nonnisi* etc. dic potius, *ut verba aeque ac mens in sublime tendant.* P. 42. v. 25. *novem*, dic *decem*, computato etiam cod. ottob. 390. P. 82. omittatur adn. 2. Sic etiam p. 104. omittatur adn. 2. Ibidem v. ult. dic *absurde* pro *inopinate*. P. 138. marg. corr. *Syr. V.* 45. P. 227. adn. corr. Ἰερεμιήλ. P. 278. *vere* corr. *vero*. P. 321. v. 7. a fin. *ab* corr. *ac*. P. 357. adn. v. ult. corr. *talos*. P. 376. v. 25. lege: *illis mandaverit quominus camelo cuidam feminae*. P. 387. adn. 1. arabicum vocabulum correctum fuit in plerisque exemplaribus. P. 418. tit. corr. Νικήτα. P. 402. v. 6. a fin. corr. *idololatria*. Part. II. p. 45. v. 31. corr. *Neocaesareae* P. 66. adn. corr. *recentiorum*. P. 80. lat. v. 3. *Photini*. P. 114. v. 21. *sed*. v. 28. corr. *textui* pro *texui*. P. 129. v. 6. a fin. *immortalitatem*. P. 131. inverte adn. 1. pro 3. P. 152. adn. corr. *alio modo dominicum dictum*. Part. I. p. 352. fin. et Part. II. p. 206. voc. ἀνδρογύνων non est error, sed in medii aevi hellenismo valet *matrimoniorum*.

Finis voluminis.

Notizie sul restauro effettuato nell'anno 1996
dal laboratorio Pietro Gozzi & C. Snc Modena.

Segnatura 2. 4. 202. (3 volumi)

Bibliotecario conservatore

Restauratore progettista C. Montelatici

Sintesi delle operazioni effettuate con
specificazione dei materiali impiegati.

Controllo della numerazione. Scucitura mediante taglio della vecchia cucitura e distacco dei singoli fascicoli. Spolveratura totale e rimozione di particelle fangose con l'uso di bisturi e gomme poliviniliche.
Lavaggio in acqua demineralizzata e rimozione del fango mediante pennello a setole morbide e colla Tylose. Deacidificazione in soluzione acquosa semisatura di idrossido di calcio. Ricollatura con Tylose MH 300 P al 2% per immersione.
Restauro delle carte con uso di carta e velina giapponese fornitaci dalla ditta Vangerow e colla Tylose al 6%.
Nuove carte di guardia uso mano Ingres 20231 della ditta Vangerow e tela pelle-ovo di puro cotone.
Cucitura intrecciata eseguita a pieno punto con filo ritorto di puro cotone su fettucce di lino spigato da mm.15 di larghezza.
Capitelli eseguiti a mano con cucitura primaria a filo refe (stesso usato in cucitura) e con passaggio al centro di ogni singolo fascicolo; la secondaria colorata con filo di puro cotone.
Indorsatura eseguita a più strati di carta giapponese 25527 e colla Tylose.
Esecuzione del tubo con tela pelle-ovo, carta giapponese 25517 e colla Tylose.
Quadranti in cartone fibrato della ditta Marzotto di Firenze e cartone durevole alla conservazione del tipo Museum 22834, ditta Vangerow, da 800 gr. accoppiati con colla (85% Tylose 15% vinilica).
Coperta eseguita in quarto di pelle di capra, debitamente scarnita e fornitaci dalla ditta Scaricaciotoli, punte cieche in pergamena di capra.
Cartoncino di compensazione sia all'interno che all'esterno è tipo FotoKarton 22780 della ditta Vangerow e colla mista.

Collaudatore Data del collaudo